D 2

Magnifice Ciuitatis Aſiſij Statutorum. Liber primus de regimine Reipublice Feliciter Incipit.

AD honorem Laudem ⁊ reuerentiaz omnipotentis dei ⁊ beatiſſimę virginis Marię Angelorum/matris eius: Beatorumqꝫ Rufini Victorini, Franciſci ⁊ Clarę virginis, ⁊ omnium Sanctorum ⁊ Sanctarum dei. Ad honorem ⁊ ſtatum Sacro Sancte Romanę Eccleſię, ⁊ Sanctiſſimi in xp̄o patris ⁊ dn̄i noſtri do. Pauli diuina prouidentia pape ſecundi: Et ad honorem ⁊ ſtatuz Reuerendiſſimi in chriſto patris ⁊ dn̄i, do. Michaelis epiſcopi Terebnenſis huiuſ inclitę Ciuitatis digniſſimi gubernatoris. Et ad ſtatum pacificum ⁊ conſeruationem Cōmunis ⁊ populi ciuitatis Aſiſij ⁊ fortie ⁊ diſtrictus Prefate inclite Ciuitatis.

¶ Infraſcripta ſunt Statuta ⁊ ordinamenta facta, decreta ⁊ ordinata, cōpoſita, reuiſa ⁊ correcta, ⁊ in hoc volumine redacta, ⁊ compilata. Sub quibus ſtatutis, ordinamentis ⁊ prouiſionibus Ciuitas Aſiſij, eiuſqꝫ comitatus ⁊ diſtrictus perpetuo regi ⁊ gubernari debeant pro conſeruatione ſtatus pacifici dicte ciuitatis: ad hoc vt impoſterum omnis ceſſet materia litigiorum: ⁊ in ea pax ⁊ iuſtitia perſeuerent prouiſa, correcta: ⁊ in hoc primo volumine ſtatutorum redacta per Sapientes ⁊ diſcretos viros Statutarios infraſcriptos ad hec ſpecialiter authoritatem habentes a dicto cōmuni ciuitatis Aſiſij. Tēpore Reuerendiſſimi In chriſto patris ⁊ dn̄i. M. dei gratia Epi Terebnenſis Aſiſij ⁊c. digniſſimi gubernatoris. Et confirmata ⁊ approbata per ſanctiſſimum. D. N. do. Paulum papam ſecundū. Et ſcripta per ſer Hieronymum Joannis de Aſiſio Notarium publicū infraſcriptum: ⁊ per ip̄m Hieronymū demuz publicata ſub Anno dn̄i Milleſimo quatringenteſimo ſexageſimo nono. Inditione ſecunda Tempore Sanctiſſimi. D. N. Domini Pauli pape. ij. Die. iiij. Junij. Tempore prioratus Nobilium viroꝝ Galaſſi thome, Franciſci barnabei, Maczichi franciſchini, Franciſci corni, Franciſci rainaldi, Saluatoris nicolai/⁊ Franciſci andreę de Aſiſio Magnificorum dominoruz Priorum. Nomina vero dictorum ſtatutarioruz ſunt hec videlicet dominus Maczichus de maczichis, dn̄s Anſelmus de bonaquiſtis, ſer Saluus franciſci, ⁊ ſer Nicolaus ſer Laurentij.

A

¶ In formis tradita ſub Anno Dñi menſe ⁊ die infraſcriptis Tempore Sanctiſſimi in chriſto patris dñi noſtri do. Clementis diuina prouidentia pape. vij. anno decimo Pontificatus ſui. Et Illuſtriſſimi ac Reuerendiſſimi dñi ⁊ do. Hypoliti Card. Medices Florentini Peruſię vmbrięqꝫ Legati digniſſimi: ⁊ Magnifici viri. I. V. Doc. dñi Virgilij de Bernardinis de Burgo. Pro prefato Reuerendiſſ. ⁊ Illuſtr. Legato Ciuitatis Aſiſij Præſidis ⁊ gubernatoris integerrimi. Tempore magiſtratus Magnificorum virorum Hieronymi magiſtri monaldi vigilantis, Hieronymi petri pauli Sperelli, Hieronymi iacobi Pallaracci, Bernardini michaelis, Angeli andreę de caſtro Armenzani, ⁊ Jacobi Macheſij Notarij.

¶ De elemoſinis dandis infraſcriptis locis fratrũ, ſoroꝝ ⁊ monaſterioꝝ. Rubrica. I.

SCriptum Eſt in lege, honora deum de tuis ſubſtantijs: ⁊ ꝓpter elemoſinas ęterni iudices placantur: qm̃ elemoſina liberat animam a peccato ⁊ non patitur ire eam in tenebras. Volentes itaqꝫ in omnibus peragendis initium facere ad laudem ⁊ reuerentiam omnipotẽtis dei, eiuſqꝫ beatiſſimę matris virginis Marię: ⁊ omnium ſanctorum ⁊ ſanctaruꝫ eius, Beatorumqꝫ Rufini, Victorini, Franciſci ⁊ beate Clarę virginis patronorum ⁊ defenſoꝝ huius inclitę ciuitatis. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ Maſſarius cõmunis Aſiſij qui pro tempore fuerit teneatur ⁊ debeat quolibet anno cum apodiſſa dominoꝝ Priorum populi ciuitatis prefate qui pro tempore fuerint dare infraſcriptas quantitates pecuniaruꝫ pro cera emenda ⁊ danda infraſcriptis locis pijs ⁊ Monaſterijs: modis ⁊ cõditionibus ⁊ temporibus infraſcriptis: videlicet.

¶ Eccleſie ſancti Rufini, in feſto ſancti Rufini libras decem deñ. lib. x.

¶ Item in feſto Corporis Chriſti pro tortitijs portandis per Magnificos dños Priores ad honorandum corpus Chriſti libr̃. decem deñ. lib. x.

¶ Loco conuentus ſancti Franciſci In feſto beati Franciſci libras decem deñ. lib. x.

¶ Item in feſto Stigmatum beati Franciſci libras decem deñ. lib. x.

¶ Loco Dominarum ſancte Clarę, in feſto ſancte Clarę libras decem deñ. lib. x.

¶ Eccleſie ſancte Marie epiſcopatus. In feſto ſancte Marie de menſe Auguſti libras decem deñ. lib. x.

¶ Eccleſie ſancti Petri. In feſto ſancti Victorini libras decem deñ. lib. x.

¶ Loco ſancte Catherine. In feſto ſancte Catherine libras quinqꝫ deñ. lib. v.

¶ Loco ſancte Crucis. In feſto ſancte Crucis libras quinqꝫ deñ. lib. v.

¶ Que cera dãda dictis locis/detur ꝑ Maſſarium Camere cõmunis Aſiſij/ꝗ maſſarius teneatur recipere qetationem de dicta cera ⁊ pecunijs ⁊ ſcribere in libro exituũ dicti cõis.

¶ De duplerijs fiendis in feſtiuitatibus ſancte Marię de Auguſto ſanctorum Rufini, Franciſci, Victorini ⁊ ſancte Clarę virginis. Rubrica. 2.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ omnes ⁊ ſingule artes ciuitatis Aſiſij/quelibet per ſe expenſis hominuꝫ cuiuſlibet artis: Et quilibet Capubreuis ciuitatis, ⁊ ꝗlibet baiulus cuiuſlibet Balię comitatus Aſiſij pro honorandis feſtiuitatibus infraſcriptis teneãtur ⁊ debeant fieri facere quolibet anno In feſto ſancti Rufini de nouo vnum torticium cere ponderis quinqꝫ libraruꝫ ⁊ portare ad infraſcriptas feſtiuitates. Homines vero dictaruꝫ artium ſingulariter portare teneantur ⁊ debeant vnuꝫ tortitium vel faculam accenſam ad minus ponderis vnius libre: Et gradatim poſt torticium eoꝝ artis ad eccleſias infraſcriptas/ſecunduꝫ ꝙ fuerit vocata per baiulum ſiue preconem ciuitatis predicte ante Magnificos dños Priores ꝗ pro tp̃e fuerint: Et ꝙ quilibet Camerarius dictarum artium debeat habere ab eius arte ⁊ portare ad dicta luminaria: vꝫ habere debeat in feſto ſancti Rufini Camerarius qui pro tempore fuerit vnum torticium cere ponderis duarum librarum pena quinqꝫ librarum deñ. pro

quolibet

quolibet ipſorum contrafaciente: ⁊ qualibet vice. Et predicta domini Poteſtas ⁊ Capitaneus qui pro tẽpore fuerint faciant banniri per octo dies ante feſtum quarũlibet feſtiuitatum infraſcriptarum. Et de predictis poſſint inquirere ex officio. Feſtiuitate ſunt hec: vz.

¶ Feſtum ſancti Rufini.
¶ Feſtum ſancte Clarę.
¶ Feſtum ſancte Marię de Auguſto, Ad ſanctam Mariam maiorem.
¶ Feſtum Stigmatum ſancti Franciſci.
¶ Feſtum ſancti Franciſci.
¶ Feſtum ſancti Victorini.

¶ Et in qualibet dictarum feſtiuitatum teneatur ⁊ debeat Maſſarius cõmunis qui ꝑ tpe fuerit fieri facere ⁊ offerre de auere ⁊ pecunia dicti cõmunis cuꝫ apodiſſa do. Priorum q pro tpe fuerint. Et cuilibet eccleſiarum ſupradictaruꝫ pro ſeruitio altaris qñ eleuatur corpus dñi noſtri Jeſu chriſti duo torticia cere ponderis viginti qnqꝫ libras inter ambo cum bigurdis pictis ad arma cõis ⁊ populi ciuitatis Aſiſij. Et ire debeãt hora veſpertina de ſero ordinate ſicut in ſtatuto continetur pena cuilibet contrafacienti decem lib. deñ.

¶ De pecunia danda fratribus beati Franciſci, ⁊ beate Marie Angeloꝝ quando fieret Capitulum generale. Rubrica. 3.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ qñcunqꝫ in ciuitate Aſiſij in eccleſia ſancti Franciſci fieret Capitulum generale fratrum minorum ordinis ſancti Franciſci/ Maſſarius cõis qui pro tpe fuerit teneatur ⁊ debeat de bonis ⁊ ęre cõmunis predicti dare ⁊ ſoluere cum apodiſſa dñoꝝ. P. abſqꝫ aliqua alia ſolemnitate ⁊ approbatione ſeruata dictis fratribus ſancti Franciſci qualibet vice: qua fieret capitulum ſupradictuꝫ quadraginta florenos auri: Qui. xl. floꝛ. auri dentur ⁊ preſtentur per duos priores populi dicti Cõmunis: qui pro tpe fuerint: ⁊ Camerarium dicti cõis in dicto capitulo ⁊ pro ipſo capitulo ⁊ fratribus ipſius capituli: Et qñ fieret capitulũ generale in eccleſia ſancte Marie Angeloꝝ per ipſos fratres minores ⁊ obſeruantie beati Franciſci/ teneatur ⁊ debeat dictus maſſarius modo ꝑdicto dare ⁊ ſoluere dictis fratribus de pecunia ⁊ ęre dicti cõis florenos decem deñ. Et ꝙ predicti dñi priores qui apodiſſam fieri fecerint: ⁊ maſſarius q ipſos ſoluerit vllo modo moleſtari inquietari ⁊ ſindicari non poſſint ⁊ ad eius computum admittatur auctoritate preſentis ſtatuti.

¶ Qualiter procedatur ad extractionem Carceratorum. Rubrica. 4.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ oẽs captiui ⁊ carcerati qui ſunt cõdemnati in quinquaginta libras: ⁊ a quinquaginta libris infra: ⁊ iacuerunt in carceribus cõis Aſiſij per vnum annum vel plus occaſione dicte condemnationis In die veneris Sancti quolibet anno relaxentur. Et idem fiat de condemnatis pro maleficio in viginti libras: ⁊ a viginti libris infra qui ſteterint detempti in carceribus per ſex menſes vel vltra: ⁊ offerantur altari ſancti Rufini, vel altari ſancti Franciſci: Dũmodo oĩa ipſoꝝ bona que vbiqꝫ reperirentur confiſcentur ⁊ applicentur cõi Aſiſij: ⁊ obligata applicata ⁊ confiſcata habeantur vſqꝫ in dictam quantitatem: ⁊ predicta videantur ⁊ examinẽtur per dños priores ⁊ totũ illud quod declarabitur ⁊ deliberabitur per duas partes dictoꝝ prioꝝ habeat roboris firmitatem: ⁊ in deliberatione due partes ⁊ vna cum Poteſtate vel Capitaneo populi viſis condemnationibus ⁊ examinato tpe quo iacuerint in carceribus: Et predicta examinatio ⁊ deliberatio ſcribatur per notarium cancellarie ⁊ notarium poteſtatis vel capitanei populi: Et quicunqꝫ fuerit extractus de dictis carcerib9 occaſione dicte deliberationis ⁊ maleficiũ poſtea cõmiſſerit ſoluat triplũ ei9 quãtitatis ꝗꝫ ſoluiſſet anteqꝫ eſſet extractus de dictis carceribus. Et dcm̃ capl'm ſit preciſum ⁊ non poſſit tolli conſilio vel arenga niſi fuerint tres partes in cõcordia. Et qui arengauerit vel propoſuerit ꝯ predicta: ſoluat nomine pene maſſario Cõis pro ipſo cõi recipienti. xxv. lib. deñ. ⁊ ipſam penam incurrat. Et ꝙ ille qui fuerit extractus de dictis carceribus modo

predicto ſcribat per cancellarium dicti Cõis in quodam libro per ſe: ⁊ idem fiat per notarium dñoꝝ prioꝝ in libro ſuo. Et dictuz bñficium non poſſit alicui dari toto tpe vite ſue niſi ſemel: Et predicta locum habeãt in extractis ⁊ extrahendis quoquo tpe: ⁊ qui extracti fuerint: ⁊ ꝙ nomina ⁊ pronomina extractoꝝ ⁊ extrahẽdoꝝ de dictis carceribus ſcribantur ⁊ ſcribi debeant in volumine ſtatuti ciuitatis Aſiſij/per cancellarium dicti Cõis. Et niſi noĩa ⁊ pronomina dictoꝝ extrahendoꝝ ꝑus ſcripta fuerint in dicto ſtatuto/relaxari vel extrahi de dictis carceribus non poſſint/pena poteſtati ⁊ capitaneo ⁊ ceteris officialibus ſi ꝑdicta non ſeruauerint centum lib. deñ. que retineri debeant per maſſariuz cõis Aſiſij infra duos menſes: pena ipſi maſſario auferenda de ſuo ſalario viginti quinqȝ lib. deñ. ſi contrafecerit.

¶ Qꝛ Poteſtas anteq̃ȝ recipiatur ad iuramentum teneatur relinquere vnum palium Eccleſie maiori. Rubrica. 5.

ITem Pro honorando beatiſſimo Rufino huius inclite ciuitatis protectore. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ quilibet poteſtas ciuitatis Aſiſij qui in futurum ad ipſum officium poteſtarie venerit aſſũmendum anteq̃ȝ recipiatur ⁊ ad iuramentuz admittatur teneatur ⁊ debeat dimittere ⁊ relaxare vnum Palium ſirici cuz ſuis armis eccleſie ſancti Rufini de Aſiſio valoris ⁊ cõmunis extimatiõis ſex florẽ. monete in huiuſmodi ciuitate currente: Et ꝙ dicti domini Priores q pro tempore fuerint non recipiant vel admittant dictum talem poteſtatem niſi primo ⁊ ante omnia dimittat dictum Palium/ſeu Canonicos dicte eccleſie cautos fecerit/ad penam vigintiquinqȝ lib. deñ. de eorum ſalario auferendo.

¶ Additio.

¶ Et predicta locum habeant in quocunqȝ alio officiale ſeu rectore in officio predicto ⁊ eius emolumentis ſub quocunqȝ nomine deputatis vel deputandis.

¶ De iuramento dñoꝝ Poteſtatis ⁊ Capit. ⁊ qualr̃ ipſum faciat. Rubrica. 6.

IUramentum Domini Poteſtatis ⁊ Capitanei populi ciuitatis Aſiſij: Statuerunt ⁊ ordinauerũt ꝙ fiat ⁊ fieri debeat ſub infraſcripta forma. ¶ Ego q ſum poteſtas vel capitaneus futurus ciuitatis Aſiſij iuro ante omnia ad Statutũ ad ſancta dei Euangelia dare ſtudium ⁊ operam efficacem ꝙ ciuitas Aſiſij cum toto eius diſtrictu ⁊ comitatu In fide ⁊ deuotione Sanctę matris Eccleſię/⁊ S^mi^. D. noſtri pape/⁊ Reuereñ. dñi Gubernatoris perpetuo perſeuerabit in contrarium nullatenus declinando: ſed potius eorum ⁊ cõmunis Aſiſij rebellibus hoſtibus exiſtam ſeuerus. Et ꝙ officium poteſtarię/vel Capitaneatus ciuitatis ⁊ comitatus Aſiſij faciam bona fide ⁊ ſine fraude vnicuiqȝ per me ⁊ meos officiales iuſtitiam faciendo: ⁊ neminem indebite agrauando: ⁊ maxime Uiduas, Orfanos ⁊ pauperes in ſuis iuribus defendendo. Inſuper defendam ⁊ manutenebo ⁊ conſeruabo dictũ cõmune ⁊ populum dicte ciuitatis in bono ⁊ pacifico ⁊ tranquillo ſtatu ꝑ Sancta Romana Eccleſia ſine aliqua leſione: ⁊ maxime dños Priores populi ciuitatis Aſiſij ⁊ eorum officium ⁊ iuriſdictionem: quos quod ⁊ quam propoſſe augebo defendam ⁊ conſeruabo non permittens ipſos ipſam vel ipſum pati aliquod detrimentum: Et ꝙ augebo propoſſe honorem iuriſditionem ⁊ libertatem ipſius cõmunis ⁊ populi: ⁊ in omnibus iuribus defenſabo Reſeruato honore ⁊ iuriſdictione Eccleſie Romane. Et omnibus qbuſcũqȝ perſonis de Aſiſio vel forenſibus a me iuſtitiam petentibus faciam ſm leges municipales ciuitatis Aſiſij: ⁊ vbi lex municipalis deficeret ſeruabo ius cõmune: ⁊ vbi ius cõmune non eſſet procedam de ſimilibus ad ſimilia: ⁊ ſeruabo bonam ⁊ vſitatam conſuetudinez ciuitatis predicte. Et pijs perſonis ius ſũmarium faciam ſm bonam equitatem. Credentias mihi impoſitas ⁊ imponendas non pandam ſeu manifeſtabo in preiuditium dicti cõmunis: ⁊ ſimiliter per officiales ⁊ familiares meos obſeruari faciam ⁊ eos iurare predicta proprio iuramento: Et pſonaliter ſtabo ad regimen ſupradictum toto tempore mei officij cum omnibus meis

[Margin notes:]
¶ De fidelitate ſeruanda.
¶ Q. vnicuiqȝ ſuum ius tribuet.
¶ De pace tenenda ⁊ libertati.
¶ Ius ſeruãdũ a pretore.
¶ Pijs locis ius ſũmariũ.

iudicibus/ſocijs/notarijs/familiaribus ⁊ equis/quos habere debeo ⁊ tenere ex forma ſtatutoꝝ dicti cõmunis: De quibus moſtras ⁊ requiſitionem faciam ⁊ omnia q̃ in dictis ſtatutis continentur. Et ꝙ nihil a cõmuni p̃dicto vel ſpecialibus perſonis dicti cõis per me vel alium meo nomine aliquo colore q̃ſito petam vel recipiam vltra meum ſalarium mihi ꝓmiſſum ⁊ ordinatũ. Item iuro ꝙ nec ego nec meus iudex ſiue aliqs meus officialis occaſione cauſaꝝ cõmiſſariarum tam ciuilium q̃z criminaliuz vel que cõmitterẽtur: ⁊ de quibus per cõmiſſionem.D.Gubernatoris vel per cõmiſſionez aliquaz cognitionem habuero vel habuerint toto tp̃e mei regiminis aliquas ſportulas vel ſalaria a litigantibuſ vel alia ipſarum partium publice vel occulte recipiam ſiue recipient ad penam centum lib.deñ.de meo ſalario auferendarum ⁊ applicandarũ Camere apoſtolice q̃ pena debeat retineri de meo ſalario per maſſarium dicti cõis:Et idem ſeruari faciam per meos officiales ⁊ familiares: ⁊ ꝙ nullum enſenium per me vel ſubmiſſam pſonam vel ſubmittendaz recipiam vel cõſentiam ꝙ recipiatur modo aliquo vel ingenio ab aliqua perſona dicte ciuitatis ⁊ comitatus vel diſtrictus clerico vel laico,terrigena vel forenſe:nec ab aliqua pſona mihi deferente ⁊ mittente ſeu portante:Et quemlibet ipſoꝝ ſi fuerit de Aſiſio vel comitatu in.x.lib.deñ.condemnabo ſine aliqua exceptione,⁊ condemnationem exigam pro cõi.Et non permittaz ꝙ aliquis de mea familia per ſe vel ſubmiſſam pſonam faciat contra predicta. Et ſi per me ⁊ meos officiales ꝯ fieret ſoluam pro qualibet vice.xxv.lib.deñ. Et omnes meos officiales ⁊ familiares Iurare faciam infra tres dies poſtq̃z meũ officium incepero.Et p̃dicta banniri faciam per totam ciuitatem p̃dictam. Item iuro ꝙ in palatio cõmunis/nec in aliquo loco in ciuitate vel burgis Aſiſij non cõmedam vel bibam cum aliqua pſona dicte ciuitatis/nec permittaz ꝙ aliquis de meis officialibus ⁊ familiaribus comedat aut bibat in ciuitate vel in burgis:Et ſi ꝯ p̃dicta facerem ſoluã dicto Cõi ꝓ quolibet ⁊ q̃libz vice centũ ſol.deñ.Et in dicta pena condemnabo oẽs illos cum quibuſ officiales ⁊ familiares predicti comedent aut bibent:Et illum in cuius domo biberet aut comederet aliquis ex dictis meis officialibus ⁊ familiaribus ſimili pena puniam. Item iuro ꝙ toto tp̃e mei regiminis ⁊ officij cum aliquo ciue vel comitatenſe Aſiſij nõ ludam ad aliquẽ ludũ in ciuitate vel comitatu Aſiſij: nec permittam ꝙ mei officiales ludant:⁊ ſi contrafecero vel aliquis meus officialis ꝯfecerit pro quolibet ⁊ qualibet vice in.x.lib.deñ.volo condemnari. Item iuro ⁊ ꝓmitto ꝙ tp̃e mei regiminis non ero auſus nec preſumam aliquo colore queſito grauare/nec grauari facere aliquem comitatenſem Aſiſij vt deferat/nec apportet paleas, ligna, fenuz,ſeu vinum, granum vel aliqd aliud ſine pretio ad penam centum lib.deñ.pro quolibet ⁊ qualibet vice que pena debeat retineri per maſſarium dicti cõis de meo ſalario:Et ꝙ ſindici tp̃e cuiuſlibet ſindicatus dictoꝝ poteſtatis ⁊ capitanei ad penam.xxv.lib.deñ.de ſuo ſalario / teneant ⁊ debeant mittere pro quolibet ſindico cuiuſlibet Caſtri vel ville comitatuſ Aſiſij:⁊ ab eis per iuramentum/⁊ per oẽm aliam viam q̃z melius poterint inquirere ⁊ explorare ſi aliqs de eoꝝ villis ſeu caſtris/apportauerit dictis poteſtati vel capitaneo vel eorum officialibus aliquid de predictis:⁊ repertos culpabiles punire ⁊ condemnare vt ſupra dictum eſt: Et ad denunciandum quilibet admittatur:⁊ teneatur nomen eius in credentia. Item iuro ꝙ depoſito meo officio reddam rationem de me ⁊ meis officialibus ⁊ familiaribus oĩbus in ciuitate Aſiſij coram Sindicis deputatis per cõe Aſiſij ſm̃ formaz ſtatutoꝝ ciuitatis Aſiſij Et ſoluere ⁊ ſatiſfacere cõi/⁊ ſpecialibus perſonis de omni eo/⁊ toto in quo fuero cõdemnatus vel aliquis de officialibus ⁊ familiaribus meis.Et a condemnatione de me ⁊ officialibus ⁊ familiaribus meis fienda non appellare/nec appellari faciam: immo ex nunc ipſi appellationi renuncio per pactũ ſpecialiter:Et curabo omnino ne aliquis de meis officialibus appellet/⁊ ſi fuerit appellatum ipſam appellationem ratam non habebo:immo lata ſententia ſoluam totum illud in quo ego meiq3 officiales ⁊ familiares fuerimus condẽnati. Item iuro ꝙ nullum tractatum habebo/nec permittam ꝙ fiet per me vel alium ꝙ in ꝓrimo futuro tp̃e eligat ad aliquod officium ciuitatis Aſiſij poteſtarie ſiue capitanarie: ⁊ hec inuiolabiliter obſeruabo:⁊ a meis iudicibus ac etiam officialibus faciam obſeruari: Et ſi eligeret ꝙ electio ex nunc ſit inanis ⁊ perdam de meo ſalario centum lib.deñ. In qbus volo per futuros ſindicos cõdemnari. Item iuro obſeruare omnia ⁊ ſingula ſtatuta in dicto volumine inſerta:⁊ omnes ⁊ ſingulas reformationes factas ⁊ faciendas:q̃ non ſint in diminutionem iuriſ ⁊ iuriſdictionis Priorum populi ciuitatis Aſiſij, ⁊ Romane eccleſie toto

¶ Vltra ſalarium nil recipient offi.

¶ De ſportulis non recipiendis, nec muneribus.

¶ Quod officiales cuz priuatis non comedant ⁊c̃.

¶ De ludo officialibus ꝓhibito.

¶ Nõ comitatenſes non cogantur portare offic. aliquid gratis.

¶ Ratio p officiales in ſindicatu reddẽda.

¶ Nõ a ſententia ſindicorum non appelletur.

¶ De Alio officio per Pretorẽ non querendo.

¶ De obſeruandis ſtatutis.

tempore mei regiminis: Et maxime ſtatuta ⁊ ordinamenta loquentia contra rebelles ciuitatis Aſiſij/⁊ eoꝝ bona. Et ſtatuta loquentia de bonis moribus/⁊ maxime loquentia in fauorem ſtatus ⁊ augumenti cõis ⁊ populi ciuitatis p̄dicte. Item iuro expellere hereticos ⁊ ſodomitas ⁊ patarenos de ciuitate ⁊ comitatu Aſiſij ſi qui reperirent̄, ⁊ obſeruare alias conſtitutiones quas ex forma iuris teneor obſeruare. Voluerunt inſup iuxerūtq̄ q̄ notarius cancellarie dicti cõis publice ⁊ alta voce teneat̄ vinculo ſacramēti p ordinē de vbo ad vbum in platea dicti cõis anq̄ dictus nouus poteſtas vel capitaneus deſcēdat de equo legere dcm̄ capl'm cora3 dicto poteſtate vel capitaneo ⁊ ſuis officialibus ⁊ iuramentu3 dictoꝝ poteſtatis ⁊ capitanei ⁊ officialiū ſcribere in libris reformationū dicti cõis ad penam xxv.lib.deñ.auferendaꝝ de ſalario dicti notarij. Et teneant̄ dcm̄ iuramentum dictus poteſtas ⁊ capitaneus obſuare/remotis odio, amore, p̄tio ⁊ p̄cibus ⁊ ſine aliq̄ ſcropuloſitate.

De Infidelibus ⁊ ſodomitis expellēdis.

De tempore ⁊ loco iuramenti.

Additio.

Et predicta procedere/ſeruariq3 decreuerunt: ⁊ ſi non iurari contingeret. Et per quemcunq3 rectorem ⁊ eius officiales in officio predicto ſub quibus vis nomine, dignitate, honoribus ⁊ oneribus deputatos.

De iuramento Officialium dominorum Poteſtatis ⁊ Capitanei. Rubrica. 7.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt q̄ iudices, ſocij, notarij, officiales ⁊ familiares dominoꝝ Poteſtatis ⁊ Capitanei vnuſquiſq3 ipſoru3 officium ſibi cõmiſſum in principio officij ipſoꝝ/⁊ cuiuſq3 ipſoꝝ iurent corporaliter ad ſancta dei Euangelia tactis ſcripturis in cõſilio ſecreto/in omnibus ⁊ per omnia obſeruare: vt in dicto iuramento dictoꝝ dñorum poteſtatis ⁊ capitanei continetur. Et q̄ non dabunt per ſe vel alium operam in aliquo conſilio cõmunis Aſiſij/q̄ preſens poteſtas ſiue capitaneus: nec aliquis ex eis eligatur ad aliquod officium: Et ſi eligeretur aliquis ex ſe ipſis/q̄ non acceptabit: Et nullum compromiſſum recipient inter aliquos de ciuitate vel comitatu Aſiſij/vnde ſalariu3 recipiant ⁊ ſi aliter vel alio modo facerent non valeat nec teneat ipſo iure. Et non petere haberi nec habere ſuper aliqua criminali cauſa conſilium. In ciuili aũt ſic/ſi proceſſerit de partium voluntate. Et tunc non habeant conſilium cum aliquo iudice qui eſſet de terra vnde eſſet talis officialis/vel aliq̄s officialium ipſoꝝ, contrafaciens vero in.x.lib.deñ.debeat condemnari: niſi de partium voluntate proceſſerit. Et omnia predicta iurent obſeruare ⁊ in nullo ꝯfacere ſub pena p̄dicta preſtiti iuramenti/⁊ de his abſolui non poſſint cõſilio vel arenga. Voluerunt ēt ⁊ inhibuere q̄ nullus de ciuitate vel comitatu Aſiſij/vel forenſis vel habitans ibidem poſſit nec debeat qñ poteſtas vel capitaneus vel eoꝝ officiales ſederent ad Banchu3 ſtare intra ſtangas tribunalium vbi iura redduntur ad penam.C.ſolid.deñ.pro quolibet ꝯfaciente ⁊ qualibet vice. Et nullus rector vel officialis poſſit alicui licentiam concedere pena periuri ⁊.x.lib.deñ.pro quolibet ꝯfaciente ⁊ qualibet vice. Poſſint tñ dicti officiales introducere oẽs ſe excuſantes a quacũq3 accuſa ⁊ inquiſitione: ⁊ ēt oẽs ſuper articulis reſpondere volentes ⁊ oẽs teſtes qui deberent examinari/⁊ examinarētur ſup qualibet cauſa vel accuſa. Et notarij bancharum cauſarum ciuilium durante eoꝝ officio ad dictam penam non teneant̄. Et ad denunciandum ⁊ accuſandum q̄libet admittatur cum vno teſte qui habeatur pro legitima probatione: ⁊ medietas dicte pene ſit Cõis/⁊ accuſatoris alia. Et q̄ nullus notarius de ciuitate vel comitatu Aſiſij poſſit vel debeat recipere vel habere aliq̄d officium cõmiſſionis in curia poteſtatis vel capitanei niſi fuerit electus ſm̄ formam ordinamentoꝝ collegij notarie pena.xxv.lib.deñ.pro quolibet ꝯfaciente Cõmuni applicandorū. Et nullus iudex alicui notario cõmittere debeat aliq̄d niſi ꝓceſſerit de partiū volūtate/⁊ de ipſa cõmiſſione aliꝰ fuerit rogatus notarius. Declarantes dcm̄ iuramentū eſſe p̄ſtandum p ipſos officiales in cõſpectu Mag. Do. Prioꝝ q̄ p tp̄e fuerint/⁊ magnifici ꝯſilij ſecreti dicte ciuitatis.

Q̄ Poteſtas ⁊ Capitaneus teneant infraſcriptos officiales ⁊ familiares ⁊ de ſalario ipſorum. Rubrica. 8.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerūt q̄ poteſtas ⁊ capitaneus populi ciuitatis Aſiſij debeat habere ⁊ tenere illos officiales familiares ⁊ equos ſm̄ ordinem ⁊

modum infraſcriptum:videlicet vnum Colleteralem ⁊ iudicem pro quolibet vnū ſocium militem aptum ⁊ exptum/vnum notarium ad extraordinaria/⁊ vnum ad maleficia/⁊ vnū domicellum, ⁊ familiares octo, ⁊ duos equos extimationis pro quolibet ducat].x.auri ad minus.Et veniant dicti poteſtas ⁊ capitaneus cum omnibus ſupradictis officialibus, familiaribus ⁊ equis ꝑ vnam diem ante ꝑncipium eoꝝ officij/pro eoꝝ officio exercendo.Et habeant ⁊ habere debeant Poteſtas ⁊ Capitaneus predicti pro quolibet ipſoꝝ ⁊ ſuoꝝ iudicum, ſocioꝝ, notarioꝝ ⁊ totius familie ⁊ ēt equoꝝ predictoꝝ Salarium conſuetuꝫ pro toto tpe ſex menſium:dūmodo Camerarius dicti cōmunis debeat apud ſe retinere tertiam partem ſalarij dicti dn̄i poteſtatis vel capitanei/pro ſecuritate ⁊ ſatiſfactione cōis ⁊ ſpecialium perſonaruꝫ donec de dicto poteſtate vel capitaneo ⁊ ſuis officialibus ⁊ familiaribus lata fuerit ſententia abſolutoria vel cōdemnatoria per eoꝝ ſindicos ⁊ ratiocinatores:Que quidem tertia pars ſalarij ſupradicti/ſi fuerit cōdemnatus aliqs ex ꝑdictis cōmuni vel ſpeciali perſone cōuertatur in dictis condemnationibus:dūmodo cōmune ꝑferatur omnibus alijs.Et teneantur ⁊ debeant idem poteſtas ⁊ capitaneus in fine eoꝝ officij facere finem ⁊ refutationem maſſario cōis Aſiſij/de omni eo ⁊ toto illo ꝙ cōmuni ꝑdicto vel ſpecialibus perſonis dicere ſeu petere poſſent qualibet occaſione:Et nihilominus durante eoꝝ officio particularem refutationem facere teneantur pro rata ſalarij quod receperint.Et ꝙ qlibet iudicuꝫ tam poteſtatis q̄ꝫ capitanei ſit ⁊ eſſe debeat etatis vigintiquinqꝫ annoꝝ ad minus. Et doctoratus in aliquo collegio per quinqꝫ annos anteq̄ꝫ admittatur in dicto officio exercendo:Et habeat bullam ſiue ꝓuilegium doctoratus quam preſentare debeat coram dictis dn̄is prioribus ⁊ ꝯſilio.Et ſint diſtantes a dicta ciuitate Aſiſij ad minus per viginti miliaria ad penam ducentarum lib.den̄.pro quolibet contrafaciente ⁊ qualibet vice. Et qlibet notarius ipſoꝝ ſit ⁊ eſſe debeat etatis ad minus.xx.annoꝝ.Et ꝙ predicti poteſtas ⁊ capitaneus non debeant ducere aliquem iudiceꝫ vel officialem/qui fuerit iudex vel officialis in dicta ciuitate ante ipſoꝝ officium inchoatum infra qnquennium/pena ꝯfacienti pro quolibet predictoꝝ centum lib.den̄.⁊ teneatur eum remouere ſub dicta pena. Et ꝙ omnes officiales ⁊ domicellos quos duxerint in principio eoꝝ officij debeant tenere toto tpe eoꝝ regiminis:⁊ ēt ſindicatus ipſoꝝ/nec ipſos mutare ſeu alios in ipſoꝝ loco ſubſtituere:ſub pena ducentaruꝫ lib.den̄.pro iudice:⁊ centū lib.pro quolibet ſocio ⁊ notario/⁊ viginti qnqꝫ lib.pro quolibet domicello ⁊ familiare/niſi in caſu infirmitatis vel alia iuſta cauſa vel impedimento ſuperueniente:In qbus caſibus poſſit aliuꝫ vel alios ſubrogare loco ipſoꝝ ſine aliqua pena infra quintam diem.Et qlibet predictoꝝ poteſtatis ⁊ capitanei debeat in principio eoꝝ regiminis dare in ſcriptis eoꝝ officialium ⁊ familiariū nomina ⁊ pronomina/⁊ loca vnde ſunt/dn̄is ꝑoribus populi ⁊ cancellario cōmunis Aſiſij/⁊ etiam reuiſoribus deputandis per cōmune Aſiſij ad eos reuidendos.

¶ Officiales ſtent toto tēpore ſindicatus.

¶ Et ꝙ dn̄i priores dicte ciuitatis habeāt auctoritatem, poteſtatem ⁊ baliam eligendi ⁊ nominandi Reuiſores officialiū poteſtatis ⁊ capitanei ⁊ coneſtabilis famuloꝝ forenſiuꝫ arbitrio prioꝝ ciuitatis Aſiſij pro tribus annis proxime venturis/⁊ finito dicto tpe procedatur ad electionem alioꝝ officialium ꝑ alijs tribus annis/⁊ ſic ſucceſſiue de tribus annis in tres annos ꝓcedatur.Et ſi contingeret alicui dictoꝝ reuiſoꝝ mori vel abſentari a ciuitate Aſiſij/ꝙ tunc dn̄i priores loco talis mortui vel abſentis poſſint aliuꝫ eligere ⁊ ſurrogare. Qui reuiſores teneanť ⁊ debeant eoꝝ officiū exercere bona fide ⁊ ſine fraude.Quas monſtras ꝑdicti dn̄s poteſtas ⁊ capitaneus faciant ⁊ facere teneantur ⁊ debeant duabus vicibus adminus diuerſis hebdomadis/qn̄ fuerint reqſiti per ipſos reuiſores ad penam ⁊ ſub pena.xxv.lib.den̄.pro quolibet ⁊ qualibet vice qua neglexerit:in quibus per eoꝝ ſindicos tpe ſindicatus eoꝝ condemnetur. Que reuiſio fiat ⁊ fieri debeat in platea cōis publice ⁊ de die pn̄tibus duobus teſtibus fidedignis. Et ſi poteſtas vel capitaneus dictam monſtram recuſauerint facere ad reqſitionem dictoꝝ reuiſorum/perinde habeantur ac ſi familiares ⁊ officiales ⁊ equos non haberent ⁊ credatur dicto dictoꝝ reuiſoꝝ ⁊ ipſoꝝ notarioꝝ ſi dicti rectores monſtraꝫ ꝑdictā facere noluerint:Et pro quolibet iudice non aſſignato in dicta monſtra ſocio ⁊ notario/predicti dn̄i incurrant penam quinquaginta lib.den̄. Pro domicellis ⁊ alijs familiaribus ⁊ equo deceꝫ lib.den̄. Et ꝙ predicti poteſtas ⁊ capitaneus ⁊ quilibet ipſoꝝ teneantur relinquere cōmuni Aſiſij duos vmbones ſiue targones valoris ⁊ eſtimationis duoꝝ florenoꝝ depictos ad arma ipſorum ⁊ cōmunis Aſiſij eoꝝ ſumptibus ⁊ expenſis ⁊ duas baliſtas de acciario ſiue de oſſe

¶ Monſtra Poteſtatis Aſiſij.

cum duobus balderijs valoris ⁊ extimationis duoꝝ florenoꝝ auri/⁊ duas Schopiectas octonis valoris ⁊ extimationis duoꝝ florenorum. Et non poſſint pro dictis targonibus ⁊ baliſtis ⁊ ſcopiectis dare extimationem aliqua de cauſa. Et ſi baliſtas ⁊ balderia ⁊ targones ⁊ ſchopiectas predictas/dicti poteſtas vel capitaneus non dederint ⁊ aſſignauerint dicte extimationis cõmuni predicto ꝙ maſſarius ſiue camerarius aplicus retineat ⁊ retinere debeat de ſuo ſalario florenos decem/pena ipſis non ſeruantibus predicta.xxv.lib.deñ.de ſuo ſalario aufereñ. Que arma dicti poteſtas ⁊ capitaneus ⁊ quilibet ipſoꝝ debeant ⁊ teneantur dare ⁊ aſſignare dominis prioribus ⁊ in conſilio ſecreto infra menſez poſt introitum ipſorum/⁊ cuiuſqꝫ ipſorum officij/ſub pena ⁊ ad penam dictorum decem florenorum.

¶ Additio.

¶ Quod onus ſoluendi/retinendiqꝫ ⁊ vt.ſ̃.obſeruandi tranſeat etiam ad quẽcunqꝫ alium officialem ſeu rectorem/quouis alio nomine vel titulo nuncupatum: qui ſalario ⁊ emolumentis officialium predictorum potiretur.

¶ De fiat buſſula Sindicorum ad ſindicandum dominos Poteſtatez ⁊ Capitaneũ ⁊ alios officiales forenſes. Rubrica. 9.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ tpe imbuſſulationis fiende dñorum Priorum ⁊ alioꝝ officialium ciuitatis Aſiſij imbuſſulentur Sindici ad ratiocinandum ⁊ ſindicãdum dñm Poteſtatem ⁊ Capitaneum ciuitatis Aſiſij: ⁊ de dicto buſſulo extrahantur eadez die depoſitionis officij dicti domini poteſtatis ⁊ capitanei qui pro tpe fuerint: Et procedere ⁊ inueſtigare teneantur dicti ſindici prout in Statutis dicte ciuitatis de ſindicatu domini poteſtatis ⁊ capitanei ⁊ aliorum officialium forenſium continetur.

¶ De ſindicatu dñoꝝ Poteſtatis ⁊ Capitanei ⁊ eoꝝ officialiũ. Rubrica. 10.

¶ Nota ꝺ ſindicatu officialiuz in hoc rubrica ⁊ ſeq. vſqꝫ ad rubricam.xxj.

¶ Ordo ſeruãdus in ſindicatu poteſtatis.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerũt ꝙ dñi poteſtas ⁊ capitaneus dicte ciuitatis: ⁊ ceteri officiales ⁊ familiares ipſoꝝ ⁊ cuiuſqꝫ ipſoꝝ debeant ſindicari per ſindicos ſeu per ratiocinatores p̃dicti cõis ⁊ populi ciuitatis Aſiſij predicte eligendos ⁊ imbuſſulandos vt.ſ̃.continetur: Qui ſindici vel ratiocinatores ipſos poteſtatem ⁊ capitaneuz: ⁊ ipſoꝝ quemlibet/⁊ eoꝝ ⁊ cuiuſqꝫ ipſoꝝ officiales ⁊ familiares debeant ſindicare ⁊ rationem de geſtis ⁊ adminiſtratis ab eis ⁊ quolibet eoꝛuz ⁊ cuiuſqꝫ ipſoꝝ officio infra octo dies poſt depoſitionez officij poteſtarie vel infra dcm̃ tps octo dierum ipſos abſoluere vel condemnare hoc ordine ſeruato ſindici ⁊ ratiocinatores ipſoꝝ dñoꝝ poteſtatis ⁊ capitanei/prima die poſt depoſitionem officij ipſoꝝ ⁊ cuiuſqꝫ eorũdem debeant recipere ꝓmiſſionem ⁊ depoſitum ab aliquo hoſpitatore qui in depoſitum habeat equos ⁊ arnenſia ⁊ alia bona dictoꝝ poteſtatis ⁊ capitanei a predicto poteſtate ⁊ capitaneo cum iuramento pro eis ⁊ familiaribus ⁊ officialibus ipſoꝝ ꝙ omnes toto tpe ſui ſindicatus ſtabunt continue pſonaliter ad ius reddendum ⁊ rationem ipſoꝝ officij adminiſtrationum ⁊ ꝙ reddent de omnibus plenariã rationem tam de officio ⁊ adminiſtratione officij cuiuſqꝫ ipſoꝝ q̃ꝫ etiam de debitis contractis p ipſos vel aliquem ipſoꝝ ⁊ cuiuſqꝫ ipſoꝝ officiales ⁊ familiares: ⁊ etiam de omnibus maleficijs, exceſſibus ⁊ delictis per eos officiales ⁊ familiares ipſoꝝ vel aliquem eorũdem tpe eorum regiminis cõmiſſis ⁊ perpetratis in ciuitate vel comitatu Aſiſij/pro quibus ipſi dñi ⁊ quilibet ipſoꝝ/ſi obnoxij reperirentur integraliter teneantur pecunialiter. Saluo ꝙ p̃dicta non habeant locum in illis officialibus ⁊ familiaribus qui repreſentarent̃ perſonaliter vſqꝫ ad ſententiaz incluſiue quotiens mandatũ fuerit per Sindicos predictos dño poteſtati vel capitaneo aut eoꝝ vel alteri ipſoꝝ procuratori vel detinerent̃ vel fideiuſſores darent de parendo ſententie. Si vero aliquis officialis vel familiaris alicuius predictoꝝ dñoꝝ condemnaretur in pſona ⁊ non eſſet in fortia cõis Aſiſij/teneatur talis poteſtas vel capitaneus cuius eſſet talis officialis vel familiaris condemnatus in perſona/penam quinquaginta lib. deñ.ſoluere pro dicto tali condemnato in perſonam. Ipſi vero Sindici predictoꝛuz dominorum vel

noꝛum vel alterius eoꝛum teneantur ⁊ debeant pꝛima die cuiuſlibet ſindicatus banniri facere per ciuitatem Aſiſij in locis conſuetis Quod quilibet volens petere aliquid ab ipſis dñis vel aliquo ipſoꝝ ſeu officialibus ⁊ familiaribus ipſoꝝ ⁊ cuiuſqꝫ ipſoꝝ compareat coꝛaꝫ eis ad recipiendum iuſtitie complementum. Et ſimile bannimentum fieri faciãt in ſequenti die ⁊ idem tertia die ⁊ etiam quarta die. Et in quolibet bãnimento detur terminus vnius diei ⁊ non vltra. Et ſi aliquis in fra terminum dictoꝝ bannimentoꝝ coꝛam ipſis ſindicis vel ratiocinatoꝛibus comparuerit volens aliquid petere a pꝛedictis vel alicui ipſoꝝ ſeu alicuius eoꝝ officialibus ⁊ familiaribus admittatur ⁊ audiatur omnino: dũmodo ſuaꝫ vel ſuoꝝ iniuriam pꝛoſequatur: ſcilicet patris, fratris carnalis, matris, ſoꝛoꝛis carnalis: filij ipſius vel filie, vxoꝛis, aui vel auie: ⁊ pꝛincipalis perſona etiam/que diceretur recepiſſe iniuriam vel iniuſtitiam. ¶ Voluerunt etiam ⁊ firmauerũt ꝙ omnibus ⁊ ſingulis de ciuitate vel comitatu Aſiſij/ſit licitum ꝯ̃ dictos dños ⁊ quemlibet eoꝝ ⁊ cuiuſqꝫ ipſoꝝ officiales ⁊ familiares accuſationem/denunciationem ſiue petitionem poꝛrigere de furto/falſitate/illicito lucro accepto Reuenditione maleficij/⁊ ẽt de omnibus ⁊ ſingulis maleficijs/exceſſibus ⁊ delictis per eos ⁊ officiales ⁊ familiares ipſoꝝ vel alicuius eoꝛũdem dicto tpe eoꝝ ⁊ cuiuſqꝫ ipſoꝝ regiminis cõmiſſis ⁊ perpetratis in ciuitate ⁊ comitatu Aſiſij. In alijs vero caſibus: videlꝫ de neglectis obmiſſis ⁊ male adminiſtratis ⁊ de omnibus alijs ſupꝛadictis admittatur tm̃ Sindicus generalis cõmunis Aſiſij: Et qlibet alius iniuriatus de ciuitate vel comitatu Aſiſij admittatur vt ſindicus: Et ꝙ dicti Sindici generales nec aliqs alius in petitione generali poſſit immiſcere nec in ea inſerere factum ſpecialis perſone: Et ſiquis ꝯ̃fecerit talis petio generalis quantuꝫ ad factum ſpecialis perſone nullatenus admittatur: ceteris alijs in dicta petitione poꝛrecta contentis firmis ⁊ ratis manentibus pꝛout iuris fuerit examinandis. Et ſi infra dicta tempoꝛa bannimentoꝝ ſpecialis perſona nõ compareret ad dicendum aliquid ꝯ̃ pꝛedictos dños vel aliquem ipſoꝝ vel ipſoꝝ officiales ⁊ familiares vel ſi compareret ⁊ petitionem/accuſationem vel denunciationem dediſſet ⁊ infra dictum tempus de leſione ⁊ iure ſuo non docuerit/ꝙ abinde impoſterũ talis perſona non audiat. Sed teneantur ⁊ debeant pꝛedicti ſindici ſeu ratiocinatoꝛes pꝛedictoꝝ ⁊ cuiuſqꝫ ipſoꝝ officialium tam ſuper libello generali Sindici cõis q̃ꝫ etiã ſuper alijs ad ſententiaꝫ pꝛocedere ita ⁊ taliter ꝙ ſalteꝫ octaua die poſſint dicti dñi cum ſua familia recedere/ſi fuerint abſoluti: dũmodo ſatiſfaciant officialibus ipſoꝝ de ſalario inter eos conuento. Qui quideꝫ officiales ſuper petitione eoꝝ ſalarij infra dictos octo dies ⁊ ſemper audiantur. Si vero fuerint condemnati non poſſint nec debeant ſecedere de ciuitate Aſiſij/niſi p̃mo ⁊ ante omnia effectualiter ſoluerit cõi ⁊ ſpecialibus perſonis ſꝫm condemnationem ⁊ ſententiam ipſoꝝ Sindicoꝝ/immo poſſint ⁊ ſit licitum ipſis ſindicis ipſos dños ⁊ eoꝝ/⁊ cuiuſqꝫ eoꝝ officiales ⁊ familiares detineri ⁊ cuſtodiri facere ꝓut eis videbitur ⁊ placebit. ¶ Voluerunt ẽt/⁊ firmauerunt ꝙ dicti officiales ⁊ familiares ipſoꝝ dñoꝝ vel alicuius eoꝝ ſi per ſe vel alium ꝯ̃ illum vel illos/cum quo vel qbus eſſet cauſa coꝛam dictis ſindicis vel ratiocinatoꝛibus oppoſuerint aliquam exceptionem magni pꝛeiuditij donec ſuper ipſa exceptione fuerit cognitum ⁊ pꝛonunciatum per iudicem competentem talis dñs vel officialis cuꝫ tota ſua familia teneatur ſtare in dicta ciuitate Aſiſij/nec de ea ſecedere/nec ſententia abſolutoꝛia per ipſos ferri poſſit: Et meta huius tempoꝛis ſindicatus non intelligatur cucuriſſe ſindicis nec illi ꝯ̃ quem oppoſituꝫ fuiſſet de tali exceptione. Sed ſindici pꝛocedere debeant finita cauſa exceptionis ſi ꝯ̃ pꝛoponentem in dicta/⁊ ſuper dicta exceptione pꝛonunciatũ fuerit per tot dies poſt elapſum terminuꝫ ſindicatus quot diebus cognitio dicte exceptionis durabit non obſtante termino ſupꝛa aſſignato. Ad que omnia exequenda ad petitionem dictoꝝ ratiocinatoꝛum ⁊ ſindicoꝝ/quilibet officialis foꝛenſis cõis pꝛedicti teneatur eiſdem ſindicis opoꝛtunum conſilium exhibere: Et ꝙ non fiant poſitiones ſed tm̃ pꝛobationes: ⁊ ꝙ nulla accuſa denunciatio ſiue petitio poſtq̃ꝫ fuerit data poſſit extrahi vel eidem renunciari pena. x. libꝫ. deñ. pꝛo quolibet extrahente vel renunciante: Et nihilominus ipſa talis renunciatio nõ teneat: Et ipſa renunciatione non obſtante Sindici poſſint ⁊ debeant pꝛocedere/ſuper qbus omnibus ꝯ̃ delinquentes in pꝛedictis vel aliquo pꝛedictoꝝ poſſit inquiri non obſtante aliquo ſtatuto quod in contrarium loqueretur: Et ſi fieret ſuper poſitionibuſ aliqua confeſſio non valeat neqꝫ teneat. Et ꝙ petitiones ⁊ accuſationes poſſint dari ꝯ̃ officiales de grauaminibus per eos factis/non obſtãte ꝙ ſuper ipſis penderet appellatio ſiue alter recurſus:

¶ De bannimentis in ſindicatu.

¶ Quis admittatur ad agendum vel accuſand. in ſindicatu.

¶ Sententia ſindicatus infra octo dies.

¶ Dubiuꝫ eſt in iure communi.

Et dicti ſindici teneantur ⁊ debeant ſuper dictis petitionibus ⁊ accuſationibus procedere ⁊ iuſtitiam miniſtrare. ¶ Et ꝙ dicti ſindici in dicto ſindicatu poſſint ꝓcedere de plano ſummarie/⁊ ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij: ⁊ ſi dicti ſindici pro expediendo dicto ſindicatu petierint Conſultorem/ꝙ per dños Priores adhibeatur ⁊ prouideatur de conſultore ſumptibus ⁊ expenſis dictoꝝ dñoꝝ poteſtatis ⁊ capitanei quos tunc ſindicari ꝯtingerit: ⁊ hoc capitulũ ſit preciſum ꝙ tolli non poſſit conſilio vel arenga. ¶ Uoluerunt ẽt ⁊ p̃nti lege firmauerunt ad obuiandum enormitatibus, nequitijs ⁊ fraudem dictoꝝ poteſtatis ⁊ capitanei, ⁊ eoꝝ officialium ⁊ alioꝝ quorũcunqꝫ malignantium: ac ſub ſportularum colore ſententias fuerunt venales, ⁊ ad eoꝝ auaritiam reprimendam Qꝫ ſupradicti ſindici ⁊ ſindicatores idem arbitriũ ⁊ facultatem, poteſtatem ⁊ baliam habeant ſindicandi ⁊ ratiocinãdi ſupradictos dños poteſtatem, capitaneum ⁊ eoꝝ iudices ⁊ officiales, iuxta ordinez ⁊ modum pretaxatum de omnibus ⁊ ſingulis per ipſos vel aliquem ipſoꝝ factis geſtis ⁊ adminiſtratis tp̄e eoꝝ officij/in qbuſcunqꝫ cauſis cõmiſſarijs/⁊ eis cõmiſſis ⁊ de qbus aliquam cognitionem habuerint ⁊ puniendi ⁊ ſententiandi ⁊ de predictis dicti poteſtas ⁊ capitaneus ⁊ eoꝝ officiales rationem ⁊ adminiſtrationem reddere teneantur. Et ꝙ non poſſint allegare ꝙ non ſint ſubiecti iuriſdictioni dictorum Sindicorum in cauſis commiſſarijs: vel forum declinare ad penam centum florenorum auri contrafacienti auferendorum ⁊ applicandorum camere apoſtolice ciuitatis Aſiſij.

¶ Cauſa ſindicatus ſũmaria.

¶ Sindicatur etiam in cauſis cõmiſſionis.

¶ Additio.

¶ Et intelligantur predicta procedere in quocunqꝫ alio officiali/loco ſupra nominatorum inſtituto vel ordinato etiam ſi maiori dignitate preful gerent.

¶ Qꝫ cuilibet de ciuitate vel comitatu Aſiſij liceat accuſare Poteſtatez ⁊ Capitañ. ⁊ ipſorum officiales ⁊ alios officiciales forenſes coram Sindicis. Rubrica. II.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ tp̄e ſindicatus dñi poteſtatis ⁊ capitanei populi quilibet de ciuitate ⁊ comitatu Aſiſij poſſit accuſare ⁊ denunciare coram Sindicis cõmunis Aſiſij ſupradictos dños poteſtatem ⁊ capitaneum populi ⁊ ipſoꝝ officiales ⁊ familiares/⁊ alios officiales forenſes/⁊ quemlibet ipſoꝝ/⁊ quemlibet alium officialem forenſem cõmunis/de neglectis ⁊ obmiſſis geſtis ⁊ adminiſtratis dolo, culpa, ⁊ fraude ⁊ generaliter de omnibus que agerent ſiue facerent vel pretermitterent/contra vltra vel preter aliquod ſtatutũ vel reformationem dicti cõmunis Aſiſij tempore eorum vel alicuius eorum officij/⁊ habeatur pro legitimo accuſatore ⁊ denunciatore ac ſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequeretur. Et ſi non probauerit ipſam accuſationem condemnetur in viginti ſolidorum denariorum.

¶ Qꝫ liceat Sindicis procedere per inquiſitionem ex ſuo officio. Rubrica. I2.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ dicti Sindici poſſint ⁊ eis liceat ꝓcedere per modum inqſitionis ex eoꝝ officio contra ⁊ aduerſus omnes ⁊ ſingulos poteſtatez ⁊ capitaneum/officiales ⁊ familiares eorũdem tp̄e ſindicatus ipſoꝝ ꝯ ipſos ⁊ quemlibet ipſoꝝ ꝓcedere poſſint ⁊ condemnare vel abſoluere ꝓut eis videbitur eſſe iuſtum ſm formam iuris ⁊ ſtatutoꝝ ⁊ ordinamentoꝝ cõis Aſiſij/a cuius cõdemnatione nullus appellans audiatur. Sed de facto talis cõdemnatio ſoluatur omnino: ⁊ quicqd factum fuerit ꝑ ipſos ſindicos ꝯ predictos vel alteruz p̃dictoꝝ ciuiliter vel criminaliter in ꝓcedendo vel ꝯdẽnando p̃ſumat̃ ⁊ ſit legitime ⁊ de iure fcm̃/nõ obſtãte ꝙ iuris ordo ſeu ſubſtãtialitas fuerit p̃termiſſa ⁊ de nullitate ꝓceſſus ſeu ineptitudine libelli opponi nõ poſſit ſi de maleficio ꝯſtet ⁊, ꝙ in eodẽ libello poſſit ꝓponi ciuil̃r ⁊ criminal̃r iudiciũ.

¶ A ſententia ſindicoꝝ non audiatur ap.

¶ Qꝫ Priores populi teneantur fauere Sindicis ⁊ eiſdem ſubuenire. Rubrica. I3.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ ad requiſitionem predictoꝝ ſindicoꝝ dñi Priores populi/Poteſtas ⁊ Capitaneus q pro tp̄e fuerint pena centum lib. deñ. pro quolibet ipſoꝝ teneantur ⁊ debeant ipſis Sindicis fauere/⁊ ſibi ſubueni-

re de officialibus ⁊ familiaribus ⁊ baiulis/⁊ alijs auxilijs, conſilijs ⁊ fauoribus cauſa exe/
quẽdi ⁊ exercẽdi offm̃ ipſoꝝ bñ ⁊ legal'r ⁊ viril'r ꝓut ⁊ ſic ipſis ſindicis videbit' ⁊ placebit.

¶ Q̃ nullus bibat vel comedat cum familiaribus tpe eoꝝ ſindicatus. Rubrica. 14.

Statuerunt Et ordinauerunt ꝙ nullus de Aſiſio/audeat vel preſumat bibere vel comedere cum dictis poteſtate vel capitaneo vel officialibus vł familiaribus eoꝝ ſeu aliquo ipſoꝝ nec ipſos nec aliquem ipſoꝝ ſociare/nec patrociniuꝫ vel fauorem pſtare ad ſtangam ⁊ bancbum iuris/nec aliquod enſenium mittere eis vel alicui ipſoꝝ ad penam decem lib. deñ. Et ꝙ nulluſ de ciuitate vel comitatu Aſiſij/vbi dicti dñi hoſpitarentur vel alibi tpe ſindicatus bibat vel comedat cum eis vel aliquo predictoꝝ. Et nullus de Aſiſio vel comitatu Aſiſij/poſſit conuiuare dicto tpe eoꝝ ſeu ipſoꝝ officiales ⁊ familiares ad comedendum vel bibenduꝫ vel eis enſeniandum aut enſeniare ad penam. xxv. lib. deñ. pro quolibet cõtrafaciente. Et de predictis quilibet poſſit accuſare vel denunciare ⁊ habeat ⁊ lucretur medietatem dicti banni. Et ſupradicta pena decem librarum per ſupradictos ſindicos a contrafaciente auferatur de facto ⁊ veniat in cõmuni: Et de predictis ſindici cõmunis qui pro tempore fuerint teneantur ⁊ debeant facere inqſitioneꝫ ⁊ punire ⁊ condemnare repertos culpabiles in pena pdicta.

¶ De ſententijs Sindicorum executioni mandandis. Rubrica. 15.

Statuerunt Et ordinauerunt ꝙ poteſtas ⁊ capitaneus ciuitatis Aſiſij/⁊ quilibet ipſoꝝ ac etiaꝫ ſupradicti ſindici teneantur ⁊ debeant ſententias ipſoꝝ ſindicoꝝ exequi ⁊ executioni mãdare ⁊ penas impoſitas in ipſis ſententijs deuenire faciant in cõi. Et ſi poteſtas tpe ſindicatus ſui fuerit condemnatus/ꝙ poteſtas ſucceſſor eius ſub pena dupli teneatur dictam condemnationem exequi. Et ſi capitaneus dicto tpe fuerit condemnatus ꝙ capitaneus ſucceſſor eius teneat' ẽt dictã condẽnationẽ exeq ſub dicta pena. Et ad h̃ vt poteſtas ⁊ capitaneus nõ poſſint ignorãtiã de pdict̃ ptẽdẽ/ꝙ ſindici pdicti teneant' eos regri facẽ ad dcãs ſnias audieñ.

¶ De ſacramento Sindicorum ⁊ eorum Notarij. Rubrica. 16.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ ipſi Sindici teneantur ⁊ debeant ea die qua publicati fuerint ad dictum officium exercendum Jurare in manibus Cancellarij coram dñis Prioribus dictuꝫ eoꝝ officium bene ⁊ legaliter exercere ꝺm formam Statutoꝝ ⁊ ordinamentorum cõmunis ⁊ populi ciuitatis Aſiſij/⁊ ſeruare ordinamenta facta/⁊ executioni mandare ad penam quinquaginta lib. deñ.

¶ Q̃ notificetur baiulis ⁊ hominibus villarũ tpe ſindicatus dñoꝝ offic. Rubrica. 17.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ dicti ſindici tpe ſindicatus dictoruꝫ dñorum poteſtatis ⁊ capitanei ⁊ eoꝝ officialium ⁊ familiarium ⁊ omnium officialium forenſium immediate poſt publicationem ipſoꝝ debeant ⁊ teneantur nuncios ⁊ baiulos cõis tranſmittere per comitatũ Aſiſij ad notificandum baiulis villarum maſſarijs ⁊ hominibus villaꝝ comitatus ⁊ diſtrictus Aſiſij. Si aliquis vult petere ab officialibus antedictis aliquid ꝙ debeat infra terminum aſſignandũ per ipſos ſindicos ⁊ coram ipſos comparere perſonaliter vel legitime ad exponendum querimoniam de grauaminibus ſibi illatis per ſupradictos vel aliqueꝫ pdictoꝝ. Et elapſo termino aſſignato nullus vlterius audiatur. Et ipſi ſindici teneantur procedere ad petitionem predictoꝝ contra predictos officiales ꝺm formaꝫ iuris ⁊ ſtatutoꝝ cõis ⁊ populi ciuitatis Aſiſij. Et ꝙ baiulus villarum cum maſſarijs ſuis coram dictis Sindicis

debeant comparere ad docendum dicendum ⁊ oſtendenduʒ/ſi dicti baiuli vel homines eorum villarum ſunt grauati indebite per dictos poteſtatem ⁊ capitaneuʒ ⁊ eoꝝ vel alterius eoꝝ officiales ⁊ familiares: Et ꝙ de predictis mittatur cuilibet baiulo villarum cedula in ſcriptis per ſindicos ſupradictos/ad quoꝝ relationem dicti ſindici ɔ̃ pdictos poteſtatem ⁊ capitaneũ ⁊ eoꝝ officiales teneãt ⁊ debeãt inqrere ⁊ ꝓcedẽ. Et pdictã notificationẽ dicti ſindici teneãt facere pma die ſindicatꝰ dictoꝝ dñoꝝ ꝓ ſequẽti die poſt notificationẽ factaʒ.

De ſcripturis fiendis per Notarium Sindicorum. Rubrica. 18.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ notarius ipſoꝝ ſindicoꝝ teneatur ⁊ debeat ad penaʒ quinquaginta lib. deñ. omnes ⁊ ſingulas ſcripturas ſibi occurrentes ponere ad quaternũ ordinate: Et teneatur ⁊ debeat cuilibet petenti/⁊ ad dictam penaʒ dare omnem ſcripturam per eum factam: ⁊ de qua fuerit rogatus ad petitionem cuiuſlibet petentis/⁊ cuilibet petenti/ſi ſua intererit niſi contrarium habuerit in mãdatis a dñis Prioribus populi ciuitatis Aſiſij tunc exiſtentibus.

Q mittantur littere de Abſolutionibus vel Condemnat. Rubrica. 19.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ per dominos Priores populi cõmunis ciuitatis Aſiſij cum ſigillo cõmunis Regiminibus conſilio ⁊ cõmuni illius ciuitatis vel terre vnde fuerint officiales forenſes predicti mittantur litterę continentes condẽnationem vel abſolutionem predictorum officialium/⁊ maxime dominorum poteſtatis ⁊ capitanei ⁊ eoꝝ officialium/⁊ officialium forenſium: Et ſemper condemnationes ⁊ abſolutiones omnium officialium cõmunis Aſiſij ſcribantur per notarium dictorum ſindicorum / ⁊ ferantur in palatio Magnificorum dominorum Priorum populi ciuitatis Aſiſij.

Q notarius extraordinarioꝝ teneatur fieri facere oẽs opas fontiũ ⁊ pontiũ. Rca. 20.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ officialis extraordinarioruʒ cõmunis teneaẗ ⁊ debeat fieri facere omnia opera fontium/pontium/ſtratarum/viaruʒ ⁊ omnes alias que per cõmune Aſiſij extiterint deliberatę: Et reparare ⁊ reparari facere oia opera fontium/aqueductuum, viarum/ſtratarum/pontium ⁊ alioꝝ operam dicti cõmunis que per priores populi omnes in concordia ſeu per quinqꝫ ex eis precipientur ad penam ⁊ bãnum pro qualibꝫ vice. x. lib. deñ. vꝫ/illa que debent fieri ꝑ adiacentes expenſis adiacentiuʒ ⁊ illa que debent fieri expenſis cõmunis/fieri facere expenſis cõmunis. Et ex predictis ſemper procedere debent ſm formam ſtatutoꝝ dicti cõmunis/cui officiali omnes homines ⁊ perſone dicte ciuitatis ⁊ comitatus/⁊ alij habitantes in dicta ciuitate ⁊ comitatu teneantur in dictis operibus in omnibus ⁊ per omnia obedire ad penam ꝓ quolibet non obediente ⁊ qualibet vice vſqꝫ in quantitateʒ viginti ſol. deñ. cõi Aſiſij applicañ. ſummarie ⁊ de facto. Et dictus officialis habeat ⁊ habere debeat quartam dicte pene de omni eo ꝙ cum effectu peruenire fecerit in Cõmuni.

Qualiter ſindicentur domini Priores ⁊ Cancellarius Cõis Aſiſij. Rubrica. 21.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ per aduocatum cõmunis Aſiſij debeant ſindicari ⁊ ratiocinari domini Priores ⁊ notarij ipſoꝝ de omnibus ⁊ ſingulis geſtis obmiſſis, cõmiſſis ⁊ neglectis per ipſos vel aliquem ipſoꝝ: Qui aduocatus ⁊ ſindicus predictus teneatur ⁊ debeat depoſito officio dictoꝝ dñoꝝ priorum ⁊ notarij ipſoꝝ per publicum preconem ciuitatis Aſiſij/in locis publicis ⁊ conſuetis tribus ſubhaſtationibus banniri facere diuerſis diebus / ꝙ quicunqꝫ vellet aliquid petere

opponere vel contradicere ab aliquo predictoruꝫ debeat comparere coram dicto ſindico infra terminum bannimentoꝝ predictoꝝ ad petendum dicendum ⁊ opponendum vel contradicendum quicquid volunt ab eis/⁊ recipient iuſtitie cóplementum. Qui ſindicus poſſit contra predictos vel aliquem ipſoꝝ procedere per modum accuſationis/denunciationis vel inquiſitionis de omnibus geſtis cómiſſis neglectis ⁊ perpetratis per eos vel alterum eoꝝ preter ⁊ cótra formaꝫ ſtatutoꝝ ⁊ ordinem cómunis Aſiſij/⁊ tam de obmiſſis q̄ꝫ de cómiſſis per eos vel alterum ipſoꝝ. Et ipſos abſoluere vel condemnare prout de iure requiritur iuſtitia mediante: quod tempus ſindicatus predictoꝝ duret ⁊ durare debeat per quinqꝫ dies ⁊ non vltra: infra quod tempus dictus ſindicus debeat predictos abſoluere vel códemnare ſub pena ⁊ ad penam. xxv. lib. deñ. Et voluerunt etiam ꝙ cancellarius cóis Aſiſij finito eius officio ſindicetur ⁊ ſindicari debeat per dictū aduocatum ⁊ ſindicum de geſtis factis obmiſſis ⁊ cómiſſis durante eius officio iuſta modum ⁊ formam ſupra traditam in ſindicatu predictorum dominorum Priorum: Et quilibet ad denunciandum ⁊ accuſandum admittatur.

De ſindicatu officialium cuſtodię ⁊ damnoꝝ datoꝝ cómunis Aſiſij. Rubrica. 22.

taneum debeat condemnari, cuius pene medietas ſit cõis: ⁊ alia denunciantis. Et quilibet volens ronzinum ad vecturam admittatur ad denunciandum ⁊ credatur eidem cum ſacramento/⁊ vno teſte, ⁊ habeatur pro legitima probatione. Et ſi habẽtes ronzinos vel mulos predictos recuſauerint ipſos ad vecturam preſtare modo predicto/ habita ſi voluerint cautione: in dictam penaz incurrant: ⁊ ſimili pena puniantur pro quolibet ⁊ qualibet vice: ⁊ nihilominus cogãtur ad mutuationem predictam. Et ꝙ reſtituant eidem illud quod vltra decem ſol. deñ. vel ſeptem vt ſupra eſt expreſſum reciperent de facto ſine aliqua iuris ſolemnitate: ⁊ compelli debeant ad predicta non obſtante aliqua promiſſione facta tali danti equuz ſiue mulum/ſiue receperit inſtrumeñ. mutui confeſſioñ. vel depoſitioñ. per ſe vel alium/vel ẽt aliquarum rerum. Et predicta inſtrumenta tanq̃ cõpoſita ⁊ facta in fraudem vecture/nõ teneant/⁊ ſint ipſo iure caſſa ⁊ nullius valoris. Et talis locator in centuz ſol. deñ. pro vice qualibet debeat condemnari: ⁊ occaſione predicta ab aliquo officiale nullatenus audiatur: ⁊ predictum inſtrumentum preſumatur in fraudem factum: ſi per teſtes in inſtrumento inſertos; vel per notarius qui ipſum ſcripſerit probatum fuerit de credulitate ꝙ ipſum inſtrumentuz fuiſſet factum in fraudem vecture/ſeu extimationis equi vel muli locati. ¶ Et ſi equi vel muli extimati/vel aliquis de extimatis dati ad vecturam / morirentur/vel deficerent / ſiue alio modo/ſiue macularentur penes conductorez. Ita ꝙ non recipiendi eſſent a locatore cuius fuerint equi vel muli locati: recipiant ⁊ habeant a conductore extimationem contentam in libro extimationis equorum ⁊ mulorum ſcriptam manu notarij poteſtatis/⁊ non aliã. Et vtrum dicti equi vel muli magagnati penes dictum conductorem ſint recipiendi nec ne per locatorem dicto/vnius vel duorum amicorum per locatorem ⁊ conductorem eligendorum: vel per Poteſtatem ſeu militem ipſius/ſi ipſi non concordauerint ſtetur. Et locatores dictorum equorum ⁊ mulorum recipient ſm extimationem premiſſam a conductore ſiue alio pro eo de dicto equo ſiue mulo locato reddendo ⁊ reſtituendo: vel de reddeñ. extimationẽ factaz vt dictum eſt. Et contra inſtrumeñ. factis de equis ⁊ mulis ſic extimatis reſtitueñ. vel extimatione preſtanda ſm extimationem ſcriptam in dicto libro extimationum nulla oppoſitio opponi poſſit/niſi equi vel muli reſtituti: vt dictũ eſt: ⁊ ſolutus extimatione. Et ſi quis vel ſi qua equum vel mulum dederit ad vecturaz alicui perſone ſi equus vel mulus non eſſet extimatus primo vt dictum eſt ſoluat pro qualibet vice lib. decem deñ. ⁊ ad denunciánduz quilibet admittatur cum probatione vnius teſtis: ⁊ habeat medietatem banni. Et ſi Poteſtas, vel capitaneus ad dictam penam auferendam fuerint negligentes in omnibus ⁊ ſingulis capitulis ſupradictis perdat vnuſquiſq; de ſuo ſalario. xxv. lib. deñ. ⁊ hoc capitulum valeat ⁊ teneat/⁊ plenam habeat firmitatem in preſentibus/preteritis ⁊ futuris. Et ꝙ equi ad arma ⁊ ronzini qui deberent ire/vel mitterentur in exercitibus caualcatis ambaſciatis / ſeu ſeruitijs dicti cõis extimenť ⁊ extimari debeãt ꝑ ſupradictos mareſchalchũ ⁊ militẽ: qui extimabũt equos ſiue ronzinos de vectura ſm ꝑtaxatuz moduz bona fide/dũmodo extimatio equi ad arma nõ excedat ſũmaz. xx. floř. auri. Et extimationis dictoꝝ equoꝝ ſcribanť ꝑ vnuz ex notarijs poteſtatis ſm ipſaz extimationẽ fiendã per p̄dictos de dictis equis ⁊ ronzinis poteſtas ⁊ capitaneus ⁊ dñi priores populi teneanť ſi mors interuenerit in ſeruitiuz cõis p̄dicti/de auere cõis p̄dicti ꝑ camerariũ infra vnũ menſez poſtq̃ fuerit eis mors denũciata. Illi tali ſeu talibus q dictos equos ⁊ ronzinos tali modo perderẽt: ſeu ꝑderet facere fieri emẽdam ſeruato ordine buſſulaꝝ. De magagnis fiat emẽdatio/dũmodo ſit euidẽs mõ p̄dicto/ꝓut idẽ mareſcalchus dixerit: cuius mareſchalchi officiũ duret ꝑ ſex mẽſes: ⁊ hẽat ⁊ habere debeat dicto tpe ſupradictũ ſalariũ: ⁊ nõ plus. ſ. xx. ſol. deñ. a cõi p̄dicto / q mareſcalchus iuret in cõſilio ſecreto ſuuz officium bene ⁊ legaliter ⁊ ſine fraude exercere. Et ſi in dicto officio dolum: vel fraudem cõmiſerit/ſoluat nomine banni centum lib. deñ. ⁊ perdat officium. In quibus per Poteſtatem vel Capitaneuz condẽnetur. Et ſi Poteſtas vel Capitaneus fuerit negligens ꝑdat de ſuo ſalario quinquaginta lib. deñ. qui in cõi deueniãt. Voluerunt inſuper ⁊ mandauerunt ꝙ nullus poſſit eſſe mareſcalchus nec ad dictum officium eligi: q artem mareſchalchie nõ exercuerit/ſiue fuerit cozonus/vel merchator equoꝝ per tempus decẽ annoꝝ ad penaz p̄dictam.

Si reddatur equus locatus deterior vel ſit mortuus quid agendum.

De equis conductis in vſu cõmunis Aſiſij.

¶ Q. Poteſtas ⁊ Capitaneus teneantur dare maſſario cõmunis ſententias eorum in chartis pecudinis. Rubrica. 69.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ Poteſtas ⁊ Capitaneus teneanť dare ⁊ aſſignare maſſario cõis Aſiſij q pro tpe fuerit omnes ⁊ ſingulas

ſententias

ſententias condẽnatorias: ⁊ abſolutorias in chartis pecudinis cum marginibus opportunis ⁊ ſufficientibus: ad hoc vt per notarium poſſint caſſari: ⁊ quas tulerint tpe eoꝝ officij: ſeu ipſoꝝ: ⁊ cuiuſqȝ ipſoꝝ/pena quinquaginta lib. deñ. ſibi auferẽ. ⁊ applicañ. camere cõis Aſiſij.

¶ Qꝫ omnes bailie comitatus remaneant prout terminate ſunt, ⁊ de electione Sindicorum ⁊ eorum officio. Rubrica. 70.

OMnes Baylie comitatus Aſiſij prout vnite ⁊ terminate ſunt in volumine ſtatutoꝝ. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ quibuſlibet ſex menſibus incipieñ. in kal. madij proxime venturi baiulum eligere teneantur infra decem dies inceptoꝝ ſex menſium: pena decem lib. deñ. pro qualibet villa ⁊ qualibet vice. ¶ Et ꝙ quelibet baylia ſiue caſtrum comitatus Aſiſij teneatur: ⁊ debeat infra dictum tempus decem dierum creare vnum Sindicum ſingulis ſex menſibus: qui iuret ad ſancta Dei euangelia ſequi mandata dñoꝝ Poteſtatis ⁊ Capitanei: ⁊ Magnificoꝝ dñoꝝ Priorum ciuitatis Aſiſij: ⁊ ſtatuta in preſenti volumine ſtatutoꝝ inſerta attendere ⁊ obſeruare: quod iuramentũ ſcribatur per notarium maleficioꝝ ciuitatis Aſiſij/abſqȝ aliquo ſalario vel mercede. Et teneatur dictus Sindicus denũciare maleficia occurrentia in eius villa ſm formam ſtatutoꝝ cõis Aſiſij ſub pena ⁊ ad penam decem lib. deñ. ſibi de facto auferẽ. ⁊ applicañ. camere cõis Aſiſij.

¶ De ſindicis comitatus ⁊ eoꝝ officio.

¶ De nouis ciuibus recipiendis. Rubrica. 71.

QUicunqȝ de alicuius iuriſdictione venerit Aſiſium ⁊ voluerit eſſe ciuis eiuſdem ciuitatis: ⁊ in ipſa perpetuo habitare. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ per Magnificos dños Priores ⁊ conſiliarios conſilij generalis ciuitatis predicte: ⁊ nõ alios in ipſo cõſilio generali recipiat: hoc modo. vȝ ꝙ fiat ⁊ mittatur in propoſita in ipſo conſilio: ⁊ ſuper ea fiat conſultatio: ⁊ deinde ponatur ad ſcutrinium/ad lupinos albos ⁊ nigros. ⁊ ſi obtentum fuerit per duas partes adminus dictoꝝ conſiliarioꝝ. Ille qui fuerit obtentus in ciuem veniat in conſilio predicto: ⁊ cum iuramento promittat Magnificis dñis prioribus: ⁊ conſilio predicto: cum rogitis in forma valida cancellarij dicti cõis ſtare/parere: ⁊ obedire mandatis dñorum Priorum Poteſtatis ⁊ capitanei dicte ciuitatis: ⁊ ꝙ continuo habitabit in ipſa ciuitate cum ſua familia ⁊ poſteris deſcendentibus: ⁊ emere: vel edificare vnam domum in dicta ciuitate Aſiſij. Ualore ⁊ cõis extimationis adminus. xxv. flor. ⁊ ſoluere cõi predicto adminus octo florenos infra terminum trium menſium: nec ipſam domũ vendere vel alienare ſine licentia dicti conſilij generalis ⁊ populi: niſi pro redemptione ſue perſone: vel ſui filij/vel filioꝝ/⁊ niſi in vltima volũtate in qua poſſit relinquere ſuis poſterioribus: ⁊ in dotem dare filie, vel nepti/ſi nuberet in ciuitate: vel comitatu Aſiſij. Et ſi dictaȝ venditionem/vel alienationem contra predictam formam fecerit/vel facere attentauerit per aliquem actum non valeat nec teneat ipſo iure. Sed ſtatim deueniat in cõi ⁊ ſit cõis predicti ipſo facto vel attentato/⁊ pena centum lib. deñ. applicañ. camere cõis Aſiſij/vltra applicationem dicte domus. Et ipſe nouus ciuis ſic obligatus teneatur dare idoneam cautioneȝ de obſeruando predicta: que cautio: ſiue fideiuſſio tanqȝ principalis ⁊ priuata perſona ad obſeruationem predictoꝝ ſe obliget/⁊ ad dictam penam: ⁊ ꝙ contra ipſum poſſit procedi: non facta diſcuſſione contra principalem. Et de predictis dñs Poteſtas ⁊ Capitaneus: ⁊ ipſoꝝ quilibet teneatur inquirere/videre ⁊ examinare: ⁊ contra predictos: vel aliquem ipſoꝝ procedere ⁊ exequi ad dictam penam perſoluendam de facto ſine aliqua iuris ſolemnitate. ¶ Et predicta forma ſeruata ille intelligatur verus ciuis eſſe ciuitatis predicte: ⁊ aliter nõ: ⁊ gaudeat priuilegijs ciuilitatis prout gaudent alij veri ⁊ originarij ciues dicte ciuitatis. ¶ Excepto ꝙ non poſſint eſſe de numero dñorum prioꝝ in eorum vita tantum: nec de numero conſiliariorum niſi eorum poſteri ⁊ deſcedentes. Et ꝙ cancellarius cõis Aſiſij teneatur ⁊ debeat ad penam decem lib. deñ. camere cõis Aſiſij applicandam in ſcriptis cuilibet maſſario ciuitatis Aſiſij nomina dictorum ciuium receptorum ⁊ recipiendoꝝ dare/ad hoc vt de abſentibus notitia haberi poſſit. Et ꝙ qcunqȝ acceptus in ciueȝ ſe abſentauerit a ciuitate ⁊ comitatu Aſiſij cũ familia ſua ⁊ alibi habitauerit qȝ in ciuitate ⁊ comitatu Aſiſij per ſex menſes: deſinat eſſe ciuis ⁊ dictam ciuilitatẽ ammittat dũmodo nõ eſſet abſens ex aliqua iuſta ⁊ rõnabili cauſa.

¶ De nouis cibus admittendis ⁊ quo modo.

¶ Forma recipiẽdi forenſem ⁊ aduenã in ciuem.

¶ Forẽſis in ciuem aſſumptus in eius vita prioꝛ: cõſiliarius: eſſe non poteſt.

19v

¶ Q: continentes ſoluant datiuas ⁊ contribuant in oibus factionibus. Rubrica. 72.

OMnes Et ſinguli cõtinentes ciuitatis ⁊ comitatus Aſiſij ⁊ de ordine cõtinentum predictoꝝ. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ teneantur ⁊ debeãt pro ſuis bonis ⁊ poſſeſſionibus ſoluere collectas ⁊ datiuas: ⁊ teneanť ⁊ debeãt cõtribuere ⁊ facere in oibus datiuis ⁊ collectis factionibus ⁊ expẽſis dicti cõis: ⁊ ad p̃dicta per officiales cõis Aſiſij realiter compellantur/dũmodo non coganť ad onera perſonalia.

¶ Q: officiales forenſes qui habent particulare officium in ciuitatis Aſiſij teneantur aſſignare baliſtam. Rubrica. 73.

OMnes Et ſinguli officiales qui habent in dicta ciuitate Aſiſij aliquod particulare officium. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ teneanť ⁊ debeãt In primo conſilio quo iurauerint eoꝝ officiũ aſſignare ⁊ dare maſſario dicti cõis qui pro tpe erit vnam bonam baliſtam cum balderio pro quolibet valoris vnius floreni/cuꝫ bonis fornimẽtis: quas baliſtas teneatur maſſarius cõis apud turrim cõis pro cõi deponere: ⁊ de ipſis vna cum alijs facere inuentarium publicum: ⁊ fieri facere: pena decem lib. deñ. pro qualibet vice qua contrafecerit. Teneatur etiã dictus maſſarius de ſalario talis officialis retinere quatuor floř. auri q ipſaꝫ baliſtã nõ aſſignauerit: donec eandeꝫ dederit ⁊ aſſignauerit vt dictũ eſt. Et ſi camerarius fuerit negligẽs in p̃dictis: ſoluat ⁊ ſoluere debeat dictã q̃ntitatẽ d ſuo ꝓprio.

¶ De electione ⁊ officio capubreuium. Rubrica. 74.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ eligatur in qualibet capudecima ciuitatis Aſiſij capubreuis qui cogatur officium acceptare: niſi talis capubreuis electus fuerit in aliquo breui alterius artis ſcriptus ciuitatis predicte: ⁊ ipſam artem exercuerit. Et quicunqꝫ fuerit capubreuis de vno anno non poſſit eſſe deinde ad duos annos pro ſe vel pro alio. Et quicunqꝫ fuerit electus in capubreuem alicuius capudecime ciuitatis Aſiſij: habeat ⁊ habere debeat a quolibet firmañ. ſue capudecime pro ſuo ſalario vnius anni duos ſoř. deñ. Et impoſitam facere non poſſit in ſua capudecima ſine licentia ⁊ conſenſu quatuor maſſariorum dicte capudecime: ⁊ ſi faceret non valeat nec teneat. Et quilibet capubreuis teneatur ⁊ debeat in Kaľ. maij infra quatuor dies cum quatuor maſſarijs dare ⁊ aſſignare poteſtati: vel Capitaneo/ſeu prioribus nouum capubreuem. Et ſi dicta capubreuia non habuerint capubreuem. Voluerunt ⁊ mandauerunt/ꝙ capitanens populi teneatur ipſum fieri facere ⁊ aſſignare per maſſarios dicte capudecime ad penam decem lib. deñ. Et nullus baiulus cõis poſſit eſſe capubreuis. Et ꝙ Poteſtas ⁊ Capitaueus ⁊ eorum officiales vinculo ſacramenti: ⁊ ad penam centum lib. deñ. teneantur ⁊ debeant infra quindecim dies poſt eoruꝫ introitũ. In qualibet capudecima ciuitatis: eligi facere per homines dictarũ capudecimaꝝ: ⁊ earum maſſarios modo predicto bonum ⁊ ſufficientem capubreueꝫ: ad hoc vt maleficia veniant ad notitiam predictoꝝ. vꝫ Poteſtas ⁊ officiales fieri facere: aut in porta ſancti Rufini Perlaxi/⁊ ſancte Clare. Et Capitaneus in porta ſancti Jacobi ⁊ ſancti Franciſci.

¶ Q: camerarij poſſint homines eorum artis adunare. Rubrica. 75.

¶ De ordinamentis artium ⁊ Poteſtatem.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ camerarij cuiuſlibet artis poſſint ⁊ eis liceat homines ⁊ perſonas eoꝝ artis adunare ⁊ proponere inter eos ⁊ ordinare ⁊ reformare ⁊ ordinamenta facere inter ſe de his que pertinent ad eorum artes: ⁊ pro correptione eoꝝ artis: ⁊ artificij eorundem. Et ꝙ non poſſit aliquis ordinare/vel facere qđ ſit vel eſſet contra formam ſtatutoꝝ ⁊ ordinamentoꝝ cõis ⁊ populi ciuitatis aſiſij. Et ſi faceret non valeat nec teneat vllo modo: ⁊ ars que contrafecerit puniatur per Poteſtatem in centũ lib. deñ. Et de p̃dictis poſſit inquirere ex officio ſuo. Et ꝙ quelibet ars ciuitatis Aſiſij teneatur ⁊ debeat habere pro hominibus ſue artis breuia ⁊ ordinamenta approbata ſecundum formam ſtatutorum: pena cuilibet arti quinquaginta lib. deñ. Et ꝙ capitaneus populi teneatur ⁊ debeat de predictis inquirere: ⁊ repertos culpabiles punire: ⁊ cõdẽnare in penis

ſuperius narratis. Et ꝙ notarius dñoꝝ Prioꝝ qui pro tempore fuerit non poſſit recipere pro approbatione alicuius breuis: ſeu breui pro quolibet breue vltra quinq; ſol. deñ. pena. xxv. lib. deñ. pro qualibet vice. Et quilibet poſſit accuſare: ⁊ habeat medietatē banni. Et oia ⁊ ſingula ordinamenta ⁊ reformationes que fierent per dictos homines dictarum artium. ⁊ omnia breuia artium ſemper debeant videri ⁊ approbari: ⁊ reprobari annuatim de menſe Nouembris per dños Priores artium ⁊ conſiliū ipſoꝝ/ ⁊ ſapientes quos ipſi dñi Priores eligere ⁊ habere voluerint. Et ꝙ eis approbatis/ vel reprobatis nullum poſſit facere ordinamentum/ vſq; ad confectionem noui breuis ſm qḋ eſt conſuetum renouari. Et que non approbarentur per priores ⁊ ipſoꝝ conſilium: ⁊ ſapientes predictos: non valeant nec teneāt auctoritate preſentis ſtatuti. Et ꝙ nullus de aliqua arte poſſit vetare nec interdicere alicui de ſua arte ꝙ non laboret in laboricijs ſeu opere in quo eſſet conductus/ vel non conductus. Immo nulli poſſit interdicere artem ſuam aliqua ratione vel cauſa. Et qui cōtrafecerit inhibendo vigore alicuius ordinamenti ſue artis: vel aliqua alia de cauſa dicto vel facto/ aut motu ꝙ dictum laboritium remaneret condemnetur in decem lib. deñ. ⁊ tantundem condemnetur inobediens: ⁊ credatur ſacramento accuſatoris cum vno teſte. Et quilibet camerarius artis poſſit imponere hoibus ſue artis pro ſtatu ⁊ honore dicte artis penaȝ. xx. ſol. deñ. ⁊ ipſaȝ penam de facto exigere: ⁊ exigi facere contra inobedienteȝ ſummarie ⁊ de facto: que pecunia exacta conuerti debeat in vtilitatem artis. Et quicunq; inceperit facere aliquod laborerium: ſeu opus ad faciendum: ſeu fieri faciendum/ teneatur ⁊ debeat dictum laborerium: ſeu opus continue facere prout promiſit: ⁊ ſi contrafecerit pro quolibet die quo non laborauerit per dictum Poteſtatem, ſeu Capitaneum in. xl. ſol. deñ. debeat condemnari: ⁊ quilibet admittatur ad denunciandum ⁊ accuſandum cuius pene medietas ſit cōis/ ⁊ alia conducentis/ dūmodo non ſit contra formam predictā. Et ſi aliquis grauaretur per camerariū vel homines alicuius artis ꝙ talis grauatus habeat recurſum ad dños priores: ⁊ dñi priores teneanẗ eos exgrauare/ ſi eos inuenerint eſſe iniuſte grauatos ſiue grauatum.

❡ Q: molendina cōis ⁊ bona rocche payde vendanẗ ad denarios. Rubrica. 76.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ molendina cōis ⁊ montes: ⁊ bona rocche payde vendantur. ſ. introy. ⁊ prouentus ⁊ vendi ⁊ coptumari debeāt ipſa bona ⁊ poſſeſſiones: ⁊ quelibet: ſeu quodlibet eorum ad denarios ⁊ pro denarijs finito tempore illorum qui ipſa molendina poſſeſſiones ⁊ bona emerunt/ ſeu conduxerunt aliquo capitulo ſupra vel infra poſito in contrarium loquente in aliquo non obſtañ.

❡ Q: camerarij artiū teneanẗ manutenere in vnitate hoies eoꝝ artis. Rubrica. 77.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ camerarij artium teneantur ⁊ debeant manutenere ⁊ conſeruare in vnitate homines ſue artis: ⁊ eos facere obſeruare ſua breuia obſeruata ⁊ approbata: ⁊ artem bene ⁊ legaliter exercere: ⁊ eos non aggrauare vltra formam breuis ſue artis ⁊ ſi ſecus fecerint per Capitaneum predicti artiſte debeant eleuari ⁊ releuari. Et camerarij in duplo eius quod aggrauarent hoies ſue artis ipſi aggrauato debeant condemnari. Et homines ſue artis teneanẗ ſuis camerarijs obedire in his que per dictos camerarios imponerentur ⁊ mandarentur: predicto ſtatu ſue artis: ⁊ pro obſeruatione breuium ſue artis approbatorum ſm formam ſtatutoruȝ: pena in quolibet caſu quadraginta ſol. deñ. Et Poteſtas ⁊ Capitaneus teneantur ⁊ debeant pro predictis exequēdis dare dictis camerarijs auxilium conſilium ⁊ fauorem.

❡ Q: nullus officialis qui ſteterit Aſiſij poſſit ſtare intra quinq; annos. Rubrica. 78.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ nullus officialis vel familiaris: qui ſteterit vel ſtabit in poſterum cuȝ poteſtate vel capitaneo ciuitatis Aſiſij poſſit eſſe cum aliquo Poteſtate vel Capitaneo: vel ad aliquod officium aliud cōis Aſiſij. Excepto ꝙ hoc locum non habeat in preſenti cancellario hinc ad quinq; annos poſt depoſitionem officij/ pena contrafacienti centum lib. deñ. ¶ Et ſemper domini pro officialibus ⁊ familiaribus

❡ Dñi tenentur ꝑ officicia l[illegible]us ⁊ famulis.

teneátur. Et nihilominus quicquid per dictum officialem factum eſſet,/vel fieret non valeat nec teneat, ſed ipſo iure ſit nullum. Et ꝙ Poteſtas ⁊ Capitaneus qui pro tempore erunt ſi aliquem officialem haberent qui fuiſſet ad dictum officium in dicta ciuitate per dictuȝ terminum ꝙ teneantur dñis Prioribus populi notificare ⁊ notificari facere infra decem dies ſui regiminis ⁊ ipſuȝ vel ipſos in palatio: ſeu domibus dicti palatij non retinere poſt deceȝ dies ꝑdictos ſub pena centũ lib. deñ. pro quolibet ⁊ qualibet vice quo fuerit contrafactum.

¶ Q nulla congregatio fieri poſſit niſi in eccleſijs publicis. Rubrica. 79.

¶ No. de fraternitatibus qđ nõ humani iuris: ſed diuini.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ nulla congregatio quocunqȝ nomine cenſeatur fieri poſſit in ciuitate Aſiſij niſi tantum in eccleſijs publicis: ⁊ iaȝ conſtructis: vel in aliqua ſingulari domo ſub parietibus: ⁊ vno tecto conſtructa facta ⁊ facienda que vulgariter dicatur ⁊ ſit domus fraternitatis: ⁊ ſiquis contrafecerit penam: quinquaginta lib. deñ. pro quolibet ⁊ qualibet vice incurrat. Et vbicunqȝ in ciuitate Aſiſij ſpiritualiter vel temporaliter eſſet vel eſſent alique domus empte/vel conſtructe propter quas honori ⁊ bono ſtatui ciuitatis Aſiſij poſſit detrahi vel minui aliquo colore queſito: cogatur poſſeſſor/emptor/⁊ conſtructor quicunqȝ ſit: vel fuerit cuiuſcunqȝ conditionis ⁊ ſtatus exiſtat: ⁊ cõſanguinei per dñm Poteſtatem ⁊ Capitaneum ⁊ priores dicte ciuitatis preſentes vel futuros: vel alter eoꝝ ad petitionem cuiuſcunqȝ petentis: ⁊ iuris ordine ſeruato: vel non ſeruato: ⁊ de facto vendere iuſto pretio: ⁊ alijs concedere omni fraude remota. Et ꝙ pro exequẽdis predicti dñi: vel alter eoꝝ nõ poſſint ſindicari: vel ratiocinari: ſeu moleſtari. Et predicti dñi ſi predicta non exequantur penam centum lib. deñ. incurrant pro quolibet eorum.

¶ Q nulla venditio: vel alienatio fiat alicui non ſubiecto vel non oriundo de ciuitate Aſiſij. Rubrica. 80.

ITem Statueruut ⁊ ordinauerunt ꝙ nulla perſona de ciuitate vel comitatu Aſiſij/modo aliquo ſiue cauſa audeat, vel preſumat aliquam venditioneȝ facere: vel alienationem alicui qui non ſit oriundus de ciuitate vel comitatu Aſiſij: vel non ſubiecto iuriſditioni dicti cõis: ⁊ qui non ſoluerit: vel non ſoluit datiuas ⁊ collectas cõi Aſiſij de aliqua domo ſiue poſſeſſione: ſeu aliqua re ſtabili in ciuitate vel comitatu Aſiſij: ⁊ qui contrafecerit condemnetur per dñm Poteſtatem vel capitaneum ciuitatis Aſiſij in quingentis lib. deñ. ⁊ qlibet admittatur ad denũciandum: ⁊ habeatur pro legittimo accuſatore: ⁊ habeat medietatem banni totius eius quod venerit in cõi dicta de cauſa. Et ſi dictam penam ſoluere non poterit pro tali: ſeu talibus venditionibus / pes amputetur ita ꝙ ſeperetur a crure. Et nihilominus ipſa venditio: ſeu alienatio non valeat nec teneat ipſo iure. Sed auctoritate preſentis legis ſit caſſa: ⁊ nullius valoris atqȝ momenti. ¶ Necnon ꝙ ipſa venditio: ſeu res atqȝ poſſeſſio vendita ſtabilis ſemper remaneat in cataſto vendentis: pro ipſa re vendita ſemper teneat ſoluere datiuam ⁊ preſtantiam ꝑut de alijs ſuis terris ⁊ poſſeſſionibus: ⁊ vt primitus ſoluere conſueuit: ac ſi non alienaſſet: ⁊ etiam ꝑximiores conſanguinei talium vendentium cogantur ⁊ compellantur per dñm Poteſtatem ⁊ Capitaneum ad retractandum: ⁊ retractari faciendum ipſam/vel ipſas venditiones: ſeu alienationes. Et predicta vendicent ſibi locum in preſentibus preteritis ⁊ futuris. vȝ. M. ccc. xvj. citra,/ quo ad penam: ⁊ non quo ad ciuilitatem. Uide ſupra de nouis ciuibus recipiendis Rubrica. lxxj. Et quicunqȝ fuerit receptus in ciuem dicte ciuitatis ⁊ habitauerit cum ſua familia in dicta ciuitate poſſit emere poſſeſſiones a quibuſcunqȝ perſonis ſine pena. Et notarius cataſti: ⁊ ad cataſtum per dictum cõe deputatus/teneatur ⁊ debeat dicto tali ciui ementi poſſeſ. qȝ emerit adcataſtare ⁊ in cataſto ipſius ementis ponere ad eius petitionem/dũmodo preſtet ⁊ preſtare debeat idoneas cautiões dicto cõi Aſiſij de ſolueñ. dictas datiuas impoſitas ⁊ imponendas per dictum cõe Aſiſij. Et ſi aliquis ciuis dicte ciuitatis habens poſſeſſiones extra diſtrictum Aſiſij/fuerit grauatus a cõi in cuius diſtrictu ipſa talis poſſeſſio eſſet occaſione dicti cõis Aſiſij/ꝙ idem talis ciuis ſic grauatus diſgrauetur: ⁊ diſgrauari debeat: per dictum cõe Aſiſij de eius indemnitate. Et ſi occaſione alicuius ſpecialis perſone: ꝙ dicta talis ſpecialis perſona cogatur ⁊ cogi debeat ꝑ poteſtatem vel capitaneum ad ſatiſfaciendum dicto tali damnum paſſo ad petitioneȝ cuiuſcũqȝ

¶ Pena ꝯtra vendentes foren ſibus.

¶ Onus de re vendita forenſibus. ſoluendum. ⁊ vide. ȷ. in ſeq. lege.

petentis ſub pena preſtiti ſacramenti. Et ꝙ ſi aliquis ciuis: vel comitatenſis emeret ab ali quo non oriundo: vel non ſubiecto iuriſditioni cõis Aſiſij / ꝙ dicto tali emptori fiat ſũmariuz ius contra venditorem ⁊ non oriundum ſiue non ſubiectum iuriſditioni dicti cõis. Et ꝙ iura dicti emptoris preſumãtur ⁊ ſint potiora omnibus alijs iuribus, ⁊ dictus emptor ſemper preferatur omnibus alijs pena Poteſtati ⁊ Capitaneo ⁊ omni officiali cõis Aſiſij predicta non ſeruanti centum lib. deñ. Et de contentis in dicto capitulo pro tempore futuro Poteſtas ⁊ Capitaneus ⁊ quilibet ipſorum poſſit procedere per inquiſitionem: accuſationem: ⁊ denũciationẽ: nõ obſtãte aliqua ꝑſcriptione tp̃is, ⁊ maxime ſtatuto qđ loquitr̃ ꝙ poteſtas ⁊ capitane' nõ poſſint ꝓcedẽ ꝺ maleficijs cõmiſſis añ ſex mẽſes itroit' ſui regimĩs / nec aliquo alio ſtatu.

Emptio Aſiſinatis a forenſi.

Additio.

Cum propter in numeras bonorum alienationes: que paſſim fiunt forenſibus contra legem preſcriptam: in dies Aſiſinates ⁊ rem publicam grauari docuerit experientia: vt emptores tanꝗ̃ alieni territorij datiuas ⁊ onera debita ſoluere contẽnãt: fructus extrahant in graue preiudicium ſubiectorum ⁊ cõis dicte ciuitatis: plenius addentes ⁊ corroborãtes voluerunt: in caſibus prenotatis: quis non poſſit ad aliquem actum alienandi deuenire vel attentare aliquo modo: ſi ſecus fiat: irritum ſit ⁊ inane: non valeat ⁊ non teneat: ⁊ ex tunc ipſo cogitato vel attentato: vltra preinſertas penas: res alienata vel attẽta ⁊ cogitata alienari ſit ipſo iure ſine alia declaratione: ⁊ cenſeatur applicata ⁊ adiudicata pleno iure pro dimidia cõitati Aſiſij: ⁊ pro alia dimidia proximioribus cõiunctis maſculis de cippo domus ipſius alienãtis: vel attentantis alienare / cum facultate accipiendi propria auctoritate ſine alterius citatione: vel alia iudicis licentia / corporalez ipſius rei poſſeſſionẽ: ⁊ ne poſſint tranſgreſſores ignorantia defendi. Mandauerunt ſtatutum hoc banniri ⁊ publicari.

Q̄ venditio facta eccleſie ſeu religioſo non valeat ⁊ res vendita remaneat in cataſto. Rubrica. 81.

AD hoc Ut cõe Aſiſij non decipiatur in libra ciuitãtis vel comitatus eiuſdez: nec in aliquo ledatur vel fraudetur. Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ ſiquis laycus de ciuitate vel comitatu Aſiſij vendiderit: vel alienauerit: vel aliquaz obligationem fecerit alicui clerico / ſeu religioſe perſone: vel donationem ſeu conceſſionem vel alienationem cuiuſcunq; generis fecerit: tale inſtrumentum ſiue contractus nullius ſit valoris atq; momenti. Et nihilominus ꝙ ipſa bona ſic alienata vt ſupradictũ eſt: ⁊ prout allibrata ſunt ponantur ⁊ ſcribantur in cataſto ciuitatis Aſiſij in libra illius talis qui dicta bona alienaſſet modis predictis: vel aliquo ipſorum: ⁊ de ſuo: vel ſuoꝝ heredum cataſto decetero eleuari nõ poſſint pena quingent. lib. deñ. pro quolibet contrafaciẽte: ⁊ qualibet vice: ⁊ quilibet admittatur ad accuſandum ⁊ denunciandum. Et de predictis dñi Poteſtas ⁊ Capitaneus ⁊ quilibet ipſorum inquirant quolibet menſe non obſtante aliqua preſcriptione temporis ⁊ maxime ſtatuto quod loquitur: ꝙ Poteſtas ⁊ Capitaneus non poſſint procedere de maleficijs cõmiſſis ante ſex menſes introitus ſui regiminis nec aliquo alio.

Statutum cõtra libertatem eccle.

Cõfert ad h̄ ſtatu. qđ. ĩ. ponitur ſub Rub. 84.

Q̄ poſſeſſiones extimentur: ⁊ de ipſarum reductione. Rubrica. 82.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ omnes ⁊ ſingule poſſeſſiones extimentr̃ ſm̃ verum valorem earum / non extimatis edificijs: ⁊ ꝙ factis extimationibus reducantur dicte extimationes ad vigeſimam partem vere extimationis. ſ. poſſeſſiones ciuiũ ⁊ poſſeſſiones comitatenſium intra aquam. Et vltra aquam ⁊ citra aquam / reducantur ad decimam partem extimationis ipſarum: ⁊ quelibet poſſeſſio cuiuſcunq; perſone poſita in comitatu Aſiſij intelligatur ⁊ ſit in ea: ⁊ in illa bailia in qua bailia reperitur deſcripta in cataſto cõis Aſiſij. Et ꝙ oẽs datiue collecte ſiue preſtantie que in dicto cõi ponentur in poſterum equaliter ponantur ciuibus ⁊ comitatenſibus Aſiſij. Ita ꝙ ciues pro reductionibus ⁊ libra ipſorum: ⁊ comitatenſes pro libra ⁊ reductione eorum / ſoluant ⁊ ſoluere teneantur datiuas collectas preſtantias ⁊ impoſitiones quaſlibet in dicto cõmuni impoſterum ponẽdas. vz ſi datiua imponetur in dicta ciuitate / ciuibus ad ſex denarios pro libra: ⁊ ad totidem comitatenſibus imponatur: ⁊ ſic de ſimilibus procedatur.

Mo. modũ extimandi ⁊ allibrãdi poſſeſſiones.

¶ Q̃ ciues comitatenſes faciant eleuari poſſeſſiones coꝝ quas vendent. · Rubrica. 83.

¶ De poſſeſſionibus alienatis acataſtandis.

OMnes ⁊ ſinguli comitatenſes: vel alio titulo habentes ⁊ poſſidẽtes aliquã poſſeſſionem alicuius de ciuitate Aſiſij: vel que poſita eſſet vel poneretur in cataſto ciuis. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ debeant infra menſem a die publicationis preſentis ſtatuti/a tempore emptionis vel vẽditionis/aut cuiuſcunqꝫ alterius tituli facere eleuari de cataſto ciuis/⁊ ponere ⁊ poni facere in cataſto comitatenſis/ementis: vel alio iuſto titulo habentis ⁊ poſſidentis ſm veram extimationem/vel reductionem aliorum bonorum dicti comitatenſis poſitoꝝ in cataſto ipſius. vꝫ ad decimam partem extimationis. Et ecõuerſo ſi ciuis emeret: vel alio iuſto titulo haberet teneret: vel poſſideret a comitatenſe aliquaꝫ poſſeſſionem: vel poſſeſſiones poſitas in cataſto comitateñ. ꝙ ſimili modo debeat poni in cataſto ciuis ſm extimationem veram: ⁊ extimata erat dicto comitatẽſi/dũmodo reductio extimationis dicte rei fiat ad decimuꝫ. Et eodem modo teneantur ⁊ debeant omnes ⁊ ſinguli forenſes qui haberent aliquam poſſeſſionem ⁊ comitatenſes Aſiſij: ex quocunqꝫ titulo: vel cauſa facere eleuari dictam poſſeſſionem de cataſto ciuis vel comitatenſis infra dictum tempus. Et ſi infra dictum tempus ſupradicte perſone vel aliqua ipſarum non facerent eleuare dictã poſſeſſionem de cataſto illius in cuius eſſet accataſtata ꝙ tunc ille in cuius cataſto dicta poſſeſſio eſſet accataſtata auctoritate preſentis ſtatuti poſſint dictam poſſeſſionem fructare: ⁊ fructus ex ipſa recolligere: ⁊ ſui lucri facere pro dimidia parte ipſorum fructuum: ⁊ aliam dimidiam debeat dare ⁊ aſſignare maſſario cõis Aſiſij/peñ. quinquaginta lib. deñ. de facto auferẽñ. per dictam medietatem. Et laborator dicte pecie terre teneatur de fructibus dicte pecie terre reſpondere illi in cuius cataſto eſſet deſcripta ad requiſitionem illius in cuius cataſto eſſet ad penam centum lib. deñ. cõmuni Aſiſij applicañ. ⁊ etiam in reſtitutione dictorum fructuum/⁊ illi in cuius cataſto eſſet deſcripta.

¶ Q̃ poſſeſſiones poſite in comitatu Aſiſij ſint tributarie cõmuni. Rubrica. 84.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ omnes poſſeſſiones que ſunt ſite in comitatu Aſiſij ſint tribntarie ⁊ cenſuarie cõi Aſiſij ⁊ dicto cõi ſuppoſite ⁊ obligate ad ſoluendum datiuas ⁊ collectas atqꝫ preſtantias. ſm diſtributiones ⁊ impoſitiones fiendas imposterum per dictum cõe. Et ꝙ dicta onera ſequantur dictas poſſeſſiones in quẽcunqꝫ fuerint alienate. Et ꝙ coptumatores ⁊ laboratores cogantur ⁊ cogi debeant ad ſoluẽdum datiuas collectas ⁊ preſtantias ſm impoſitionem factam ⁊ fiendaꝫ per officiales dicti cõis. Et qcũqꝫ alienauerit aliquã ex dictis poſſeſſionibus in aliquã pſonaꝫ non ſubiectã dicto cõi Aſiſij/ꝙ onera predicta debeat agnoſcerc alienator/nõ obſtante predictis ⁊ bona predicta in cataſto alienatꝫ. ſemper debeãt permanere: ⁊ de ipſo nullo tpe leuari ẽt ſi cataſtuꝫ renouari contingerit: ⁊ locũ habeant etiam ſi cataſtum non haberetur.

¶ Q̃ fiant quinqꝫ volumina cataſtorum. Rubrica. 85.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ fiãt quinqꝫ volumina cataſtoꝝ, vꝫ vnuꝫ pro qualibet porta de ciuitate: ⁊ de comitatu totidem. Et dicta volumina copiẽtur in chartis pecudinis: ⁊ originalia reponantur in camera turriſ populi: ⁊ ibi fiant due claues: quorum vna ſit penes camerarium cõis ⁊ alia penes quendam bonum hominem notarium eligendum ⁊ imbuſſulandum ſm modum infraſcriptum. Et ꝙ preſentes priores populi debeant eligere decem homines notarios qui ſint notarij cataſtorum pro quinqꝫ annis venturis incipiendis in fine officij preſentis notarij qui notarij ⁊ eorum nomina debeant per preſentes priores imbuſſulari in quadam buſſula/que ſit in loco vbi ſunt alie buſſole aliorꝫ officialiũ dicti cõis. Et ꝙ buſſola que facta fuit de predictis officialibus ſit caſſa ⁊ vana quoꝝ officium duret ſex menſibus tantum: ⁊ ſic procedatur de ſex menſibus in ſex menſes donec dicta buſſola fuerit euacuata. Et ꝙ quilibet dictorum notariorum teneatur ⁊ debeat ſoluere maſſario cõis Aſiſij pro ipſo cõmuni recipienti pro tempore ſui officij decem lib. deñ. in fine eorum officij ad penam dupli. Et ꝙ finita dicta buſſola ſimili modo ad electionem alioꝝ officialium procedatur: que buſſola iam facta apportari debeat in preſentiam preſentium ſtatu-

tariorum. Et ſi contingat aliquem ex dictis officialibus defici/aliquo modo, vel aliqua rationabili cauſa ſucceſſiue procedatur ad extractionem alterius officialis: quod officiũ dictus notarius ſic extractus debeat per eum perſonaliter exercere: ⁊ non per ſubſtitutam perſonam peñ. xxv. lib. deñ. per Poteſtatẽ vel Capitaneũ condemñ. dũmodo dictus notarius nõ poſſit aliqd accipere niſi vt in ſtatuto contineť ad penam. xxv. lib. deñ. pro qualibet vice.

¶ Qꝫ notarius cataſti teneať adcataſtare bona emptoꝝ infra menſem. Rubrica. 86.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ notarius deputatus ſuper correptione cataſti/teneatur ⁊ debeat ipſa bona accataſtare ⁊ ponere in cataſtis dictorum emptorum infra menſem poſt bannimentum fiendum ad petitionem ⁊ requiſitionem dictorum emptorum: ⁊ illius vel illorum qui reperirentur ipſa bona ⁊ poſſeſſiones emiſſe/nulla exceptione/ſiue ſolemnitate ſeruata: nec forma ſtatuti premiſſa. Sed ſolum dicto notario facta fide per emptorem de inſtrumento emptionis: vel alio iuſto titulo abſqꝫ requiſitione aliqua venditoris. Poſſit etiã dictus notarius alijs ciuibus ⁊ comitatenſibus ponere ⁊ eleuare alia bona ⁊ poſſeſſiones prout dictus notarius fuerit requiſitus ſeruata forma ſtatuti ad petitionem poſſidentis cum iuſto titulo: vel etiam venditoris / ſi talis poſſeſſio reperiatur ad cataſtata in cataſto venditoris ipſius: vel ſi ſibi fuerit relicta per teſtamentum: vel codicillum: aut alio iuſto titulo: dummodo per ipſam eleuationem ⁊ adcataſtationem iuris habentis alterius in re predicta nullum preiudicium generetur.

¶ Qꝫ hñtes poſſeſſiones in comitatu teneanť ipſas facere adcataſtari. Rubrica. 87.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ quicunqꝫ ciuis vel comitatẽſis: ſeu quicũqꝫ alius qui haberet aliquam poſſeſſionẽ in comitatu Aſiſij que non eſſet adcataſtata/teneatur ⁊ debeat ipſam facere adcataſtari in ſuo cataſto infra vnum menſem a die publicationis preſentium ſtatutorum computañ. ſub pena quinquaginta lib. deñ. ⁊ contrafaciens poſſeſſionem ammittat ⁊ deueniat in cõi predicto. Et nihilominus pro ipſa poſſeſſione non adcataſtata ſoluere teneatur datiuas ⁊ collectas atqꝫ preſtantias modo ⁊ forma quibus ſoluere tenetur. Et ꝙ quilibet poſſit denunciare ⁊ accuſare contrafacientẽ: ⁊ nomen eius teneatur in credentia: ⁊ habeat ⁊ habere debeat medietatem banni.

¶ Qꝫ notarius cataſti teneať ponere ⁊ eleuare poſſeſſiões comitatẽſiũ ⁊ Aſiſinatꝫ. Rca. 88.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ notarius cataſti teneatur ⁊ debeat ponere ⁊ eleuare pecias terraruꝫ ⁊ poſſeſſiones in cataſtis: ⁊ de cataſtis dicti cõis ſm formam predictorum ſtatutorum ⁊ capituloꝝ pena decem lib. deñ.

¶ Qꝫ bona mortuoꝝ adcataſtentur ius habentibus. Rubrica. 89.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ bona ⁊ poſſeſſiones mortuoꝝ: vel qui morirentur in futurum de quibus eſſet aliquod ius queſitum alicui ciui vel comitatẽſi Aſiſinati iure emptionis/alienationis/permutationis/donationis: vel vltime voluntatis: ſeu quoquomodo: vel titulo/ꝙ poſt mortem talium mortuorum: vel qui morirentur in poſterum notarius ⁊ officialis deputatus: vel deputandus ſuper correptione cataſti dicte ciuitatis ad petitionem ⁊ requiſitionem talis ius habentis/teneatur ⁊ debeat ipſa bona ⁊ poſſeſſiones adcataſtata tali mortuo: vel qui moriretur ponere/eleuare ⁊ adcataſtare/ipſi ius habenti/prout in cataſto talis mortui reperiretur recepta fide de iure talis petentis ⁊ dicentis ſe ius habere: ⁊ eleuare in totũ de cataſto talis mortui non obſtante ſtatuto loquente. Qꝫ quilibet in vltima reductione ſit adcataſtatus: ⁊ adcataſtari ſe faciat in decẽ lib. deñ. Et pro ipſis bonis ⁊ poſſeſſionibus ſoluere debeat predictus ſe faciens adcataſtari ⁊ ipſa bona ſibi ponere datiuas collectas ⁊ preſtantias in cõi Aſiſij impoſitas ⁊ imponendas. Et vbi eſſent modo predicto acquiſita aliqua bona alicui mulieri/debeant ⁊ poſſint per dictum notarium ⁊ officialem cataſti poni ⁊ adcataſtari viro talis mulieris: ⁊ filio: vel fratri carnali talis mulieris/

cum voluntate ipſius mulieris. Ciues ⁊ comitatenſes Aſiſij nõ habentes poſſeſſiones debeãt ſe facere adcataſtari pro perſonis in decem lib. deñ. Et quicunq; eſſet mortuus ⁊ nihil poſſideret in bonis: ⁊ ſi aliquis eſſet pro perſona allibratus: ⁊ nihil reperiretur de bonis ſuis ſtabilibus ⁊ mortuus fuerit ꝙ eius librã de cataſto caſſetur. Et ꝙ notarius cataſti poſt publicationem preſentium ſtatutorum teneatur ⁊ debeat infra quindecim dies/omnes allibratos in quinq; libras ponere ⁊ adcataſtare/⁊ allibrare in decem libras.

¶ Q bona comitatenſium adcataſtentur in comitatu. Rubrica. 90.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ nullus comitatenſis ciuitatis Aſiſij/nec ẽt bona alicuius comitatenſis debeat/nec debeãt adcataſtari in cataſto ciuiũ ciuitatis Aſiſij: nec poni/nec ſcribi debeant. Sed omnes comitatenſes ⁊ ipſoꝝ bona debeant aſcribi in cataſto comitatenſium tm̃. Et ſi reperiretur ꝙ aliquis comitatenſis/vel bona ipſius in fraudem cataſti eſſent appoſita vel ſcripta in cataſto ciuium ciuitatis Aſiſij a tpe facti predicti proxim̃. cataſti ante ⁊ poſt dictum cataſtum confectum ⁊ publicatuʒ: ꝙ debeat de dicto cataſto ciuitatis eleuari ⁊ in dicto cataſto comitatus aſcribi ⁊ poni. Saluo ⁊ reſeruato ſi ſm formam reformationum vel ordinamenti conſilij ciuitatis Aſiſij eſſet in cataſto ciuitatis poſitus ⁊ aſcriptus. Et primo menſe poſt publicationem preſentium ſtatutoꝝ quolibet die ſabbati dicti menſis banniatur per dictam ciuitatem publice: vt eſt moris/ꝙ quicunq; comitatenſis habet aliquam poſſeſſionem adcataſtatam in cataſto dicte ciuitatis debeat infra menſem predictum comparere coram officiale cataſti, ⁊ dictam poſſeſſionem: ſeu poſſeſſiones allibratas in ciuitate, reponi facere in comitatu cum alijs ſuis bonis ad penam quinquaginta lib. deñ. ⁊ perdat rem adcataſtatam in ciuitate: ⁊ deueniat in cõi ad dictam penam pro quolibet contrafaciente: ⁊ quilibet poſſit denunciare ⁊ accuſare: ⁊ habeat medietatem pene: ⁊ nomen denunciatoris teneatur in ſecreto / exceptis illis qui habuerunt beneficium a cõmuni ſecunduʒ formam ordinamentorum ⁊ reformationum dicti cõmunis Aſiſij.

¶ Q habentes domos ⁊ non alia bona adcataſtent: ⁊ tam ciues q̃ forenſes. Rubrica. 91.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ omnes ⁊ ſingule perſone forenſes: ⁊ ciues habitantes: ⁊ que in futurum habitabunt in ciuitate burgis: ⁊ ſub burgis: ciuitatis predicte habentes domos ⁊ alias poſſeſſiones/adcataſtentur pro qualibet familia inſimul morante in quinq; libris pro quolibet centenario totius valoris bonoꝝ ipſius. Et ſi domus minus centum lib. valeret adcataſtetur in decem lib. adminus. ¶ Si vero dicte perſone habitauerint in comitatu/non habentes alias poſſeſſiones niſi domos adcataſtẽtur adminus pro qualibet familia inſimul habitante ⁊ morante in decem lib. deñ. pro centenario totius valentie dicte domus. Et ſi minus centenario valeret adcataſtetur adminus in deceʒ lib. deñ. dũmodo nulla ſũma cataſti alicuius in predictis excedat ſummam. xxx. lib. deñ. ¶ Et qñ accideret ꝙ aliquis venderet domum ſibi adcataſtatam: ⁊ illa bona dictus venditor non poſſideret ꝙ ad ſoluenduʒ datiuas dictus vendens cogi nõ debeat pro dicta domo: ſed remaneat dicta libra dicto vẽditori pro eius pſona: ⁊ dicta domus ſit libera: a dicto onere datiue.

¶ Datiua pro domo ſoluenda.

¶ Q bona adcataſtentur fratri layco. Rubrica. 92.

SI contigerit Quod eſſent in eadem domo ſeparatim habitãtes duo vel tres fratres: ſeu nepotes: vel alie pſone cõiuncte inter quas eſſet aliquis non ſubiectus: ⁊ non ſub poſitus iuriſditioni cõis Aſiſij: ꝙ oĩa bona materna ⁊ paterna: vel vndecunq; obuenientia aſcribantur libre layci fratris: ſeu nepotis: vel alicuius perſone domeſtice ad hoc vt dicta libra ⁊ cataſtum non fraudentur. Et ꝙ talis frater nepos ſiue alia perſona domeſtica ipſius prolis/teneatur ⁊ debeat datiuas ⁊ collectas impoſitas ⁊ imponendas in futurum ſoluere infra terminum ſtatuendum per dictum cõmune ⁊ officiales ipſius: vel dicta bona omnia ⁊ ſingula non ſubiecti: ⁊ non ſub poſiti iuriſditioni cõmunis Aſiſij non ſeruatis predictis deueniant in cõmuni: ⁊ dicto cõmuni applicentur auctoritate pſentis ordinamẽti/dũmodo propter predictam aſcriptionem non preiudicet iuri proprie-

tatis ⁊ poſſeſſionis bonorum ⁊ rerum dicti non ſubiecti: ⁊ non ſubpoſiti niſi vſqȝ ad quanti-tatem ſolutam: pro dictis datiuis: pro dictis bonis per ipſum laycum: pro qua poſſit vti retē-tione: vſqȝ ad q̃titatem ſolutam pro dictis datiuis/pro ipſis bonis ſua auctoritate ſine pena.

¶ Q̄ non audiantur illi qui ſe non fecerint adcataſtari. Rubrica. 93.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ omnes patres familias habitantes in ciui/tate vel comitatu Aſiſij/habentes poſſeſſiones in comitatu Aſiſij debeant ſe facere incataſtari in cataſto cōis predicti cum dictis bonis. ¶ Et nō habentes poſſeſſiones habitantes in ciuitate/vel comitatu Aſiſij debeant ſe facere adcataſtari in dicto cataſto pro perſonis eorum/adminus in decem lib. deñ. pro vltima reductione: ⁊ qui contrafecerit per/dat omnes ſuas poſſeſſiones non aſſignatas: ⁊ non audiatur ciuiliter nec criminaliter/ipſe: vel alter pro eo in aliquo ſuo iure. Sufficiat tñ ſi pater vel auus eius paternus ſit adcataſta-tus: ⁊ reperiatur in dicto cataſto: ſiue fuerit mortuus: ſiue viuus. Et ꝙ nec pro iniuria illata contra dictum talem non adcataſtatum poſſit procedi per accuſationem/inquiſitionem / ſeu denunciationem. Et ſi procederetur non valeat nec teneat. Et procedens incurrat penaȝ centum lib. deñ. Et ad probanduȝ ꝙ ſit habitator in ciuitate vel comitatu Aſiſij: ⁊ ꝙ ſit pater familias non adcataſtatus ſufficiat publica vox ⁊ fama ſine aliqua redditione cauſe. Et qcūqȝ oppoſuerit aliquam exceptionem contra aliquem qui non eſſet adcataſtatus: dicendo in ipſa exceptione dictum talem contra quem exciperetur non eſſe adcataſtatuȝ in cataſto cōis in curia dñi Poteſtatis vel Capitanei/ꝙ dictus talis cui talis exceptio opponentur debeat infra quinta die a die oppoſitionis facte computando oſtendere ⁊ probare qualiter ſit adcataſta-tus ⁊ in cataſto poſitus: alias non audiatur ſm̄ formam dicti ſtatuti. Immo preſumatur non adcataſtatus. Et qñ proceſſus eſſet in curia Poteſtatis: ⁊ opponere ⁊ probare: vel opponi vellet talem exceptionem ꝙ excipiens vel excipere volens poſſit ⁊ ſibi liceat dictam exceptionem opponere ⁊ probare coram iudice Capitanei, ⁊ in palacio Capitanei. Et econuerſo ſi proceſſus eſſet in curia Capitanei: ⁊ talis exceptio proponenda ⁊ proponi vellet/liceat talī opponere volenti/talem exceptionem opponere ⁊ probare coram iudice maleficiorum dñi Poteſtatis: qui iudex coram quo talis exceptio fuerit propoſita teneatur ⁊ debeat exceptionem contra patrem familias non adcataſtatum admittere: ⁊ non admittens dictaȝ exceptionem puniatur ſi fuerit requiſitus pro qualibet vice in centum lib. deñ. per Sindicum Sindi-ceñ. ⁊ in ea condemnetur: dūmodo hoc ſtatutum non vendicet ſibi locum in homicida. Et eā recipere ⁊ ſuper ea procedere: ⁊ probationes recipere ⁊ expedire: ⁊ remittere proceſſum ad iudicem in publicam formam abſqȝ aliquo ſalario vel mercede. Et nihilominus Poteſtas vel Capitaneus: coram quo talis exceptio ꝓponeretur/teneatur mittere pro officiale cataſtorum: ⁊ ſibi oſtendi facere cataſtum: ⁊ ſi in cataſto reperiretur appoſitus/condemnetur exci/piens in decem lib. deñ. per dictum dñm/coram quo ſic exciperetur ſoluendoruȝ, ⁊ cōi predi/cto applicentur. ¶ Voluerunt inſuper ꝙ ſi aliqua poſſeſſio reperiretur nō adcataſtata liceat cuilibet ⁊ licituȝ ſit in ipſa poſſeſſione dare damnū perſonaliter ⁊ cum beſtijs ſiue pena. Et ꝙ notarius cataſti ad cataſtū matris poſſit adcataſtare i ipſo cataſto mr̄is filios cū cōſenſu mr̄is ⁊ in libra mr̄is / ⁊ dictū ſtatutū vēdicet ſibi locū in mr̄ibus adcataſtatis in cataſto cōis Aſiſij.

> ¶ Q̄ non habentes bona accataſtenᵗ ꝓ pſonis in decem libris.

> ¶ De penis nō accataſtantium.

> ¶ De exceptione ꝯ non accataſtanteȝ ⁊ eius cognitione.

> ¶ In poſſeſſione nō acc taſtata dānuȝ impune fieri.

¶ Q̄ bona eccleſiaȝ ⁊ rebellium adcataſtentur in quodam libro. Rubrica. 94.

BOna Eccleſiarum exiſtentia in comitatu: vel diſtrictu Aſiſij. Statuerunt ⁊ ordinauerūt ꝙ adcataſtenᵗ ⁊ ſcribāᵗ i quodā q̃terno: ⁊ ſic fiat d̾ boniſ rebelliū ⁊ exbānitoȝ cōis Aſiſij. Et ēt de poſſeſſiōibus foreſiū fiat cataſtū ꝑ ſe vt de alijs ſupradictis.

¶ De recuſantibus ſoluere datiuam. Rubrica. 95.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ nullus audeat vel preſumat ceſſare ſoluere datiuas ⁊ collectas per cōe Aſiſij imponendas aliquo queſito colore infra terminos ordinandos: ⁊ qui non ſoluerit penas imponendas incurrat: ⁊ ſex deñ. pro eius li/bra/eius qḋ deberet ſoluere incurrat quolibet die quo in mora ſteterit ad ſoluendum: ⁊ non

> ¶ Pena datiuas nō ſoluentium.

audiatur in aliquo ſuo iure ciuili vel criminali:ſine ſanguinis effuſione donec ipſam datiuam quantum ⁊ penas impoſitas ⁊ imponendas ſoluerit cum effectu.Et contra euz quilibet excipiens admittatur dũmodo exceptionez probet infra octo dies:alias in quatraginta ſol. deñ. cõi ⁊ in expenſis illi contra quem exciperet condemnetur per iudicez queſtionis ⁊ curie:quibus elapſis cogant ipſum non probantez ſoluere:⁊ procedatur in negocio principali:⁊ nullus pro datius alicuius grauari debeat ad ſoluendum ſi principalis inueniatur: ſed ipſe principalis cogatur.Et non preiudicet capitulo infra poſito. ¶ Q̃ baiuli villarum cogantur ad ſoluendum datiuas pro hominibus ſue balie.Et vt ſcribi poſſit:ꝙ nõ ſolueret:fiat ⁊ fieri debeat quidam liber intitulatus per notarium camere.In quo ſcribãtur: ⁊ ſcribi debeant oẽs non ſoluentes ipſas datiuas infra terminos ordinatos:⁊ qui incurrerent penam quarti:ſuo libro ſtetur ⁊ credatur:⁊ per eum librum probetur exceptio predicta:vel per libros originales datiuarum in quibus apparent q̃ non ſoluerint ipſas datiuas preſtantias ⁊ collectas pena dicto notario camere non ſeruanti quinqꝫ lib.deñ.Et etiam oẽs alij libri cõis ſcripti intitulari.vꝫ preſtantiarum/datiuarum ⁊ collectarum ⁊ non ſoluentium. Et Poteſtas ⁊ Capitaneus ⁊ eorum officiales teneantur ipſam exceptionez admittere ad peñ.xxv.lib.deñ.pro quolibet contrafaciente ⁊ qualibet vice in quibus condemnetur dicto cõmuni, vel de facto ſine alio iuris ordine cogatur.

¶ Baiuli villarum pro hominibus balie coguntur ad datiuas. ⁊ vide.j.in rubrica.xcvij.

¶ Q̃ nulla datiua ſeu pſtãtia iponaẜ niſi pͥmo delibereẜ i cõſilio generali ⁊ populi. Rca.96.

¶ Quis imponat datiuas.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ nulla datiua ſeu preſtantia imponatur/ ſeu imponi poſſit niſi deliberetur in cõſilio generali ⁊ populi, ⁊ non in cõſilio alicuius remiſſionis:niſi fuerint in ipſa remiſſione boni homines ⁊ perſone adminus decem pro qualibet porta ⁊ in deliberatione ſufficiant due partes aſtantium de remiſſione:quorum bonorum hominum quilibet ſit adcataſtatus pro vltima reductione ſui cataſti adminus in triginta lib.deñ.⁊ ſi aliter fieret:non valeat nec teneat.

¶ De Baiulis comitatus nõ parentibus mandatis dñoꝝ Poteſtatis ⁊ capitanei ⁊ alioꝝ officialium. Rubrica. 97.

QUicunqꝫ Baiulus comitatus Aſiſij non comparuerit ad mandata dñoꝝ Poteſtatis ⁊ Capitanei:vel aliorum officialiuz quibuſ cõmiſſa eſſet aliqua executio alicuius datiue vel collecte:vel condemnationis infra terminuz octo dierum a die citationis facte per baiulum computandorum ad ſoluendũ per homines ſue bailie datiuas ſiue collectas non ſolutas. ¶ Statuerunt ⁊ ordinauerũt ꝙ ab inde in antea miles ⁊ alij eorum officiales:vel alterius eorum cui cõmiſſum fuerit poſſit/ſeu poſſint mittere baiulos cõis ad capiendũ:⁊ in fortiam dicti cõis mittendum:⁊ detinendum ipſum baiulum ⁊ maſſarios ipſius bailie vſqꝫ ad integram ſatiſfactionem totius eius qđ deberetur in cõi per homines bailie dicti baiuli debentis ſoluere ⁊ capi. Si vero dictus baiulus haberi non poſſet ꝙ poſſit etiam quilibet eorum accipere de bonis dicti baiuli:⁊ maſſarioꝝ,eiuſdem bailie vſqꝫ ad integram ſatiſfactionem. ¶ Qui baiuli habeant ſalarium eis conſtitutum ⁊ conceſſuz/nec officiales:ſeu familiares cõis Aſiſij / occaſione alicuius executionis poſſint aliquid recipere ipſa occaſione/vel alia niſi qđ eſſet eis permiſſum ex forma alicuius ſtatuti : ſeu ordinamenti pena cuilibet contrafacienti ⁊ qualibet vice quinquaginta lib.deñ.Et ꝙ nullus baiulus poſſit cogi ad ſoluendum pro poſſeſſionibus incultis : nec pro perſona adcataſtata pro perſona tantum que perſona non reperiretur in ciuitate:vel comitatu Aſiſij.

¶ Maſſarij pro datiuis cogendi.

¶ Officiales pro executione: quid habeant.

¶ Q̃ tenentes de bonis rebellium:ſeu exbãnitoꝝ/vel alterius perſone. Rubrica.98.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ omnes ⁊ ſinguli tenentes aliquid de bonis rebellium ſiue exbannitorũ cõis Aſiſij teneantur ⁊ debeant ipſa bona que tenent:⁊ que adcataſtari debent : facere adcataſtari ſibi in ſuo:⁊ qui cataſtum non haberet/ nouum cataſtum facere : ſiue fieri facere infra duos menſes poſt publicationem preſentium ſtatutorum/ad penam ⁊ ſub pena decem lib.deñ.Et cogantur ad ſoluendum datiuas ⁊ collectas pro dictis bonis/ſicut ſi eſſent adcataſtata ſibi ẜm librã cataſti rebellis ſiue exbanniti

cui adcataſtata ſunt dicta bona. Et ꝙ predicta banniátur poſt publicationem preſentium ſtatutoꝝ. Et quicunqꝫ tenerét de bonis alterius pſone nõ rebellis vel exbãniti/teneanť ꝛ déant talis tenentes dicta bona/ſoluere datiuas ꝛ collectas cóis Aſiſij imponédas in cóe Aſiſij.

Q Quecunqꝫ ciuitas vel caſtruꝫ accipit datiuam vel collectam a ciuibus Aſiſij, accipiatur ſimiliter per poſſeſſiones quas haberent in territorio Aſiſinatenſi. Rubrica.99.

QUecunqꝫ Ciuitas/vel caſtrum acceperit datiuam vel collectam alicui ciui Aſiſinati propter terram:vel poſſeſſiones/quam vel quas aliqs noſter ciuis haberet in territorio alicuius ciuitatis vel caſtri. Statuerunt ꝛ ordinauerunt ꝙ accipiatur ſimiliter datiua ſiue collecta illi perſone ſiue perſonis:que terras/ſiue poſſeſſiones haberent in ciuitate Aſiſij/ſiue eius diſtrictu in eadem forma : ꝛ qualiter ꝛ ſicut ipſis noſtris ciuibus datiua ſiue collecta accipitur. Et Poteſtas ꝛ Capitaneus habentes poſſeſſiones in territorio Aſiſij ſoluere compellant:ꝛ fructus ꝛ poſſeſſiones accipi faciant : pena pro quolibet ipſorum contrafaciente:ꝛ qualibet vice.xxv.lib.deñ.cói Aſiſij applicañ.in qbus p eoꝝ futuꝝ ſindicũ déant códénari. Et hoc capitulũ pualeat oib⁹ alijs capl'ís ꝛ ſtatutiſ.ſ.vel.J.poſitis.

Q Quod bona forenſiũ nõ ſoluentiũ eoꝝ datiuas ſint obligata cói:ꝛ de penis alijs. Rca.I o o.

ITem Statuerunt ꝛ ordinauerũt ꝙ oés ꝛ ſinguli forenſes habentes aliquas poſſeſſiones in comitatu Aſiſij qui reperiuntur non ſoluiſſe : pro dictis poſſeſſionibus preſtantias datiuas ꝛ collectas hactenus impoſitas per cóe Aſiſij/teneantur ꝛ debeant illas ſoluere integraliter ꝛ cum effectu infra vnum menſem a die publicationis preſentium ſtatutoꝝ:ꝛ dicto termino ꝛ menſe elapſo/poſſeſſiones ꝛ bona pro quibus reperirentur dictę datiue/preſtantię ꝛ collectę non ſolutę integraliter vt dictum eſt/confiſcentur ꝛ ex nunc put ex tunc/ſint confiſcata ꝛ publicata dicto cói Aſiſij/vſqꝫ in quantitateꝫ dictarum datiuarũ preſtantiaꝝ/ꝛ collectarum ꝛ quarti. Et ꝙ liceat cuilibet cum beſtijs vel ſine/paſturare ꝛ dãnum dare in dictis talibus poſſeſſionibus ꝛ bonis ſine pena ꝛ báno. Et ꝙ nulla perſona poſſit vel debeat laborare, vel laborari facere aliquam dictarum poſſeſſionum ad penam centuꝫ lib.deñ.pro quolibet contrafaciente:ꝛ qualibet vice niſi primo dicte tales datiuæ/preſtantię ꝛ collectę cum quarto/ꝛ alijs penis ordinatis fuerint integraliter perſolutę. Et ſiquis moleſtauerit extra iuriſditionem Aſiſij aliquem damnum dantem in poſſeſſionibus antedictis dicta occaſione/poni ꝛ deſcribi debeat in libro inobedientuꝫ cóis Aſiſij:ꝛ talis moleſtatus defendatur per cóe Aſiſij expenſis dicti cóis. Et ꝙ nullus de ciuitate/ vel comitatu Aſiſij : vel aliunde audeat/vel preſumat laborare aliquas terras/vel poſſeſſiones/ſiue terram : vel poſſeſſionem cultam:ſeu cultas:incultam:ſeu incultas:que eſſet ſiue eſſent alicuius perſone : vel perſonarum/ſiue collegij:que non eſſet de ciuitate vel comitatu Aſiſij : vel que poſſeſſio ſiue terra non eſſet adcataſtata/ſeu allibrata in cataſto cóis Aſiſij / de qua ſiue de quibus datiuę: ſeu collectę impoſitę ꝛ imponendę per cóe Aſiſij continue perſoluantur pena ꝛ banno quinquaginta lib.deñ.contrafacienti ꝛ laboranti contra dictam formam. ¶ Et cuilibet ſit licitum in dictis talibus poſſeſſionibus laborantem percutere citra mortis periculum: ꝛ ſine ſanguinis effuſione ꝛ debilitatione membri:ꝛ eis auferre beſtias ꝛ alia bona que ibi reperirentur eſſe non obſtante ꝙ dicta bona eſſent alicuius ciuis/vel comitatenſis ciuitatis Aſiſij, vel aliũde:ꝛ accipiens lucri fiat. ¶ Et forenſes intelligantur ad predicta qui non ſint oriundi de ciuitate ꝛ comitatu Aſiſij. Et ꝙ nullus officialis contra predictos qui percuteręt : ſeu auferrent aliquid de dictis poſſeſſionibus audeat vel preſumat procedere per denunciationem accuſationem:ſeu inquiſitionem pena quingentarum lib.deñ.pro quolibet ꝛ qualibet vice, ꝛ talis proceſſus ipſo iure ſit nullus. Et quilibet poſſit talem laboratorem denunciare ꝛ accuſare:ꝛ habeat medietatem banni. Saluo ꝙ cuilibet ſit licitum laborare poſſeſſiones ſancti Clerici. Et ꝙ antequã vendantur dicta bona pro communi : priores populi ciuitatis Aſiſij teneantur notificare cómuni. Unde ſunt tales non ſoluentes / ꝙ bona talis non ſoluentis debent vendi. Et ꝙ ille qui debet ſoluere veniat ad ſoluendum dictas datiuas in terminum ponendum in litteris. Et ſi venerint ꝛ ſoluerint recuperent ipſa bona / que littere regiſtrentur per cancellarium ꝛ relationi ipſius ſtetur.

¶ Po. cõtra forenſes datiuas non ſoluentes.

¶ In bonis de qbus datiue ſoluende non preſtanť damnum impune fieri cõtra laboratores.

¶ Forenſes quomodo.

Additio.

Declararunt τ voluerunt preſenti lege ſtatuentes, ꝙ τ ſi cataſta fieri omitterentur, vel in vſu nō eſſent: nihilominus τ datiue τ onera impoſita vel imponenda ſolui debeant τ pro predictis etiam laboratores poſſint aſtringi. Addentes ēt ſtatuerūt oīa bona cēſeri τ haberi tributaria obligata τ ypothecata cōitati dicte ciuitatꝭ. τ alienata cū onere predicto tranſire.

Q̄ nulla perſona diruat domos roccharum. Rubrica .I o I.

Item Statuerunt τ ordinauerunt ꝙ nulla perſona audeat vel preſumat diruere: vel diſcarcare aliquam domum in contrata roccharuʒ cōis que rocche intelligantur prout inferius eſt declaratū: pena contrafacienti .xxv. lib. deñ. niſi ipſam vel ipſas domos repararent infra menſem. Et quilibet admittatur ad accuſandum τ habeat medietatē banni. Et priores preſentes eligant duos homines qui declarent/que intelligantur rocche. Et declarent confinia dictaꝝ roccharum. Et ꝙ lapides alicuius domus/vel caſaleni quꝺ eſſent in ciuitate non poſſint extra ciuitateʒ portari/pena quinquaginta lib. deñ. pro quolibet: τ qualibet vice: que declaratio ponaꝛ in ſtatuto. Et quilibet poſſit denunciare τ accuſare: τ habeat medietatem banni. Qui confines intelligantur in primis Berteſcha arlucij prout recte trahit ſupra ipſos confines quindecim pedibus ad pedeʒ cōis: Sanctus Leonardus prout trahit vſqʒ ad fraternitatem veterē ſancti Leonardi: τ ꝓut trahit ad caſalenum Andrioli veſpucie, prout trahit directe ad moram luminati, τ prope domos que olim fuerunt domini Angeli rectoris ſancti Anſouini vſqʒ ad caſalenum Iānis centarij prout trahit ad ortum rubei ſabatucij iuxta murum ciuitatis. Et intelligantur dicte oēs domus τ caſalena infra confines predictos.

Q̄ fiant cloache in ciuitate Aſiſij. Rubrica. I o 2.

Item Statuerunt τ ordinauerunt ꝙ fiant cloache in ciuitate Aſiſij per ſtratas τ vias expenſis omnium adiacentium per loca que ipſis adiacentibus videbuntur per ſupraſtantem cōmunis Aſiſij.

De iuramento camerariorum artium. Rubrica. I o 3.

Item Statuerunt τ ordinauerunt ꝙ camerarij artium τ quilibet eorum teneantur τ debeant in principio eorum officij iurare ad ſancta Dei euāgelia tactis ſcripturis ꝙ ſint amatores p̄ntis ſtatus cōis τ populi ciuitatis Aſiſij. Et capitaneus populi predicta teneaꝛ facere obſeruari ad penā .xxv. lib. deñ. de ſuo ſalario.

Q̄ notarij dñoꝝ Poteſtatis τ Capitanei dent punctatos. Rubrica. I o 4.

Item Statuerunt τ ordinauerunt ꝙ notarius cuſtodie ciuitatis Aſiſij ad dictam cuſtodiam deputatus pena decem lib. deñ. pro quolibet die debeat aſſignare dicto notario camere cōis Aſiſij omnes illos qui non facerēt cuſtodiam in die vel nocte precedenti ad poſtam qui nullam habuerint excuſationē legittimam qui punctati per dictum notarium ſcribantur in quodam quaterno ad penam predictam: τ ſm dictum quaternum fiat executio de ipſis ſm modū infraſcriptū non facieñ. cuſtodiam de nocte. Et notarius cuſtodie qui pro tempore erit de ciuitate Aſiſij ſuper cuſtodia ciuitatis Aſiſij deputatus teneatur τ debeat ad penam .xxv. lib. deñ. pro qualibet vice aſſignare τ in ſcriptis dare notario camere ciuitatis Aſiſij omnes τ ſingulas punctaturas de hominibus ciuitatis τ comitatus Aſiſij non parentibus τ obedientibus dictis officialibus in dicta cuſtodia: τ non venientibus ad dictam cuſtodiam faciendam ſtatim ſequenti die ante tertias. Et ꝙ dictus notarius camere ſub dicta pena teneatur de ſupradictis punctatis facere vnum librum de chartis pecudinis. In quo ſcribantur omnes punctati predicti. Et ꝙ predictorum punctatorum ſoluantur in camera cōmunis Aſiſij prout alie pene. Et ꝙ maſſarius cōmunis teneatur ſibi dare chartam.

¶ Qd non facientes cuſtodiam ſoluant pro qualibet vice quinq3 ſol. den. Rubrica. 105.

ITem Statuerũt et ordinauerũt qꝫ dictus notarius teneatur et debeat omni mane ante receſſum notarij cuſtodie ſcribere in quodaz quaterno oẽs et ſingulos punctatos qui nullo modo fecerunt cuſtodiam de nocte: et ſm dictum quaternuz dẽat quilibet punctatoꝝ ſoluere pro qualibet vice maſſario cõis quinq3 ſol. den. Et pena nõ rñdentis de nocte et nõ hñtis arma ſit duodecim den. pro qualibet vice.

¶ De electione maſſarij et eius notarij cõis Aſiſij et eoꝝ officio. Rubrica. 106.

ITem Statuerunt et ordinauerũt qꝫ maſſarij ciuitatis Aſiſij et eoꝝ notarij imbuſſulentur per imbuſſulatores cõis Aſiſij ſm formam ſtatutoꝝ cõis Aſiſij loquentium de imbuſſulatione et dicti maſſarij extrahantur de dicto buſſulo de ſex mẽſibus in ſex menſes per dños priores populi dicte ciuitatis et conſilium ſecretum gradatim: quoꝝ officium duret ſex mẽſibus qui maſſarius et notarius ipſius debeant ſtare ad eoꝝ officium exercendum in camera poſita ſub turri palatij dñi Poteſtatis ciuitatis Aſiſij. Et qꝫ vacato buſſulo dẽat reimpleri ſm formã ſupra traditã. Et dictus maſſarius faciat ſcribere per eius notariũ tpe ſui officij oẽs introitus dicti cõis et exitus dicti cõis in chartis membranis teneat inſup dictus maſſarius exigere: ſiue exigi facere oẽs pecunias debitas dicto cõi: et ſoluere debentibus recipere a cõi predicto extra deputationes factas: vel ſolutiones fiendas ſm tenorem bulle apoſtolice: oẽs pecuniaruz ſolutiones per ipſum debitaſ: vel debendas et congruã et condignam reddere rationem de geſtis et adminiſtratis p ipſum ſiue eius notarium coram eorũ ſindicis ſiue ratiocinatoribus. Teneatur inſuper dictus maſſarius de rebus et maſſaritijs cõis fieri facere inuentarium publicum per eius notariuz poſtqꝫ eius officium inceperit infra quindecim dies: ſub pena decem lib. den. Et vt ordo et qualitas ſeruetur in ſolutionibus fiendis per ipſum. Idem camerarius cõis teneatur et debeat in ſolutionibus fiendis illis qui debent aliquid recipere talem modum et ordinem ſeruare / qꝫ ſoluat primo illi vel illis: qui primitus deberint recipere: et ei/vel eis a primis vſq3 ad vltimos ſi poterit ſoluere excepto qꝫ poſſit ambaſciatoribus: et nuncijs: et pro neceſſarijs operibus dicti cõis omni ordine pretermiſſo. Et idem maſſarius nullum lucrum faciat vel guadagnum de quantitate quam ſoluerit: vel ſoluere deberet ſub pena quinquaginta lib. den. applican. dicte camere: et per eius ſucceſſorem auferen. vel per eius ratiocinatores pro qualibet vice. Et qꝫ dictus maſſarius non poſſit recipere vel ſoluere aliquam pecunie quantitatem ſine preſentia notarij camere predicte: qui notarius ſcribere debeat in moneta et florenis prout ſoluitur et datur. Et incontinenti in libris exitus ſoluere et ſcribere prout ſolutum fuerit: et prout alteri dabitur et ſoluetur et ad quantum dederit et acceperit florenum: et dicto modo mittat appodiſſas dñis prioribus de introhitibus et prouentibus ad manus dicti maſſarij peruenientibus pena maſſario predicto non ſeruanti predicta: pro quolibet ipſorum contrafaciente: et qualibet vice decem lib. den. de quibus debeant per eorum ratiocinatores ratiocinari et ſindicari, et ad denunciandum et ad accuſandum quilibet admittatur cum duobus teſtibus idoneis et habeat medietatem condemnationis. Et ad obſeruationem predictorum dictus camerarius firmiter teneatur in quolibet dictoꝝ caſuum. Et qꝫ dictus maſſarius habeat et habere debeat pro ſuo ſalario et prouiſione lib. xlij. den. notarius vero habere debeat lib. xxiiij. den. et non vltra. Et ſi aliquis moriretur: vel eſſet abſens a ciuitate Aſiſij: alius proximior cõſanguineus vel affinis vſq3 in tertium gradum ipſius mortui vel abſentis loco ipſius ſubrogetur. Si vero proximior non reperiretur de buſſulo vacantium extrahatur. Et ſi aliquis eſſet extractus ad dictum officium qui eſſet deſcriptus in libro ſpeculi qꝫ ille talis extractus laceretur et alius loco ipſius de dicto buſſulo vacantium extrahatur.

¶ In extraordinarijs ſoluẽda pecunia decreto conſilij ſecreti.

¶ Qd maſſarius non poſſit recipere aliquam pagham ante terminum. Rubrica. 107.

ITem Statuerunt et ordinauerunt qꝫ nullus maſſarius cõis Aſiſij poſſit ſine deliberatione conſilij hñtis auctoritatem recipere ante terminũ ſolutionis ali-

85v

quam pagã alicuius gabelle: aut redditus vel prouentus dicti cõis/vel ipſaꝫ pagã ante dcm̃ terminum ponere/ſiue poni facere ad introitum cõis predicti. Sed ipſam pagam recipere debeat ⁊ ponere ad dictum introitum ſolũmodo in die termini: ⁊ nõ ante ad peñ. dicto maſſario ⁊ notario camere dicti cõis contrafacienti. xxv. floꝛ. auri pro quolibet ipſoꝝ cõtrafaciẽte ⁊ qualibet vice/auferendã ſũmarie ⁊ de facto per dñm Capitaneum: vel Poteſtatem dicte ciuitatis Aſiſij: cuius pene quarta pars ſit ⁊ eſſe debeat dicti dñi Capitanei vel Poteſtatis qui de ipſa executionem fecerit: ⁊ reſiduum ſit cõis predicti. Et quilibet poſſit dictuꝫ maſſariũ ac notariuꝫ cõtrafacientẽ accuſare ⁊ denunciare: ⁊ nomen denunciatoris vel accuſatoris in credentia teneatur. Et habeat ⁊ habere debeat ipſe accuſatoꝛ vel denunciatoꝛ quartã partem dicte pene: que ex ſua denũciatione vel accuſatione venerit in dicto cõi. Et nihilominus dict⁹ dñs capitane⁹/vel poteſtas poſſit ⁊ dẽat ex officio ſuo diligẽter ingrere de pdictis.

¶ Qꝫ maſſarius ⁊ notarius camere teneanꝭ aſſignare librũ rõnis infra tres dies finito eoꝝ officio. Rubꝛica. 108.

ITem Statuerunt ⁊ oꝛdinauerũt qꝫ maſſarius ⁊ notarius camere cõis Aſiſij finito eius officio maſſariatus teneanꝭ ⁊ debeant infra tres dies immediate ſequentes aſſignare reuiſoꝛibus ſue rationis: vel cancellario dicti cõis libros introituum ⁊ exituum dicti cõis qui occurrerint tpe ipſius maſſarij ad penam quinquaginta lib. deñ. pro quolibet ipſorum auferẽ. ſummarie ⁊ de facto per dñm Poteſtatẽ vel capitaneũ dicte ciuitatis Aſiſij, cuius pene q̃rta pars ſit ipſius dñi capitanei vel poteſtatiſ eã exequẽtiſ/⁊ reſiduũ ſit ⁊ eſſe dẽat cõis pdicti. Et hoc nõ intelligatur de preſentibus maſſario ⁊ notario dicte camere.

¶ Qꝫ prouentus cõis ſoluantur maſſario ⁊ non alteri. Rubꝛica. 109.

ITem Prouiderunt ⁊ oꝛdinauerunt qꝫ deinceps quecunqꝫ perſona debebit pro gabella redditu vel prouẽtu dicti cõis ſeu alia quacunqꝫ occaſione ſoluere cõi predicto aliquam q̃titatem/ſiue aliquas quantitates pecunie vel florenoꝝ: poſſit/teneatur/⁊ debeat ipſam vel ipſas q̃titates ſoluere dicto maſſario in debitis terminis/⁊ non alteri perſone/ſeu alijs perſonis ad penam dupli ⁊ ſalarij exactionis auferendam/⁊ que auferri poſſit ⁊ debeat ſummarie ⁊ de facto pro cõi ciuitatis Aſiſij per dñm Poteſtatem vel capitaneum populi dicte ciuitatis. Et predicta oĩa ſic fiant ⁊ obſeruentur: ac valeant/⁊ teneant nõ obſtantibus aliq̃bus deputatiõibus factis ⁊ fiẽdis: que ex nunc ſint caſſe reuocate: ⁊ nullius valoꝛis: ⁊ non obſtante aliquo ſtatuto/reformatione/vel oꝛdinamẽto dicti cõis loquẽte/vel diſponẽte aliqualiter in cõtrarium predictoꝝ. Et qꝫ de pdictis fiant ſolemniter bannimenta.

¶ Qꝫ maſſarius camere nõ poſſit ſoluere aliquã pecuniaꝝ q̃titateꝫ ſine appodiſſa dñoꝛum Pꝛioꝛum. Rubꝛica. 110.

AD euitandum fraudem ⁊ defraudandi cauſam tollendã. Statuerũt ⁊ oꝛdinauerunt/qꝫ maſſarius cõis Aſiſij non poſſit ſoluere de pecunia ⁊ ære dicti cõis alicui perſone aliquã pecuniaꝝ q̃titateꝫ niſi pꝛimo creditoꝛ oſtenderit ⁊ relaſſauerit appodiſſam ſcriptam manu cancellarij dicti cõis: ⁊ ſigillataꝫ ſigillo cõis predicti per magnificos dños Pꝛioꝛes qui pro tpe fuerint in oꝛdinarijs. ¶ In extraoꝛdinarijs aũt cum appodiſſa ſoluere teneatur ſcripta manu dicti cancellarij: ⁊ eodeꝫ modo ſigillata ⁊ lecta/confirmata ⁊ appꝛobata in conſilio ſecreto: ⁊ obtenta ꝑ duas partes ⁊ plura vota dictoꝝ ꝯſiliarioꝝ ſub pena ⁊ ad peñ. xxv. lib. deñ. dicte camere applicañ. ſibiqꝫ auferẽ. de facto/addẽdo qꝫ dcũs maſſarius ⁊ eius notari⁹ ad penã pdictã ꝑ quolibet ipſoꝝ ⁊ q̃libet vice teneanꝭ ⁊ debeãt de oĩ ſolutiõe ꝑ eos fiẽda q̃cũqꝫ occaſiõe recipe ꝑ cõi a ꝑncipali ꝑſona vel ab eius ꝓcuratore ſpãle mãdatũ hñte generalẽ refutationẽ de q̃ dẽat rogari dcũs notari⁹ camere. Et ſi repireꝭ qꝫ eſſet ſoluta aliqua q̃titas pecuniaꝝ ꝑ dcm̃ maſſariũ de q̃ nõ recepit refutationẽ/vt ꝑferꝭ/talis q̃titas non dẽat admitti in eius calculo/nec aliqualiter cõputari.

¶ In extraoꝛdinarijs ſoluẽda pecunia decreto conſilij ſecreti.

¶ Qꝫ maſſari⁹ teneaꝭ oñdere rõnẽ dñis pꝛioꝛib⁹ vel cõſilio ſecreto q̃ñ fuerit reqſitus. R. 111.

ITem Statuerunt ⁊ oꝛdinauerũt qꝫ quilibet maſſarius teneatur ⁊ debeat ad requiſitionem magnificoꝝ dñoꝝ Pꝛioꝝ populi ciuitatis Aſiſij/vel conſilij

ſecreti dicti cóis omnĩ vice qua predictis dñis prioribus ⁊ conſilio placebit oſtendere rónez de q̃titatib⁹ quas ipſe maſſarius accepit: ⁊ oibus q̃ adminiſtrauerit occaſióe ſui officij maſſariatus: ad penã quinquaginta lib. deñ. maſſario pro qualibet vice qua cõtrafecerit: cuius pene auferende de facto per dñm Poteſtatem vel Capitaneum/medietas ſit poteſtatis vel capitanei predicti qui de ipſa executioné fecerit: ⁊ alia medietas ſit cõmunis predicti.

¶ Q camerari⁹ camere apl'ice ſoluat primo dñis priorib⁹ ⁊ poteſtati q̃ꝫ alteri pſone. R. 112.

ITem Prouiderunt ⁊ ordinauerunt q camerarius camere apl'ice ciuitatis Aſiſij: q nunc eſt ⁊ pro tpe fuerit teneaẗ ⁊ debeat ſoluere de ere ⁊ pecunia dicte camere qd ad eius manus pueneri: primo pro rata ſatiſfacere magnificis dñis prioribus ciuitatis Aſiſij, ⁊ dño poteſtati pro rata de ipſoꝝ ſalarijs: ⁊ alijs q̃titatibus quas recipe debebunt occaſione ſiue occaſionibus ſuoꝝ officioꝝ tpibus debitis ⁊ ꝯgruis primo q̃ꝫ alteri pſone ſiue pſonis ad penam dicto maſſario ſic obmittenti vel ſoluere deneganti/vel ꝯfacienti ducẽtoꝝ flor̃. auri pro qualibet vice auferen̄. per dictum dñm poteſtaté/cuius pene medietas ſit dicti dñi poteſtatis: ⁊ alia medietas ſit dicti cóis. Et p̃dicta ſic firmentur ⁊ valeãt: ⁊ pleniſſimã firmitaté hẽant: nõ obſtañ. aliquibus deputationibus aut ſtatutis ⁊ ordinationibus ⁊ reformationibus loquẽtibus: vel diſponentibus aliqualiter in ꝯtrium predictoꝝ. ¶ Hoc addito q vltima tertiaria dicti dñi poteſtatis retineri. debeat p camerariũ dicte camere quouſqꝫ fuerit pfectus ſindicatus dicti dñi poteſtatis. Et ipſa tertiaria in totũ vel in parté nõ poſſit vel dẽat in alio conuerti ad penam centum flor̃. auri pro qualibet vice. Et nihilominus de ſuo teneaẗ ſoluere dictam tertiariam: ⁊ p̃dicte ſolutiones fiant iuxta tenorem bulle apoſtolice.

¶ Priorib⁹ ⁊ poteſtati ſoluenduꝫ eſt in primis ſalariũ. qbus aũt ⁊ quo ordine ſoluenda ſint ſalaria, vide infra eo. lib. rub. 127.

¶ Ultima tertiaria de ſalario poteſtatis retinenda.

¶ Q maſſarius nõ ſoluat ſalariũ ambaſciatoꝝ niſi ambaſciatorib⁹ q erũt ĩbuſſolati. R. 113.

ITem q dictus maſſarius nõ poſſit ſoluere aliqd ſalariũ ambaſciatoris/vel ambaſciatoꝝ qui aliqualiter eligerenẗ vel mitterenẗ: niſi ſolũmodo ſalaria illoꝝ ambaſciatoꝝ qui erũt imbuſſulati: ad penam quinquaginta lib. deñ. auferen̄. de facto. Et q̃titas quam ſoluet contra preſens ordinamentum non debeat admitti in calculo ſue rõnis. Et hoc ordinamentum habeat locũm facta imbuſſulatione predicta ⁊ non ante.

¶ Q maſſarius retineat de ſalarijs rectoꝝ medicoꝝ magiſtroꝝ grãmatice ⁊ alioꝝ punctaturas eis factas. Rubrica. 114.

ITem q quilibet maſſarius cóis Aſiſij/tam qui nũc eſt q̃ꝫ qui pro tpe fuerit teneaẗ ⁊ debeat de ſalarijs rectoꝝ ⁊ officialiũ cóis Aſiſij/retinere pro dicto cõi oẽs ⁊ ſingulas puncturas: que fient de predictis rectoribus ⁊ officialibus ac ipſoruꝫ famulis ⁊ equis p officiales mõſtraꝝ ẽm formam ſtatuti loquentis de hac materia: ⁊ ẽt punctaturas que placebunt dñis prioribus. Et p eos vel ipſoꝝ mandatũ fient. De coquo ⁊ famulis ac nuncio ipſoꝝ prioꝝ. De medicis ⁊ magiſtro: ſiue magiſtris grãmatice ſalariatis per dictum cõe retinendas de ſalarijs p̃dictoꝝ: put per dictos dños priores fuerit declaratum: ad penam ipſi maſſario. xxv. lib. deñ. pro qualibet vice qua obmiſerit: vel contrafecerit auferen̄. de facto per dñm Poteſtatem vel capitaneum ciuitatis Aſiſij: cuius pene medietas ſit rectoris eam exequentis, ⁊ alia medietas ſit cóis predicti.

¶ Q maſſarius anteq̃ꝫ ſoluat medicis ⁊ magiſtris grammatice recipiant iuramentum ab eis ſi continue ſeruiuerunt. Rubrica. 115.

ITem q quilibet maſſarius dicti cõmunis anteq̃ꝫ ſoluat aliquam quantitatem pro ſalario alicuius medici/vel magiſtri grãmatice/recipiat ab ipſo medico vel magiſtro grãmatice iuramentum ſi continue ſeruiuit: ⁊ ſi talis quantitas ſibi debeatur vere ẽm conſcientiam dicti talis. Et ſi ſe abſentauit abſqꝫ licentia dominorum Prioruꝫ. Et ſi per tale iuramentuꝫ vel aliter ſentiet dictus maſſarius talem medicum vel magiſtrum grãmatice ſe abſentaſſe ſine licentia dñoꝝ Prioꝝ retineat de ſuo ſalario pro rata temporis abſentie maſſarius antedictus pro cõmuni predicto/ad penam dicto maſſario contrafacienti

96v

vel obmittenti decem lib. deñ. auferen̄. de facto per dñm Potestatem vel Capitaneum ciuitatis Aſiſij: cuius pene rector habeat medietatem: ⁊ alia medietas ſit cōmunis.

¶ Q̄ massari⁹ ⁊ notari⁹ camere teneant dare poteſtati vel capitaneo noīa malpaghoꝝ datiuarum ⁊ gabellaꝝ. Rubrica. 116.

ITem Prouiderūt ⁊ ordinauerūt ꝙ maſſarius ⁊ notarius camere cōis Aſiſij: ⁊ qlibet ipſoꝝ in ſolidū ſine aliqua reqſitiōe teneant ⁊ debeāt dare ⁊ aſſignare in ſcriptis noīa malpagoꝝ: cuiuſcūqꝫ datiue preſtantie: vel collecte: ⁊ ēt cuiuſcūqꝫ gabelle redditus vel ꝓuentus/vel alia quacūqꝫ occaſione ſtatim elapſo termino ſolutōis alicuiuſ predictoꝝ/dño ptāti vel capitaneo ciuitatiſ Aſiſij ad penā dictis maſſario ⁊ notario. C. lib. deñ. ꝓ quolibet ipſoꝝ ⁊ q̄libet vice qua obmiſerit vel ꝯfecerit auferen̄. de fcō p dñm poteſtatē vel capitaneū ciuit. Aſiſij: cui⁹ pene medietas ſit rectoris eā exequētis ⁊ alia medietas ſit cōis pdcī.

¶ De pena maſſarij nō ſoluētis q̄ntitatē de qua receperit refutationē. Rubrica. 117.

ITem Prouiderunt ⁊ ordinauerūt ſi ꝯtingeret maſſariū recipe refutationez de aliqua ſolutione p eū fienda/vt de dicta refutatione recipiēda ſupra in aliquo ordinamento fiat mētio ⁊ tali refutatiōe recepta/ipm̄ maſſariuz deceptiue vel aliter nollet ſoluere: vel obmitteret ſoluere debitā q̄ntitatē illi pſone q̄ dictaz refutationē fecerit/in tali caſu incurrat penā dictus maſſarius qngentaꝝ lib. deñ. pro qualibet vice auferen̄. de facto p dñm poteſtatez/vel capitaneū ciuitatis Aſiſij. Et rector hēat medietatē ipſiuſ pene: ⁊ alia medietas ſit dicti cōis. ¶ Et nihilominus ipſe maſſarius ex nunc ſit ⁊ eſſe intelligatur priuatus omni officio ⁊ beneficio dicti cōis per tempus decem annoꝝ tunc proxime venturum.

¶ Q̄ pignora poſſint vendi poſt duos mēſes poſtq̄ꝫ venerint ad manus maſſarij ⁊ de modo tenendo in ipſoꝝ venditione. Rubrica. 118.

ITem Prouiderunt ⁊ ordinauerunt ꝙ maſſarius dicti cōis Aſiſij oīa pignora q̄ peruenerint ad manus ſuaſ poſſit teneatur ⁊ debeat vendere pro dicto cōi ſtatim finitis duobus mēſibus quibus ipſa tenuerit in pn̄tia alicuius ex officialibus dñi poteſtatis vel capitanei: qui officialis teneatur ⁊ debeat ad requiſitionē dicti maſſarij intereſſe ⁊ preſtare preſentiam venditioni predicte. Et pecuniam quam de ipſis pignoribus. vꝫ de eorū venditione receperit ponere ad introitum dicti cōis. Ac etiā de dictis pignoribus oībus que receperit ⁊ vendiderit: ⁊ de denarijs quos de ipſoꝝ venditione vel aliter perceperit/reddere rōnem dñis prioribus qn̄cūqꝫ ⁊ quotienſcunqꝫ ad eoꝝ reqſitionē: ad penā ipſi maſſario. xxv. lib. deñ. pro qualibet vice qua in pdictis vel aliquo pdictoꝝ ꝯfecerit/vel obmiſerit: ⁊ in emēda ⁊ reſtitutione cuiuſlibet pignoris vel valoris eius/qd̄ nō reperiret: que pena auferatur de facto per dñm poteſtatē vel capitaneū ciuitatis Aſiſij: cuius pene medietas ſit dñi poteſtatis vel capitanei eā exequētis: ⁊ alia medietas ſit cōis predicti. Et dictus maſſarius ⁊ ēt officialis qui fuerit preſens venditionibus predictis: ⁊ quilibet ipſoꝝ teneatur ⁊ debeat ea die qua facta fuerit venditio dictoꝝ pignoꝝ portare in ſcriptis cancellario cōis Aſiſij q̄ntitatem redactam ex venditione dictoꝝ pignorum ad penaz. xxv. lib. deñ. pro quolibet ⁊ qualibet vice: auferen̄. per dñm poteſtatem vel capitaneuz ciuitatis Aſiſij: qui cancellarius teneatur ⁊ debeat ſtatim dictam quantitatem ſcribere in quodam libro ſeu regiſtro vt veritaſ ſemper appareat ⁊ nihilominus teneatur ⁊ debeat dictus maſſarius in dicto eius officio de dictis pignoribus que receperit: ⁊ ipſoꝝ venditionibus ⁊ de pecunia quam de ipſis perceperit reddere rationem coram Sindico dicti cōmunis: qui ad ſindicandum ipſum maſſarium fuerit deputatus: ad penam dicto maſſario ſi obmiſerit/vel contrafecerit ducentaꝝ lib. deñ. auferen̄. vt ſupradictum eſt de alia pena ⁊ reſtitutione pignorum.

¶ Q̄ camerari⁹ camere apl̄ice teneat ſoluere elemoſinas deputatas ſm̄ tenorē bulle apl̄ice Rubrica. 119.

ITem Prouiderunt: ꝙ quilibet camerarius apoſtolice camere poſſit teneatur ⁊ debeat ſoluere oēs ⁊ ſingulas elemoſinas ordinatas per formam ſtatutoruz in terminis in ipſis ſtatutis contentis ſm̄ bulle apl̄ice de materia loquētis ordinat. ad

penam ipſi camerario.xxv.lib.deñ.pro qualibet vice qua contrafecerit membrane aufereñ.de facto: cuius pene medietas ſit rectoris eam exequentis: & alia medietas ſit cóis predicti.

¶ Qꝫ in camera maſſarij ſit vnũ regiſtrũ in quo ſcribantur debitores cóis manu cancellarij. Rubrica. 120.

ITem Prouiderunt ꝙ quilibet maſſarius ſtudeat habere / & habeat in camera cóis/vnum regiſtrũ in chartis pecudinis manu cácellarij dicti cóis in quo ſcribantur per dictum cancellariũ oẽs debitores cóis predicti: & redditus vel ꝓuentus dicti cóis ſpecificando clare pro q̃to tpe ipſi debitores ꝑdicta emerint/vel ꝯduxerint: & in quibus terminis ſoluere debeant. Et qcunqꝫ ſoluet: ſignetur & ſignari debeat p notarium camere in margine dicti regiſtri iuxta nomen debitoris: & ſolutio q̃ facta fuerit. Ita ꝙ euidenter appareat & eſſe poſſit oíbus manifeſtum: ad penam ipſi notario ꝯfacienti: vel obmittenti.xxv.lib. deñ.pro qualibet vice aufereñ.per dñm poteſtatem vel capitaneũ ciuitatis Aſiſij. Et ipſuꝫ regiſtrum ꝯtinue ſtare debeat in camera dicti cóis apud ipſum maſſariũ: & oſtendere dño poteſtati vel capitaneo ciuitatis Aſiſij/qñcunqꝫ & quotienſcunqꝫ ad ſuã requiſitioné & beneplacitum: vt ſcire poſſit & ſciat ipſe poteſtas vel capitaneus malpagos predictoꝝ: vel alicuius eorum qui maſſarius ſi predict[illegible]: vel aliquod predictoꝝ obmiſerit: vel contrafecerit incurrat penam.xxv.lib.deñ. pro qualibet vice auferendam de facto: vt ſupradictum eſt de alijs penis. Poſſitqꝫ dictus maſſarius ſine appodixa & aliqua deliberatione ſoluere & ponere ad exitũ dicti communis expenſam opportunam pro tali regiſtro. vꝫ pro chartis pecudinis & ipſarum raditura: & pro bacticis de ligno.

¶ Qꝫ decine ſoluanꝭ cuilibet debenti recipere de eodẽ pretio gabellaꝝ. Rubrica. 121.

ITem Prouiderunt & ordinauerunt ꝙ de eodeꝫ pretio cuiuſlibet gabelle redditus vel prouenctus: qui vel que vendeꝭ vel ſtabilieꝭ deinceps poſſit teneaꝭ & debeat emptor dicte gabelle de qualibet paga talis gabelle redditus vel prouẽctus ſoluere pro rata decinas oíbus & ſingulis perſonis q̃ de iure debebunt habere decinas pro oblationibus quas fecerint ad talem gabellam redditũ: vel prouenctum: ad penam dicto camerario ꝯfacienti: vel obmittenti.xxv.lib.deñ.pro qualibet vice aufereñ.ſibi de facto p dñm poteſtatem vel capitaneum populi ciuitatis Aſiſij: cuius pene medietas ſit rectoris eam exequentis: & alia medietas ſit camere apoſtolice cóis predicti. Et preſens ordinamentum valeat & obſeruetur non obſtantibus aliquibus ſtatutis ordinamentis vel reformationibus dicti cóis loquentibus vel diſponentibus aliqualiter in contrarium predictorum.

¶ Qꝫ notari⁹ camere teneaꝭ ſtare ad camerã predictaꝫ & ponere ad introitũ & exitũ quãtitates ponendas. Rubrica. 122.

ITem Prouiderunt & ordinauerunt ꝙ quilibet notarius camere cóis Aſiſij teneatur & debeat perſonaliter ſtare omni die ad dictam cameram: & bene & ſolicite facere dictum eius officiũ ad requiſitioné maſſarij & oẽs & ſingulas ſolutꝭ.dicte camere ponere & ſcribere abſqꝫ aliqua ſolutione percipienda per ipſum notarium vltra ordinarium eius ſalarium & ad introitum & exituꝫ dicti cóis omnes & ſingulas quantitates que debebunt poni ad dictos introitum & exitum ſm formam ordiñ. dicti cóis: & prout ipſi notario dicetur per ipſum maſſarium ad penã dicto notario contrafacienti, vel obmittenti aliqualiter in ꝑdictis: vel aliquo ipſoꝝ.xxv.lib.deñ.pro qualibet vice aufereñ.ſummarie & de facto per dñm poteſtatem vel capitaneum ciuitatis Aſiſij: cuius pene medietas ſit dicti cómunis: & alia medietas ſit poteſtatis vel capitanei eam exequentis.

¶ Qꝫ notarius camere nõ poſſit ponere ad exitũ aliquã q̃titaté niſi primo recepta refutatione ꝑ cói: & niſi primo fuerit ſoluta: & ipſaꝫ refutationẽ teneaꝭ ponere in fine cuiuſlibet exitus. Rubrica. 123.

ITem Prouiderunt & ordinauerunt ꝙ dictus notarius camere cóis Aſiſij non poſſit aliquaꝫ quantitaté ponere ad exitum dicti cóis niſi primo receperit pro dicto cómuni: & de ipſa quantitate refutationem cũ duobus teſtibus ſolemniter ſtipula

tam a perſona debente recipere/vel a ſuo procuratore habente ad recipiendum ipſam quantitatem ſpãle mandatum. Et niſi ipſa quantitas fuerit dicte ꝑſone/vel ſuo ꝓcuratori effectualiter ⁊ integre ꝑ dictuʒ maſſariuʒ ꝑſoluta. Et in fine cuiuſlibet exitus teneat̃ ⁊ debeat dict⁹ notarius ponere ⁊ ſcribere manu ſua dictã refutationẽ cũ dictis teſtibus: ⁊ facere ibi mentionẽ: ⁊ exprimere qua auctoritate vel deliberatiõe factus ſit talis exitus/ad penam dicto notario quinquaginta lib. deñ. pro qualibet vice qua obmiſerit: vel ꝯfecerit callefeceri aufereñ. ſibi de facto per dñm poteſtatem: vel capitaneum ⁊c̃. vt ſupradictum eſt de alijs penis.

¶ Qꝫ maſſarius ⁊ notarius camere teneant̃ aſſignare ſindicatori eoꝝ libros cõpletos ⁊ tabulam infra quinqꝫ dies. Rubrica. 124.

ITem Prouiderunt/⁊ ordinauerunt ꝙ quilibet maſſarius ⁊ notarius camere cõis Aſiſij poſtq̃ꝫ finiuerint dicta eoꝝ officia teneant̃ ⁊ debeant quilibet ipſoꝝ in ſolidum infra quinqꝫ dies imediate ſequẽtes aſſignare ꝓducere ⁊ admittere eorum ſindicatori libros completos ⁊ bene compoſitos introituũ ⁊ exituum dicti cõis qui occurrerint tpe officij dicti maſſarij: ⁊ etiã producere infra dictos quinqꝫ dies coram dicto ſindicatore ſupradictaʒ tabulam: vt ipſe ſindicator informetur: ſi ipſa tabula ⁊ ipſius ordinamenta ꝑ dictos maſſariũ ⁊ notarium fuerint obſeruata/ad penaʒ dictis maſſario ⁊ notario quinquaginta lib. deñ. pro quolibet ſi obmitterent dictos libros ⁊ tabulam producere vt prefertur. Et nihilominus cogantur per dñm poteſtatem vel capitaneum ad producendum ipſos libros ⁊ tabulam: vt in preſenti ordinamento continetur. Et in caſu quo erunt pertinaces ad producendum, ⁊ ſi non producerent/ꝙ dictus ſindicator poſſit eos cõdemnare in reſtitutione oium dictoꝝ introituũ cõi predicto. Et talis cõdẽnatio: ⁊ ẽt ſupradicta pena exigi ⁊ auferri poſſit ⁊ debeat per dictũ dñm poteſtatem vel capitaneum ſũmarie ⁊ de facto: ⁊ ipſius pene medietas ſit ipſius dñi poteſtatis/vel capitanei eã exequẽtis ⁊ alia medietas ſit cõis predicti. Et predicta oia obſeruentur ⁊ valeant nõ obſtante aliquo ſtatuto reformatione vel ordinamento dicti cõis loquente vel diſponente aliqualiter in contrariũ predictoꝝ.

¶ Qꝫ quilibet maſſarius camere teneatur aſſignare reſiduum alteri maſſario ſucceſſori ſuo infra tres dies poſt finem ſui officij. Rubrica. 125.

ITem Prouiderunt ⁊ ordinauerunt ꝙ quilibet maſſarius camere cõis Aſiſij: teneatur ⁊ debeat infra tres dies immediate ſequentes poſt finem ſui officij omnem quantitatem pecunie vel florenoꝝ que ipſi maſſario ſupererit de introitibus dicti cõis reſtituere ⁊ dimittere alteri maſſario ſucceſſori ſuo ad penam dupli dicte quantitatis. Et ipſe maſſarius ſucceſſor poſtq̃ꝫ receperit dictam quantitateʒ teneatur ⁊ debeat ſtatim ipſam ponere ad introitum cõmunis predicti ad penam predictam que pena auferatur de facto per dñm Poteſtatem vel Capitaneum ciuitatis Aſiſij.

¶ Qꝫ omnes expenſe extraordinarie poſſint ſolui per maſſarium ẜm deliberationeʒ faciendam per dños priores cum conſilio auctoritatem habente. Rubrica. 126.

ITem Prouiderunt ⁊ ordinauerunt ꝙ oẽs ⁊ ſingule expenſe extraordinarie q̃ occurrent in cõi predicto ſolui poſſint ⁊ debeant per maſſariuʒ dicti cõis ẜm deliberationem fiendam ⁊ que facta fuerit per dños priores populi dicte ciuitatis Aſiſij cum conſilio auctoritatẽ habente: dũmodo dictus maſſarius ante ſolutionem aliquarũ expẽſarum extraordinariaꝝ predictaꝝ habeat in publicam formam manu cancellarij dicti cõis reformationẽ ⁊ ordinamentum cuius vigore dicta ſolutio ſiue ſolutiones fieri poſſint. Et vltra vel preter/aut cõtra formam ꝓdictam non poſſit dictus maſſarius ſoluere aliquaʒ expenſam extraordinariam ad penam. xxv. flor̃. aufereñ. vt ſupra. Et nihilominus talis expenſa que ſoluta erit contra preſens ordinamentum non debeat admitti in calculo ſue rationis ⁊ cogatur de facto per Poteſtatem vel Capitaneum ad reſtituendum dictam quantitatem communi predicto: hoc tamen declarato ⁊ appoſito in preſenti ordinamento/ꝙ non obſtantibus ſupradictis quilibet maſſarius dicti cõmunis poſſit ſolũmodo expendere ⁊ ponere ad exitum pro chartis/cera: ⁊ tincta: ⁊ vernice tempore ſui officij vſqꝫ in quantitatem decem lib. deñ. Et ſi

plus expenderet illud plus mittatur ⁊ ponatur ad conſilium ſecretum ⁊ in dicto conſilio deliberet: ⁊ de dictis decem lib. fiat fides dicto maſſario ꝑ ſcripturā publicā manu dicti cancellarij vt ſupra de alijs dictum eſt. Et admittatur prout per dictum conſiliuȝ fuerit deliberatū.

¶ Forma ⁊ ordinamentū tabule ẜm quā camerarius camere aplīce ſoluere debeat. R̄. 127.

Item Prouiderunt ⁊ ordinauerunt ꝙ ea que debent ſolui per quēlibet camerarium camere apoſtolice quolibet menſe ſine appodixis: ⁊ abſqȝ aliqua deliberatione iuxta ⁊ ẜm formam ſupraſcripti ordinamenti loquentis qualiter debeant ſolui ſalaria magnificorum dñorum Priorum Poteſtatis ⁊ capitanei: ⁊ poſtmodum alijs perſonis ſecundum ordinem huius tabule ad penam dicto camerario. xxv. lib. deñ. Sint ⁊ eſſe debeant infraſcripta. Prouidentes ⁊ ordinantes per preſens capitulum ꝙ ſolutiones infra declaratas dictus camerarius facere teneatur ⁊ debeat infraſcriptis perſonis tali regula. Adeo ꝙ quicunqȝ eſt infra primo ſcriptus, primo ſolutioneȝ ſuā recipere debeat continuando ipſe camerarius ⁊ procedendo in ſolutionibus ſecundum ordinem infraſcriptum de perſona ſucceſſiue prout inferius continetur. videlicet.

¶ Salarium Magnificorum dominorum Priorum populi ciuitatis Aſiſij ⁊ eorum notarij: ⁊ ea que eis cōceſſa ſunt vel concederentur ẜm formaȝ alicuius ſtatuti: vel que impoſterum concederentur: ⁊ ẜm formam bulle apoſtolice.
¶ Salarium domini Poteſtatis ciuitatis Aſiſij ⁊ ea que ſibi conceſſa ſunt vel concederentur iuxta tenorem eiuſdem bulle.
¶ Salarium cancellarij dicti cōis: ⁊ ea que ſibi conceſſa ſunt ẜm tenorem dicte bulle.
¶ Salarium tubatorum dicti cōmunis ẜm formam predicte bulle.
¶ Salarium baiulorum iuxta tenorem dicte bulle.
¶ Salarium preceptoris cuſtodie ẜm tenorem dicte bulle.
¶ Salarium ſindici dicti cōis ẜm modum declaratum in dicta bulla.
¶ Salarium aduocati dicti cōmunis ſecundum ipſam bullam.
¶ Salarium turrigenorum prout apparet in dicta bulla.
¶ Salarium magiſtri grammatice prout continetur in dicta bulla.
¶ Salarium fontiū ⁊ aqueductuū ciuitatis Aſiſij ẜm formā ⁊ modū in dcā bulla deſcriptū.
¶ Salarium reuiſoꝝ libroꝝ dñi poteſtatis ciuitatis Aſiſij: ⁊ ea q̄ in dicta bulla cōtinentur.
¶ Salarium ſindicoꝝ dñi poteſtatis iuxta formam ⁊ tenorem ſupraſcriptum.
¶ Elemoſynas nonnullaꝝ eccleſiarum in ſtatutis cōis Aſiſij: ⁊ in dicta bulla deſcriptas.
¶ Salarium capitaneorum tempore indulgentie ſancte Marie de Menſe Auguſti ẜm deputationem factam in dicta bulla.
¶ Salarium temperatoris horologij ẜm ꝙ continetur in dicta bulla.
¶ Ac etiam ipſi vniuerſitati pro extraordinarijs illius expēſis. Oratoꝝ, nunciorumqȝ prouiſionibus/ ⁊ pro totius ciuitatis fortificatione: ac pro illis qui redirent ad eaȝ decorati ſiue doctorati: ⁊ cingulo militie precincti ducentos flor̄ monete Papalis ſoluere teneat̄ iuxta cōtinentiā dicte bulle. Que ſolutiones fiant ⁊ fieri debeāt ꝑ dictū camerariū camere apoſtolice modo/ forma/ ⁊ ordine ſupraſcriptis cū appodixa dñoꝝ prioꝝ populi ciuitatis predicte: ſcripta manu cācellarij dicti cōis: ⁊ ſigillo dicti cōis ſigillata: ſub pena ⁊ ad penaȝ. xxv. flor̄. auri ſibi de facto auferen̄. pro qualibet vice qua contrafecerit per dñm poteſtatem dicte ciuitatis Aſiſij: dicto cōi applican̄. Et ſi poteſtas fuerit negligens in exequendo predicta incurrat penam. xxv. lib. deñ: que pene retineri debeant per eorum ſindicos: ⁊ ſindicatores. Et hoc capitulum ſit preciſum qđ non poſſit tolli conſilio: vel arenga.

¶ De electione notarij camere ⁊ eius officio. Rubrica. 128.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ ad officium camere cōis Aſiſij extrahatur notarius de buſſulo ciuitatis Aſiſij/ cum ſalario. xxv. lib. deñ. Cuius officium duret per ſemeſtre. Et ſtare debeat toto dicto tempore cōtinue in dicta ciuitate ad ſuuȝ officium exercendum omnibus ſuis ſumptibus ⁊ expenſis, ⁊ inde non diſcedere ſine licentia conſilij generalis vel populi: ⁊ ſuum officium facere ⁊ exercere ẜm formam ſtatutorum ⁊

28 v

ordinamentoꝝ dicte ciuitatis. Et teneatur notarius ſupradictus in ordinarijs libris cõis oẽs ⁊ ſingulas expenſas/occurrentes dicto cõi: extenſas ponere: ⁊ tenorem appodixarum extendere: ⁊ non dicere in aliqua ſcriptura expenſarũ/ſm tenorem appodixe. Et omnes introitus ⁊ cauſas extenſas mittere in dictis libris ad penam ⁊ bannum. xxv. lib. deñ. de ſuo ſalario: ⁊ cancellare omnes ſententias ⁊ condemnationes ſm formam ſtatutoꝝ ⁊ ordinamentorum ciuitatis Aſiſij ſine aliquo ſalario/ad petitionem cuiuſcunqȝ. Et omnia alia facere ⁊ exercere debeat que ſibi per dictum cõe fuerint cõmiſſa per formam ſtatutoꝝ/vel ordinamentoꝝ: vel reformationum pro ſalario ſupradicto: vel per officium dñoꝝ prioꝝ dicte ciuitatis. Et nihil a dicto cõi vel a ſpecialibus perſonis vltra dictum ſalariũ petere vel habere poſſit aliquo modo vel cã/directe vel indirecte/per ſe vel per interpoſitã perſonaȝ in pecunia vel alijs rebus: ſed dicto ſalario ſit ⁊ eſſe debeat contentus. Et ſi contrafecerit puniatur in. xxv. lib. deñ. pro qualibet vice. Et finito dicto tpe ſex menſium ſtare debeat dictus notarius perſonaliter in dicta ciuitate ad ſindicatum ⁊ reddendum rationẽ de geſtis per eum in dicto officio deceȝ diebus apud ratiocinatores ſuos: ⁊ facere quietationem de omni eo ⁊ toto ꝙ petere poſſet cõi/vel ſpecialibus perſonis in fine ſui officij. Et ꝙ dictus notarius teneatur ⁊ debeat ad requiſitionem dñoꝝ prioꝝ copiare ⁊ in publicam formam reducere quaſcunqȝ ſcripturas repertas in dicta camera ⁊ ipſas tradere dñis prioribus vel ſindico cõis que ſcripture facerent pro cõi ꝑdicto ſine aliquo ſalario vel mercede. Et idem modus ⁊ forma ſeruetur per notarium capitanei populi. Et ꝙ liceat dicto notario extracto de ſacculo renunciare dictum officiuȝ ⁊ loco eius extrahatur vacans notarius de buſſula notariorum vacantium.

¶ Qꝫ notarius camere debeat intereſſe venditionibus. Rubrica. 129.

ITem Statuerũt ⁊ ordinauerunt ꝙ dictus notarius teneatur ⁊ debeat intereſſe oĩbus ⁊ ſingulis venditionibus ⁊ locationibus cõis Aſiſij: que fierent per dictum cõe depẽſionibus ⁊ redditibus ⁊ prouentibus cõis Aſiſij. Et ſi non intereſſet venditioni ⁊ locationi, ſeu venditionibus ⁊ locationibus ad predicta procedi non poſſit: niſi cõtingeret ꝙ dictus notarius eſſet abſens a ciuitate ⁊ comitatu Aſiſij: vel infirmitate grauatus ꝙ tunc dñi priores populi poſſint eligere loco ſui ad predicta exercenda cancellarium vel notarium priorum. Et debeat ⁊ teneatur dictus notarius facere quendam librum per ſe in chartis pecudinis in quo ſcribantur per eundem notarium omnia ⁊ ſingula nomina ⁊ pronomina ementium: vel conducentium res/redditus ⁊ prouenctus dicti cõis ⁊ quid venditur: ⁊ qd locatur: ⁊ pro quanto pretio, ⁊ in quo termino, vel terminis ſolui debeant pretia ſiue quantitates: ⁊ inſtrumenta facere extenſa/⁊ publicare in libro predicto. Qui notarius teneatur ⁊ debeat dictum librum publicatum in fine ſui officij aſſignare: ⁊ tradere cancellario cõmunis Aſiſij ad penã predictã: ⁊ teneatur notarius predictus adueniente tempore ſolutionis mittere pro debentibus ſoluere quantitates ⁊ pretia predicta ad penam ⁊ bannũ decem lib. deñ. pro qualibet vice qua contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum.

¶ De pena nõ ſoluẽtiũ q̃titatẽ pecunie ⁊ alias res quas ſoluere ⁊ dare deberẽt cõi. R. 130.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ omnes debentes ſoluere cõmuni aliquam: ſeu aliquas quantitates pecunie pro rebus redditibus ⁊ prouenctibus/ſeu fructibus aliquarum poſſeſſionum dicti cõmunis quas emerint: ſeu conduxerint, teneantur ⁊ debeant ſoluere maſſario cõmunis ad terminum ⁊ in termino quo vel quibus debuerint ad penam dupli eius quod ſoluere deberent. Et maſſarius communis non teneatur ipſas quantitates recipere poſt terminum promiſſum in ſuo inſtrumento contentum ſine duplo: ⁊ ſi contrafecerit in predictis / dictus maſſarius condemnetur pro vice qualibet in vigintiquinqȝ lib. denariorum.

¶ Qꝫ notarij camere teneantur cuſtodire ⁊ ſaluare libros cõmunis. Rubrica. 131.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ dictus notarius teneatur ⁊ debeat bene ⁊ legaliter ſaluare ⁊ cuſtodire oẽs ⁊ ſingulos libros dicti cõis/tam actoruȝ

ſententiarum introituum ⁊ expenſaꝝ q̄ etiam reformationum: ⁊ omnes alios quoſcunqꝫ di-
cti cōis ⁊ teneatur ⁊ debeat dictus notarius de ꝑdictis libris: ⁊ de oibus ⁊ ſingulis rebus ⁊
maſſaritijs dicti cōis facere publicū inuentariū particulatim ⁊ deſtincte ſcribendo oīa predi
cta in quodam libro per ſe: ⁊ maxime de libris ⁊ rebus exiſtentibus in camera maſſarij.

¶ Ꝙ maſſarius cōis nihil recipiat vel ſoluat ſine preſentia notarij camere. Rubrica. 132.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ maſſarius cōis Aſiſij nullam ſolutionē fa-
cere poſſit vel debeat: nec aliquid recipere ſine pſentia ipſius notarij came-
re aliquo modo vel cā pena.x.lib.deñ. Et ſi dicta ſolutio aliter fieret nō valeat: ⁊ notarius ca
mere eam ad introitum vel exitum ponere non poſſit ad dictam penam.

¶ Ꝙ dcūs notarius teneat̄ facē librū oiū nō ſoluentiū cōdēnatiōes ⁊ datiuas. Rꝫica. 133.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerūt ꝙ dictus notarius teneat̄ ⁊ debeat copiare ⁊
librū facere per ſe in chartis pecudinis de oibus ⁊ ſingulis nō ſoluētibus
eoꝝ ꝯdemnationes infra decē dies cum pena quarti ⁊ ſine: ⁊ ēt preſtantias: ⁊ de nō ſoluēti-
bus precium reddituũ ⁊ ꝓuentuũ bonoꝝ que cōduxerint a cōi infra terminum debituꝫ: ⁊
ſingulis ſex menſibus in ꝯſilio generali vel populi: legere cōductores: ⁊ emptores nō ſoluen
tes ꝑdicta pretia infra terminū. Et ꝙ dictus notarius teneat̄ facere quendam librum per ſe
de ſolutionibus ⁊ executionibus que fierent cū quarto plu. pena. xxv. lib. deñ. de ſuo ſalario,
⁊ ꝙ dictus notarius teneat̄ denunciare per ſcripturam executoribus cōis oēs non ſoluentes
infra terminum. Et qui in quartum vel duplum inciderint infra ſecundam dieꝫ / elapſo termi
no ad dictam penam. Et ꝙ Sindicus cōis teneatur ⁊ debeat de predictis inquirere contra
dictum notarium: ⁊ ꝙ dictus notarius non debeat aliquid recipere pro ſuis ſcripturis ⁊ re-
futationibus quas facit ſoluentibus in cōi: ſed ex dono facere ſub dicta pena.

¶ Ꝙ notarius camere ⁊ maſſarius cōis teneant̄ obſeruare ſtatuta. Rubrica. 134.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ dictus notarius camere teneatur ⁊ debeat
vinculo iuramenti: ⁊ ad penaꝫ. xxv. lib. deñ. de ſuo ſalario ſeruare oīa ⁊ ſin
gula ſtatuta ordinamenta ⁊ reformationes dicti cōmunis facta ⁊ fienda que ad eius officiuꝫ
ſpectabunt: ⁊ omnia que ſibi imponentur per officium dominoꝝ Priorum populi dicte ci
uitatis: ⁊ ipſa effectualiter executioni mādare. Et idē teneatur obſeruare maſſarius cōis.

¶ Ꝙ per notarium camere fiat quidam liber in quo ſcribantur ſeruitia ⁊ deſerui-
tia facta cōmuni. Rubrica. 135.

NE ſeruitia Et deſeruitia cōi Aſiſij in poſterum fienda obliuioni tradan-
tur. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ per notariuꝫ camere fiat ⁊
fieri debeat quidam liber: ſeu quoddā regiſtrum in quo ponantur ⁊ ſcribantur omnia ⁊ ſin-
gula ſeruitia ⁊ deſeruitia dicto cōi Aſiſij fienda per quaſcunqꝫ ciuitates caſtra / ſeu vniuerſi-
tates: vel ſingulares perſonas quaſcunqꝫ ad penam preſtiti ſacramenti.

¶ Ꝙ oēs introitus cōis perueniant ad manus maſſarij. Rubrica. 136.

QUod Cum rei publice expediat ſuam pecuniaꝫ retinere ne conuertatur in ma
los ſumptus ad omnem male eſpendendi materiaꝫ euitandam, hoc pre-
ſenti capitulo. Statuerunt ordinauernnt ⁊ mandauerunt inuiolabiliter obſeruari. Quod
introitus ⁊ prouenius cōmunis Aſiſij: cuiuſcunqꝫ conditionis exiſtant: ⁊ ex quacunqꝫ cau
ſa perueniant ⁊ peruenire debeant ad manus Maſſarij communis qui nunc eſt ⁊ pro
tempore fuerit: quos introitus ⁊ prouenctus idem maſſarius ſcribi faciat per notarium
camere in libro ſuo: ⁊ in libro communis: ⁊ ipſi introitus ⁊ prouenctus ad manus al-
terius de ciuitate Aſiſij non perueniant: nec peruenire poſſint: nec recipi per aliquem

alium in quibus introitibus ⁊ prouentibus intelligantur oēs alij prouenctus qui occaſione alienationis/ſeu venditionis cōmunantiaꝝ pro cōi Aſiſij vēditaꝝ per dicti cōis ſindicum:ſeu aliuꝫ pro cōi:ꝙ maſſarius debeat eos introitus fideliter ⁊ legaliter cuſtodire ⁊ ſeruare:qui maſſarius non poſſit nec debeat de ere dicti cōis expendere niſi infraſcripta forma ſeruata vltra formaꝫ ſtatuti populi vel cōis a quinqꝫ ſolidis ſupra/niſi habita appodixa dñoꝝ prioꝝ populi:niſi aliter reformatum fuerit.Et poteſtas ⁊ capitaneus:⁊ dñi priores populi maſſarius cōis ⁊ notarius camere ⁊ quilibet eoꝝ iurare debeat in principio cuiuſlibet officij ipſoꝝ infra octo dies in ꝯſilio generali:vel populi dicti cōis ſeruare oīa ſupradicta ad penaꝫ infraſcriptam.Et ſi poteſtas ⁊ capitaneus ꝑdicta nō fecerint:ſed ꝯfactum fuerit:predicti poteſtas ⁊ capitaneus ⁊ notarius camere ⁊ quilibet ipſoꝝ per ſindicū qui eos ſindicabit condemnet̃ pro quolibet ⁊ qualibet vice in centuꝫ lib.deñ.⁊ cōi predicto debeant applicari : ⁊ cuilibet in ꝯſilio exiſtenti liceat proteſtari predictis ſi fuerit ꝯuenctū.Siquis aūt aſſignauerit:vel aſſignare vellet aliquam q̄ntitatem pecunie:vel rem aliam per prauitatem:extortā,vel habitam a cōi,vꝫ tertiā partem de eo ꝙ recepiſſet ipſam tertiam partem teneatur camerarius recipere ⁊ ponere ⁊ poni facere in introitibus cōis predicti.Et de tribus partibus eius qđ eidem camere fuerit aſſignatum:dictus camerarius vna cum ſindico generali dicti cōis debeat nomine dicti cōis Aſiſij finem,refutationem ⁊ abſolutionem facere tali:vel talibus aſſignantibus pecuniam:⁊ eam ipſi camerario ſoluentibus dicto modo. Saluo ꝙ preſens capitulum non habeat locum in rebus ſtabilibus que aſſignarentur camere dicti cōmunis.

¶ Qꝫ in camera cōis fiat qdā liber in quo ſcribant̃ locationes vēditiōes ⁊ refutatiōes cōis.
Rubrica.137.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerūt ꝙ fiat qdaꝫ liber p̄ maſſarium cōis de chartis pecudinis duodecim quaternoꝝ bene ligatuꝫ ⁊ capitulatuꝫ. In quo qdeꝫ libro ſcribant̃ oīa inſtra cōis venditionum/locationum/conceſſionū/refutationuꝫ/ſindicatuū ⁊ oīum alioꝝ inſtroꝝ ad dictum cōe ſpectantium cuiuſcunqꝫ generis ⁊ ꝯditionis exiſtant.Et ꝙ notarius prioꝝ ⁊ alij notarij qui erunt:⁊ ſunt vel fuerint de ipſis inſtrumentis rogati, teneantur ⁊ debeāt infra octo dies poſt ipſoꝝ rogationē ponere in dicto libro extēſe ⁊ per ordinem:⁊ autenticare ⁊ publicare cum ſigno ſub pena decem lib.deñ.pro qualibet vice cuilibet ꝯfacienti auferenda.Et ꝙ dictus maſſarius ſolicite inquirat inter notarios ciuitatis Aſiſij de oībus inſtrumentis cuiuſcunqꝫ generis exiſtant ad dictum cōe pertinentibus ⁊ ſpectantibus factis ⁊ celebratis.Et ꝙ notarij qui erunt rogati de aliquo inſtro cōis habeant ⁊ habere debeant pro eoꝝ labore ⁊ regiſtratura illud ſalarium quod deliberabitur per priores conſiderata qualitate negocij.Ita tñ ꝙ dicta declaratio prioꝝ nō excedat ſummam decē ſol. deñ.pro quolibet inſtrumēto.Et ſi alicui notario fuerit de inſtrumentis ſatiſfactum: ꝙ nullū denarium poſſit habere de regiſtratura predicta.Et ꝙ ipſa inſtrumenta teneatur notarius ſcribere in dicto libro modo ⁊ ordine predictis ſine aliquo ſalario.Et predicta oīa ⁊ ſingula teneatur dictus maſſarius facere ⁊ obſeruare ſub pena decem lib.deñ.

¶ Qꝫ maſſarius cōis ſoluat omnibus debentibus recipere. Rubrica.138.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerūt ꝙ maſſarius cōis qui nunc eſt:⁊ pro tpe fuerit teneatur ⁊ debeat oēs appodixas:⁊ expenſas ſibi p̄ñtatas cauſa rei publice a quocunqꝫ pro cōi tpe ſui officij ſoluere cum effectu debentibus recipere aliquam q̄ntitatē pecunie a dicto cōi Aſiſij:quod ſi non fecerit vel non poterit propter defectuꝫ pecunie ipſas appodixas faciat regiſtrare per notarium camere exiſtentem in officio tpe dicti maſſarij in cuius pſona eſſet facta appodixa/in quodam quaterno de chartis pecudinis : ⁊ eas p̄ñtet ⁊ det notario ſucceſſori ſuo ⁊ maſſario . Qui notarius teneat̃ regiſtrare dictas appodixas ad petitionē illius cuius eſſet appodixa:ad penā decē lib.deñ.ꝑ qualibet vice qui maſſarius teneat̃ ſoluere dictas appodixas ſic regiſtratas debentibus recipe cū diligētia ad penā decem lib.deñ.Et ſi talis appodixa nō reperiret̃ regiſtrata ſolui nō debeat.Et ꝙ maſſarius dēat ſoluere ſingulis hñtib⁹ appodixā a priorib⁹:⁊ illi cui facta erit primo appodixa primo ſoluē teneat̃ q̄ obſeruare ⁊ facē teneat̃ dictus maſſarius ad penā decē lib.deñ.pro qualibet vice qua ꝯfecerit.Et ꝑdicta locuꝫ habeāt in apodixis occurrētibus poſt publicationē p̄ñtiuꝫ ſtatutoꝝ.

¶ Q. notarij dñoꝝ poteſtatis ⁊ Capitanei vadãt ad videndũ ſi vie mattonate ſunt. R.139.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ notarij dñoꝝ poteſtatis ⁊ capitanei teneantur ⁊ debeãt qualibet hedomoda/ire per ciuitatem Aſiſij ⁊ burgos ad videndum ⁊ rimandum ſi vie mattonate ſint immunde, ⁊ ſi inuenerint eas immundas/faciant eas remundari per illos qui poſuerunt dictam immunditiam ſi reperirentur vel per circunſtantes circa ipſas vias: ⁊ etiam ad videnduȝ facientes turpitudinem circa fontes ⁊ in ipſis fontibus/⁊ aqueductibus ipſoꝝ fontium ad penã centuȝ ſol. deñ. pro qualibet vice.

¶ Q. notarius camere teneaꝉ copiare ⁊ extrahere de libris cuſtodie eoꝝ noĩa. Rica. 140.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ notarius camere dicti cõis teneatur ⁊ debeat vltra officium ſibi cõmiſſum per dictum cõe iuxta formam ſtatuti loquentis de eius officio copiare ⁊ extrahere de libro cuſtodie omnia nomina cuſtodum ciuitatis ⁊ comitatus Aſiſij pro ſalario ſupradicto bene legaliter ⁊ fideliter ſine fraude/modo ⁊ ordine quo teneretur notarius ad predicta electus ad penã ⁊ bannum in ipſis ordinamẽtis contempti. Qui notarius camere teneatur ⁊ debeat oẽs mortuos exbãnitos ⁊ habentes cãm legittimam caſſare: ⁊ eleuare de dicto libro ſine aliquo ſalario vel mercede/cum conſcientia tĩ oium prioꝝ in concordia. Et predicta facere teneatur notarius camere/⁊ ſcribere ⁊ copiare libros preſtantiaꝝ que imponerentur per cõe Aſiſij/⁊ oẽs alias ſcripturas tam publicas ꝗ̃ priuatas que eidem cõmitterentur per dictum cõmune/⁊ priores/⁊ alia conſilia dicte ciuitatis abſqȝ aliquo alio ſalario niſi ſibi ſupra ordinato.

¶ Q. de rebus exiſtentibus in palatio prioꝝ/fiat inuentarium. Rubrica. 141.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ de omnibus rebus ⁊ maſſaritijs ⁊ ſigillis exiſtentibus in palatio dñoꝝ prioꝝ fiat inuentariuȝ ⁊ ſcribantur per notarium camere ⁊ maſſarium dicti cõis. Et ſemper in exitum cuiuſlibet prioratus dictum inuentarium aſſignetur nouis prioribus: ⁊ omnia in eo ſcripta per maſſariũ cõis. Et ſi aliquid deficeret priores quoꝝ tpe aliquid reperiretur perditum vel amiſſuȝ teneantur reſtituere in duplo: ⁊ niſi reſtituerint vt dictum eſt. Maſſarius ⁊ notarius camere teneantur tpe ſindicatus dictoꝝ prioꝝ predicta notificare ſindico dicti cõis ad penam decem lib. deñ.

¶ Q. notarius camere vna cũ ſindico cõis teneatur reuidere palatia. Rubrica. 142.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ maſſarius camere cõis Aſiſij/⁊ eius notarius vna cũ Sindico cõis Aſiſij teneãtur ⁊ debeant finito tpe dñoꝝ poteſtatis ⁊ capitanei/⁊ alioꝝ officialium ciuitatis Aſiſij reuidere palatia ⁊ domos eoꝝ in qbus morarenꝉ ⁊ maſſaritias ⁊ res exiſtentes in ipſis domibus ſi ſunt res que aſſignate fuerũt vel aſſignarenꝉ eiſdẽ. Et de ipſis teneanꝉ facere inuentariũ dicti maſſarius, notarius, ⁊ ſindicus: ⁊ ſm ipſuȝ inuentariũ ꝑ cõputuȝ ⁊ numeruȝ reddere ipſas res. Et ſi inuenerint aliquid fore deuaſtatũ: ſeu defraudatũ vel perditũ illud dare ⁊ conſignare infra tres dies poſt finẽ officij dicti officialis: ⁊ ante ſi eis videbiꝉ. Et camerarius camere apoſtolice dicti cõis extimationẽ rei/vel reruȝ ꝑditaꝝ ſeu fractaꝝ/vel fraudataꝝ retineat de ſalario dicti officialis ꝓ cõi donec ſatiſfecerit cũ effectu/aut aſſignabit reȝ deuaſtatã perditã ſeu defraudatã. Et de geſtis ⁊ adminiſtratis per ipſos dicti ſindicus/maſſarius ⁊ notarius coraȝ dñis prioribus populi ciuitatis Aſiſij pro tempore exiſtentibus plenariam teneantur reddere rationem. Et ſi reperirentur aliquid defraudaſſe condemnentur pro qualibet vice ad reſtitutionem rei defraudate: ⁊ in quinquaginta lib. deñ. dicto cõmuni applicandorum.

¶ Q. maſſarius cõis teneaꝉ ſcribi facere ꝑ notariũ camere oẽs introitus. Rubrica. 143.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt pro euidenti vtilitate cõis Aſiſij/⁊ ſingularũ perſonarum ipſius cõis/ꝙ maſſarius ſiue camerarius dicti cõis qui pro

tempore fuerit/teneatur ꝛ debeat vinculo iuramenti ꝛ ad penam decem lib. deñ. de ſuo ſalario pro qualibet vice qua contrafactum fuerit ſcribere: ꝛ ſcribi facere per notarium camere qui pro tempore fuerit in camera dicti cōis omnes introitus: ꝛ ibidem ipſe notarius ſcribere teneatur ꝛ debeat/ipſos introitus ad penam ſupradictam: ꝛ de ipſis introitibus appodixaſ ſoluentibus dictus maſſarius ſua propria manu/vel ſui notarij facere teneatur ꝛ ipſaſ mittere dñis Prioribus populi dicte ciuitatis tunc in officio reſidentibus que per notariũ dñorũ Prioꝝ in quodaſ libro per ſe debeant regiſtrari. Et dñi priores ꝛ eoꝝ notarius qui pro tpe erunt / teneantur ꝛ debeant preſens ſtatutum obſeruare ꝛ obſeruari facere ad penam. xxv. lib. deñ. pro quolibet ipſorum. In quibus per eoꝝ Sindicuſ debeant condemnari. Et ꝙ cancellarius ſiue notarius dicti cōis referre teneatur ꝛ debeat vinculo iuramenti ad penam centum ſol. deñ. in conſilio populi dum per eum ipſis dominis prioribus computatur iuramentum in ipſo iuramento computare obſeruantiam dicti ſtatuti. ad ipſam obſeruantiam predicti priores ꝛ eoꝝ notarius firmiter teneantur. Et ſi reperiret̃ impoſteꝝ ꝙ maſſarius cōis receperit aliquos introitus quos non immiſerit ꝛ ſcripſerit manu ſua propria in libro ſuo: vel ſcribi fecerit per notariũ camere. Et de qbus etiam non miſit ea die appodixam manu ꝓpria vel ſui notarij dñis Prioribus ꝛ notario ipſoꝝ condemnetur dictus maſſarius in decem lib. deñ. Et de quibus appodixam non fecerit ꝛ miſerit ſupradictam.

¶ Q: notari⁹ cācellarie teneat̃ regiſtrare lr̃as mittēdas ꝛ recipiēdas ꝑ parte cōis. R̷. 144.

Item Statuerunt ꝛ ordinauerunt pro ſtatuto ꝛ honore dicti cōis Aſiſij: ꝙ notarius reformationũ ꝛ cancellarius dicti cōis teneatnr ꝛ debeat regiſtrare in quodam libro chartaꝝ pecudinaꝝ oēs ꝛ ſingulas litteras mittēdaſ pro parte dicti cōis: ꝛ recipiēdas pro ipſo cōi, ꝛ que dicto cōi mitterentur tam ꝑ cōia q̄ per alias perſonas. Et memoriale etiaſ facere de factis dicti cōis tpe cuiuſlibet prioratus. Ita ꝙ ea que agenda ſunt per cōe Aſiſij poſſint ꝛ valeant melius executioni mandari: ꝛ per aliquem ſibi impediri non poſſint. Et aptetuꝛ ꝛ reparetur expenſis dicti cōis.

¶ Q: poteſtas ꝛ capitaneus ꝛ Priores habeant arbitrium reducendi ad pacem ciues/vide infra in rubrica. 192. Rubrica. 145.

Item Statuerunt ꝛ ordinauerunt ꝙ poteſtas ꝛ capitaneus ꝛ priores populi dicte ciuitatis habeāt poteſtateſ arbitriuſ ꝛ bailiā reducēdi ad paceſ oēs ꝛ ſingulos populareſ ꝛ nobiles ciues ꝛ comitatēſes ꝛ diſcordātes vel inimicātes ad inuicē inter quos interueniſſet aliqua offenſio ꝑſonalis cuſ armiſ ꝛ ſanguinis effuſiōe.

¶ Q: fiant duo regiſtra condemnatoꝝ ꝛ punctatoꝝ cōis. Rubrica. 146.

Item Statuerunt ꝛ ordinauerunt ad hoc vt fraus aliqua cōmitti nō poſſit in ſolutionibus fiendis in camera cōis Aſiſij de cōdemnatiōibus latis ꝛ ferendis ꝑ officiales dicte ciuitatis: ꝛ in punctatis pro cuſtodia ꝙ fiant duo regiſtra ipſoꝝ condemnatoꝝ ꝛ punctatoꝝ quoꝝ vnũ ſit in camera cōis ꝛ alteruſ in palatio priorum penes cancellarium cōis. Et ꝙ maſſarius cōis ad penam centum lib. deñ. recepta pecunia de condemnatione ſoluenda caſſet talem de dicto regiſtro: ꝛ ſubſequenter caſſetur de libro condemnationum per notarium camere: ꝛ demum caſſetur de alio regiſtro per cancellarium cōmunis. Et in libro introituum dicti cōmunis ponatur nomen rectoris cuius tempore fuit condemnatus/ꝛ dies/ꝛ menſis/ſub quo folio. Ita ꝙ tempore ſindicatus dicti maſſarij poſſint videri aperte ſolutiones condemnationum ꝛ punctatoꝝ. Et ſi dictus maſſarius vel notarius camere reperiretur aliquam fraudem cōmiſiſſe in centum lib. deñ. pro quolibet ꝛ qualibet vice debeat per eorum ſindicum cōmunis Aſiſij condemnari. Que regiſtra fiant per notarios eligendos per dominos Priores populi expenſis dicti cōmunis de quibus domini Priores poſſint facere appodixam ſine aliqua deliberatione de condemnationibus preteritis. De futuris vero condemnationibus notarius camere qui pro tpe erit teneatur ꝛ debeat ponere in dictis regiſtris nomen ꝛ pronomen dicti condemnati, ꝛ in quanta quantitate: ꝛ tempus ꝛ nomen officialis condemnantis.

¶ Q: quelibet

¶ Q: quelibet appodixa poſtq̃ ſoluta fuerit debeat p notariũ camere cãcellari. Rica.147.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerũt q quelibet appodixa poſtq̃ fuerit ſoluta: ⁊ ad exitũ in libris cõis ſcripta dẽat cãcellari ⁊ caſſari ⁊ in plurib⁹ locis ſcripta dicte appodixe incidi p notariũ camere. Jta q caſſatio ⁊ cãcellatio euidẽter appeat ⁊ iciſio.

¶ Q: qcũq3 aſſignauerit aliqd cõi de bonis rebelliũ q̃ nõ poſſiderent p cõe habeat quartam partem. Rubrica. 148.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt q quicũq3 conſignabit cõi Aſiſij aliqua bona mobilia: ſeu aliquam pecuniã de bonis alicuius rebellis vel rebellium cõis Aſiſij que effectualiter nõ poſſiderentur vel haberentur per ipſum cõmune Aſiſij/habeat quartam partem eius qð veniet in cõmuni ad manus maſſarij ⁊ in camera dicti cõis/de bonis ⁊ pecunia predictis ſic conſignatis: dũmodo non intelligatur de bonis venditis vel locatis: vel conceſſis per dictum cõmune Aſiſij.

¶ Q: maſſarius cõmunis: ⁊ camerarius camere apoſtolice non ſoluat appodixam niſi prius preſtito iuramento. Rubrica. 149.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt q maſſarius cõis Aſiſij: ⁊ camerarius camere apoſtolice/non poſſint nec debeant dare vel ſoluere alicui perſone/cum appodixa vel ſine aliquam pecunie quantitatem / niſi primo a dicto tali debente recipere corporaliter receperint ſacramentum / q ille qui deferret appodixam teneatur habere q̃titatẽ in appodixa contentã: ⁊ q dedit rez vel ſeruiuerit p q̃titate contenta in appodixa cõi Aſiſij: ⁊ alit]. vel alio modo maſſarius minime poſſit vel teneat ſoluere ad penam. xxv. lib. deñ. pro qualibet vice. Et ad hoc notarius camere ſimiliter teneatur.

¶ Q: hoſpitale cõis conſeruetur in bono ſtatu. Rubrica. 150.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerũt: q poteſtas ⁊ capitaneus teneant ⁊ debeãt manutenere ⁊ conſeruare in bono ſtatu hoſpitale cõis Aſiſij cuz oĩbus ſuis pertinentijs ⁊ introitibus. Et q fiat electio rectoris dicti hoſpitalis: prout conſilio populi videbitur ⁊ placebit finito tpe pñtis prioris. Qui prior/qui eligetur p dictum conſilium debeat eſſe de ciuitate Aſiſij: ⁊ non aliunde. ¶ Nota d̃ adminiſtratiõe hoſpitalis cõmunis Aſiſij ⁊ officialib⁹.

¶ Q: oblati ⁊ prebendati hoſpitalis cõis teneantur obedire priori. Rubrica. 151.

AD conſeruationem Et augumentationẽ hoſpitalis cõis ciuitatis Aſiſij: ⁊ ẽt hoſpitalis leproſorũ: ⁊ vt facta ⁊ bona dictoꝝ hoſpitalium: ⁊ cuiuſcunq3 ipſorum de bono in melius procedant. Statuerunt ⁊ ordinauerunt quod quilibet prebendatus ⁊ prebendata/oblatus ⁊ oblata proiectus vel ꝓiecta dictoꝝ hoſpitaliũ/vel alterius eoꝝ maior. xij. annis/aptus: ſeu apta ⁊ habilis ad exercitandũ ⁊ exercẽdũ pſonã ſuã: teneat ⁊ debeat ad requiſitionẽ prioris hoſpitalis q nunc eſt: vel pro tpe erit ſuã pſonã exercere ⁊ operari in ſeruitiũ hoſpitalium p̃dictoꝝ/ſeu alterius eoꝝ/ꝓut ⁊ q̃n ipſi priori videbit ⁊ placebit: ⁊ ipſi priori in oĩbus ⁊ per oĩa obedire: ꝓut ⁊ ſicut alij familiares dictoꝝ hoſpitaliũ vel alicuius ipſoꝝ ipſi priori obediũt: ⁊ ꝓut idẽ prior ei vel eis mãdauerit ꝓ vtilitate ⁊ cõmodo dictoꝝ hoſpitaliũ: ſeu alterius eoꝝ. Et ſi aliqs p̃bẽdatus/vel p̃bendata/oblatus/ſeu oblata ꝓiect⁹ vel ꝓiecta: in p̃dictis vel aliquo p̃dcoꝝ fuerit negligẽs: ⁊ ipſius prioris mãdatis nõ paruerit vel obediuerit cũ effectu/p̃bendã nec expẽſas in dictis hoſpitalib⁹/vel aliquo ipſoꝝ habere nõ poſſit/nec dicto tali inobediẽti p̃or p̃dcũ ſ ipas p̃bẽdas ⁊ expẽſas dare teneat aliquo capitulo. ſ. vel. j. poſito in ꝯriuz loquente non obſtante.

¶ Q: bona hoſpitalis cõis manuteneant: ⁊ impoſterum occupari nõ poſſint. Rubrica. 152.

NE bona Et res hoſpitalis cõis Aſiſij poſſint impoſteruz occupari. Statuerunt ⁊ ordinauerunt / q Prior dicti hoſpitalis qui pro tempore

fuerit teneatur ⁊ debeat ad penam.xxv.lib.deñ.de ſuo ſalario cõi Aſiſij applicañ.in ṗncipio ſui officij/infra vnum menſez ex parte dñoꝝ poteſtatis ⁊ capitanei ciuitatis Aſiſij banniri facere per ipſam ciuitatem in locis publicis ⁊ conſuetis ꝙ quicunqꝫ habet tenet ⁊ poſſidet ſeu laborat aliquam rem/ſeu poſſeſſionem dicti hoſpitalis:ſeu habeat aliquas beſtias in ſoccita hoſpitalis predicti:ſeu alicuius proiecti/vel proiecte:oblati:ſeu oblate: ſiue alterius perſone pro eis vel alicuius eoꝝ a decem annis citra:⁊ tpe venturo quocũqꝫ modo vel cã,⁊ iura:ſeu aliquas alias res,veniat ⁊ venire debeat infra quindecim dies poſt bannimentum factuz coram ipſo priore ad faciendum ſe ſcribi:⁊ ad aſſignandum bona poſſeſſiones ⁊ res quaſlibet/quas haberet vel teneret ad penam quinquaginta lib.deñ.pro quolibet cõtrafaciente ⁊ non aſſignante pro qualibet vice.Et de predictis ⁊ quolibet ṗdictoꝝ ad accuſanduz ⁊ denunciandum quilibet admittatur.Et nomen accuſatoris denunciantis vel accuſantis teneatur in credentia ⁊ habeat medietatem banni.Et poteſtas ⁊ capitaneus:⁊ quilibet ipſoꝝ teneaṫ ⁊ debeat ṗdicta oia executioni mandare:⁊ contra delinquentes procedere ꝑ inquiſitioñe denunciatioñe ⁊ accuſatioñe ſũmarie ⁊ de facto ad reqſitioñe dicti prioris: ⁊ repertos culpabiles punire ⁊ ꝯdemnare ⁊ cõdemnationem de facto exigere pro cõi. Et ſi in ṗdictis:vel aliquo ṗdictoꝝ ipſi:vel alter ipſoꝝ fuerint negligentes:penam.xxv.lib.deñ.incurrant cõi Aſiſij applicañ.in quibus per futurum ſindicum debeant condemnari.

¶ Qꝫ ſiquis notarius de Aſiſio fuerit rogatus de aliquo teſtamento in quo contineatur aliquod relictum factum hoſpitali teneatur aſſignare priori. Rubrica. 153.

NE relicta facienda hoſpitali cõis Aſiſij:ſeu leproſoꝝ:⁊ oblatis: vel ꝓiectis eorundẽ retineanṫ ⁊ occultentur indebite: ⁊ ne in ṗdictis dcã hoſpitalia ſeu aliquod ipſoꝝ:vel oblati ⁊ ꝓiecti ipſoꝝ/ſeu alterius ipſoꝝ defraudari poſſit.Statuerunt ⁊ ordinauerũt:ꝙ quilibet notarius de ciuitate ⁊ comitatu Aſiſij qui rogatuſ fuerit de aliquo inſtr̃o in quo contineaṫ aliquod relictũ factum ipſis hoſpitalibus, vel alteri ipſoꝝ/ſeu ꝓiectis vel oblatis cuiuſqꝫ ipſoꝝ teneaṫ ⁊ debeat infra quindecim dies a die rogationis ṗdicte numerãdos priori dictoꝝ hoſpitaliũ q nunc eſt ⁊ pro tpe fuerit talem ꝑticulam per ordinem aſſignare/ad penam.x.lib.deñ.pro quolibet cõtrafaciẽte nõ aſſignãte predicta.

¶ Qꝫ prior hoſpitalis teneatur manutenere in vnitate familiam. Rubrica.154.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerũt ꝙ miniſter:ſeu prior hoſpitalis cõis Aſiſij qui pro tpe erit teneatur ⁊ debeat manutenere ⁊ conſeruare mares ⁊ mulieres offertos ⁊ ꝑbendatos dicti hoſpitalis in vtilitate ⁊ ſaluatione rerum ⁊ bonoꝝ dicti hoſpitalis.Et teneatur habitationem hominum dicti hoſpitalis diuidere / ab habitatione mulierum ⁊ ſeparare. Et ꝙ quilibet familiaris offertus ⁊ offerta/ꝑbendatus ⁊ ꝑbendata ꝓiectus ⁊ ꝓiecta ipſius hoſpitalis obedire in oibus ⁊ ꝑ oia:⁊ ſeruitia ipſius hoſpitalis facere:⁊ ſi nõ obediuerit ipſi ṗori/ipſos tales:ſeu talẽ inobediẽtẽ ð dcõ hoſpitali expellẽ.Et ẽt teneaṫ obedientẽ ad mẽſaz capituli cõmedere ꝓut ⁊ ſicut ipſi priori videbiṫ ⁊ placebit ordinare.

¶ Si offerti dicti hoſpitalis obligauerint bona in fraudẽ teneanṫ recuperare. Rũbrica.155.

SI aliquis In offertũ dicti hoſpitalis receptus ſit ꝑ aliquẽ rectorẽ/ſeu priorez dicti hoſpitalis:⁊ talis offertus i fraudẽ obligauerit ſua bona ante receptionẽ ipſius.Statuerũt ⁊ ordinauerunt:ꝙ teneaṫ ⁊ debeat ipſa bona reacqrere ⁊ mittere in dicto hoſpitali infra vnũ menſez.Et ſi nõ mitteret ſeu reacqreret ꝙ expellaṫ de dicto hoſpitali ⁊ ꝙ nullus/ſeu nulla recipiat i oblatũ:ſeu oblatã i dcõ hoſpitali niſi ṗmo dliberatũ fuerit ad ꝓmotionẽ ṗoris dci hoſpitalis cõis ꝑ dños ṗores ppl̃i ⁊ ꝯſiliũ gñale vł ppl̃i.

¶ Qꝫ prior hoſpitalis teneatur facere inuentarium. Rubrica.156.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ prior ſeu gubernator hoſpitalis cõis qui pro tpe fuerit teneatur ⁊ debeat vinculo iuramenti ⁊ ad penã quinquaginta lib.

deñ. de ſuo ſalario proprio facere inuentarium infra octo dies de omnibus bonis mobilibus iuribus ⁊ actionibus prefati hoſpitalis: per notarium prioꝝ ⁊ in pñtia maioris partis familie dicti hoſpitalis. ſ. maſculoꝝ ſ maioꝝ ſexdecim annis: ⁊ feminaruꝫ maioꝝ decem annis. Et in ipſo inuentario ſeriatim aſſignare: ⁊ per ordinem ſcribi facere oia bona mobilia ⁊ immobilia iura ⁊ actiones ⁊ maſſaritias ⁊ quaſlibet alias res ad dictum hoſpitale ſpectantes vel ſpectantia. Cuius inuentarij detur ⁊ aſſignetur copia maſſario cõis Aſiſij infra octo dictos dies ad dictam penam: ⁊ in camera dicti cõis per maſſariũ debeat cuſtodiri. Et dictus prior teneatur ⁊ debeat ex dicto inuentario ſic facto vnam copiam extrahi facere per manus publici notarij: quam copiam penes eum debeat retinere auctoritate ⁊ bailia preſentis ordinamenti. Et priores populi ciuitatis Aſiſij teneantur facere regiſtrari dictum inuentarium in chartis pecudinis per cancellarium dicti cõis ad penaꝫ. xxv. lib. deñ. ſibi de facto auferẽ. In quo quidem inuentario ponantur ⁊ ſcribantur omnia bona mobilia ⁊ immobilia: ⁊ inſtrumentij. ipſius hoſpitalis: ⁊ in ipſo inuentario ſcribantur domus ⁊ poſſeſſiones ipſius hoſpitalis per latera ⁊ confines. Et quantitates ipſarum poſſeſſionum ponantur in ipſo inuentario particulariter ⁊ diuiſim: ⁊ menſurentur ipſa bona per menſuratores per dños priores eligẽdos. Et ſcribatur tale inuentarium ſiue regiſtrum per cancellariũ dicti cõis de quo quidem inuentario fiant due copie: vna quarum ſit penes dictos dños Priores: ⁊ alia penes dictum camerarium: originale vero ſit ⁊ reponatur ⁊ eſſe debeat in Eccleſia Sancte Clare. Et dictus camerarius fieri faciat vnum regiſtrum: in quo ſcribantur omnia nomina laboratorum Inquilinorum/ coptumaiolorum/ aſcriptitioꝝ: ⁊ penſionarioꝝ: bonorum ⁊ poſſeſſionuꝫ ipſius hoſpitalis: ⁊ pacta ⁊ conuentiones ſub breuitate.

¶ Qꝫ prior ṕdictus teneať reddere rõnẽ dñis priorib⁹ ⁊ ꝯſilio: ſeu reuiſoribus deputandis. Rubrica. 157.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ prior dicti hoſpitalis qui pro tpe fuerit teneatur ⁊ debeat reddere rõnem integram de omnibus adminiſtratis per eum magnificis dñis Prioribus populi ciuitatis Aſiſij: ⁊ conſilio ſecreto vel generali: vel ratiocinatoribus eligendis per dictos dños priores ⁊ conſilium ſm ordinem infraſcriptuꝫ. Videlicet ꝙ per priores ⁊ conſilium fiat buſſulum per quinqꝫ annos proxime venturos: ⁊ finito dicto buſſulo per priores qui tunc erunt in officio debeat reimpleri pro alijs quinqꝫ annis ſucceſſiue. Et pſens prior dicti hoſpitalis debeat ſindicari: ⁊ ſtare ⁊ parere debeat mãdatis dñoꝝ Prioꝝ ⁊ conſilij ſiue hominuꝫ eligendoꝝ ⁊ imbuſſulandoꝝ: ⁊ de dicta buſſula extrahendoꝝ: ⁊ omni ſententie ferende per ṕdictos ratiocinatores parere ⁊ obedire. Et debeant dicti ratiocinatores vocare omnes maſculos dicti hoſpitalis maiores ſexdecim annis: ⁊ feminas maiores decem annis ad dictam rationem audiendam/ ⁊ contradicendum expenſis inutilibus per eum factis. Et ſi dictus prior haberet aliquid de introitibus dicti hoſpitalis quod nõ aſſignaret/ ꝙ ipſi maſculi ⁊ femine familiares dicti hoſpitalis teneantur dicere dictis ratiocinatoribus. Et hec oia facere teneantur ſub pena. xxv. lib. deñ. Et predicti familiares teneantur predicta iurare qñ ratio reddetur auctoritate pñtis ſtatuti. Et de oibus introitibus teneatur ⁊ debeat prior infra octo dies poſt introitum ṕdictum ad manus ipſius peruenctuꝫ aſſignare ⁊ ſcribi facere per notarium dñoruꝫ priorum. Ita ꝙ tpe ſui ſindicatus lucide ⁊ clare videatur. Qui notarius prioruꝫ teneatur dictos introitus ponere in libro introituum peruenctoꝝ ad manus maſſarij: pena quinquaginta lib. deñ.

¶ De reuiſoribus prioris hoſpitalis.

¶ Qꝫ dictus prior non poſſit vendere vel alienare de bonis hoſpitalis. Rubrica. 158.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt/ ꝙ nullus prior: ſeu gubernator dicti hoſpitalis poſſit nec debeat modo aliquo ſine cã: que tñ cauſa ſit approbata p cõſilium generale: de bonis mobilibus ⁊ ſtabilibus dicti hoſpitalis vendere: alienare, vel obligare: aut nomine pignoris concedere ⁊ preſtare rem vel maſſaritiam dicti hoſpitalis: ſeu dare aliquod ius: vel actionem de bonis dicti hoſpitalis quocunqꝫ nomine ſeu titulo cenſeatur. Nec etiam poſſit tranſmutare de rebus iam dictis cum aliqua eccleſia cõmunitate vel ſingulari perſona. Et ſi contra predicta vel aliquod predictorum faceret vel veniret prior ṕdictus non valeat nec teneat ipſo iure: ⁊ ex nunc pro vano caſſo: ⁊ irrito: ⁊ nullius valoris habeatur

auctoritate preſentis ſtatuti. Et ſi predicta non ſeruauerit, ſeu in aliquo contrafecerit puniatur in centum lib. deñ. Liceat tamen Priori: ſeu rectori predicto pro vtilitate dicti hoſpitalis vendere ⁊ alienare de redditibus ſuperfluis.

¶ Q̄ dictus prior non poſſit locare ſine licentia: vltra triennium. Rubrica. 159

PRior Hoſpitalis cõis qui pro tꝑe fuerit. Statuerũt ⁊ ordinauerũt: ꝙ nõ poſſit ſine licentia dñoꝝ prioꝝ populi locare ad penſionẽ ſeu laboritium nec refutationem facere de bonis/domibus ⁊ poſſeſſiõib⁹ dicti hoſpitalis vltra tẽpus triũ annoꝝ. Nec liceat eidẽ mõ aliquo de bonis dicti hoſpitalis vendere ſeu alienare/niſi ſeruata forma ſtatuti de bonis cõis alienãdis. Et ſi aliter fieret nõ valeat auctoritate p̃ntis ſtatuti. Et ꝙ p̃or hoſpitalis cõis ⁊ leproſoꝝ Aſiſij: teneat̃ ⁊ debeãt oẽs locatiões fiẽdas ꝑ eos de bonis ⁊ reb⁹ dictoꝝ hoſpitaliũ qbuſcũqꝫ pſonis de ciuitate vel comitatu Aſiſij vel aliũde ſcribi facẽ: ⁊ rogari debeat per notariũ camere cõis Aſiſij, in quodã libro chartaꝝ pecudinaꝝ: ac ẽt ſcribi faciant oẽs redditus ⁊ ꝓuenctus dictoꝝ hoſpitalium in dicto libro ꝑ dictum notariũ infra mẽſem poſtq̃ ad manus eoꝝ ꝑuenerit: ad penã centũ lib. deñ. pro quolibet eoꝝ qua contrafactũ fuerit in ſingulis capitulis ſupradictis. Et ſi aliter fierent p̃dicti contractus nõ valeant nec teneant auctoritate p̃ntis ſtatuti: quas locationes facere teneantur de omnibus poſſeſſionibus dicti hoſpitalis/tam cõis q̃ leproſoꝝ: qđ eſt cõis Aſiſij infra terminum octo dierum.

¶ Notarius rogandus de inſtrumentis hoſpitalis.

¶ Q̄ nullus prior eligatur ad vitam. Rubrica. 160.

QUicunqꝫ fuerit prior predicti hoſpitalis. Statuerũt ⁊ ordinauerũt ꝙ ſit ⁊ eſſe debeat ad beneplacitũ cõſilij: ⁊ nullus eligatur ad vitam.

¶ Q̄ priori hoſpitalis fiat ius ſummarium: ſine ſalario. Rubrica. 161.

ITem Statuerũt ⁊ ordinauerũt ꝙ priori dicti hoſpitalis ⁊ cuiuſlibet hoſpitalis cõis Aſiſij: vel ſuo ꝓcuratori reddat̃ ius ſũmarium ꝑ dños poteſtatẽ ⁊ capitaneũ ⁊ alios officiales cõmunis Aſiſij qui pro tempore fuerint. Sine ſtrepitu ⁊ figura iudicij: ⁊ ſine ſalario aliquo ſoluendo auctoritate ⁊ bailia preſentis ſtatuti.

¶ Q̄ ſuccedẽtes alicui defuncto ſoluãt dicto hoſpitali qnqꝫ ſol. deñ. ⁊ teſtator in teſtõ relinquat ſol. xx. Rubrica. 162.

ITẽ Statuerũt ⁊ ordinauerũt/ꝙ oẽs ⁊ ſingule pſone de ciuitate ⁊ comitatu Aſiſij ſuccedẽtes alicui maiori. xx. annis teneant̃ ⁊ debeant ſoluere hoſpitali cõis Aſiſij. xx. ſol. deñ. adminus de bonis ⁊ ęre defuncti infra menſez pena centũ ſol. deñ. pro quolibet ꝯfaciente. Et ꝙ oẽs ⁊ ſinguli de ciuitate vel comitatu Aſiſij qui facerẽt vel facere vellẽt aliqđ teſtm̃: ſeu vltimã voluntatez teneant̃ ⁊ debeant relinquere dicto hoſpitali. xx. ſol. deñ. ⁊ ſi ſecus fieret dictum teſtm̃ ſeu vltima voluntas non valeat nec teneat ipſo iure.

¶ De recupatiõe terraꝝ hoſpitalis de q̃rciano: ⁊ ꝙ ſindicus cõis p̃ſtat patrociniũ. R. 163.

CUm de poſſeſſiõib⁹ terraꝝ ſitaꝝ in vocabulo querciani diſtrictu olim demorano dictũ hoſpitale ſit expoliatũ ⁊ de ipſis terris fructus nõ poſſit pcipi ꝑ rectores dicti hoſpitalis. Statuerũt ⁊ ordinauerũt ꝙ ad petitionẽ dicti p̃oris hoſpitalis q mõ eſt: ⁊ pro tꝑe fuerit mittat̃ ꝑ cõe Aſiſij ambaſciatores ad. R. D. G. vel alibi vbi fuerit opportunũ expẽſis cõis totiẽs quotiẽs neceſſe fuerit. Et ſi cõtingerit litigiũ habere occaſione dcãꝝ terraꝝ in curia dñi Gubernatoris vel alibi ꝙ ſindicus cõis q nunc eſt ⁊ pro tꝑe fuerit teneat̃ ⁊ debeat ipſam cãm ſeu cauſas aſſumere: ⁊ oĩa facere quẽadmodum tenetur ⁊ debet in queſtionibus dicti cõis: ⁊ patrocinium ⁊ aduocationem preſtare expenſis cõmunis predicti.

¶ Q̄ liceat laboratoribus hoſpitalis tenere quinqꝫ capras. Rubrica. 164.

AD petitionem dicti Prioris. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ liceat laboratoribus terraꝝ hoſpitalis p̃dicti. vꝫ bailie ſpine

ſancti Petrognani bailie capezalis: ꝛ bailie ſancti Conſtantij tenere quinq̄ capras intra ſe mitas oẽs prout priori ipſius hoſpitalis videbitur recepto ſacramento dicti Prioris ꝙ ſint dicti hoſpitalis ſine pena ꝛ banno aliquo ſtatuto nõ obſtante. Et vt ſciãtur laboratores tenẽtes ꝛ tenere deputati ipſas capras: Prior dicti hoſpitalis ſemp ĩ principio cuiuſlibet regiminis teneatur ipſa nomina laboratoꝝ tenentium dictas capras aſſignare in ſcriptis.

¶ Q: in hoſpitali leproſoꝝ ſupſit quidã capellanus pro diuino officio exercẽdo. Rica. I 65.

AD hoc Ut diuina officia ad Dei laudẽ ꝛ honorẽ in hoſpitali ſancte Marie Magdalene leproſoꝝ de ar cis comitatus Aſiſij ſemper ibidẽ valeãt celebrari. Statuerunt ꝛ ordinauerũt ꝙ ſtet: ꝛ ſtare debeat qdaz capellanus pſbyter bone vite/conuerſationis ꝛ fame ꝛ mature etatis ad beneplacitum cõis Aſiſij: ꝛ rectoris hoſpitalis cõis predicti, ꝛ pro ipſo cõi ꝛ rectore ꝛ nullus alius. Qui preſ byter debeat habere de redditibus ꝛ prouenctibus ipſius hoſpitalis leproſoꝝ victum tantum ꝛ vnã camerã ſiue cellam de domibus ipſius hoſpitalis. Et annuatim in feſto oium ſanctoꝝ habere debeat a dicto rectore hoſpitalis. xij. lib. deñ. pro vna cappa: quos denarios/dictus rector dicti hoſpitalis cõis dcõ tpe eidẽ ſoluere teneaẗ: q pſbyter teneaẗ ibi in dicto hoſpitali leproſoꝝ continuaz morã trahere ꝓ diuino officio ibidẽ celebrãdo. Et ſi dictus prior nõ tenuerit dcm̃ capellanũ incurrat penã. xxv. lib. deñ. Et de ꝑdictis qõlibet officiũ prioratus populi inquirere teneaẗ ꝛ debeat.

¶ Q: rector hoſpitalis leproſoꝝ ſit camerarius ipſius hoſpitalis. Rubrica. I 66.

ITem Statuerunt ꝛ ordinauerunt ꝙ rector hoſpitalis leproſoꝝ/ſit camerarius ipſius hoſpitalis: ꝛ camerarius predictus de bonis ꝛ redditibus ipſius hoſpitalis adminiſtrare nõ poſſit nec debeat vllo modo. Qui camerarius ante adminiſtrationẽ ſui officij teneatur ꝛ debeat in palatio dñoꝝ prioꝝ iurare ad ſancta dei euãgelia dictũ ſuũ officium bene ꝛ legaliter exercere, ꝛ dare fideiuſſores idoneos ipſis dñis prioribus de regendo dcm̃ hoſpitale: ꝛ eius officiũ bene ꝛ legaliter: ꝛ de reddẽdo rõnez in fine anni de oĩbus ꝛ ſingulis adminiſtratis ꝛ geſtis ꝑ eundẽ. Et in fine dicti ſui officij teneaẗ reddere rõnez de adminiſtratis ꝛ geſtis ꝑ eundẽ ſindico cõis Aſiſij: ꝛ debeat ſindicari ꝛ rõcinari per ſindicũ cõis/ꝛ duos bonos hoies de Aſiſio eligendos per dños priores populi dicte ciuitatis qui pro tpe erunt quolibet anno de menſe maij. Qui duo boni homines ꝛ ſindicus cõis ꝑdictus teneanẗ ipſum camerarium bene ꝛ legaliter examinare de adminiſtratis per eundez. Et ſi inuenerint ipſum aliquid fraudaſſe de bonis ꝛ redditibus dicti hoſpitalis condemnent ipſum in duplo eius quod defraudauerit. Et talis camerarius ſic defraudans ꝛ condemnatus ſit ꝑpetuo infamis: ꝛ deinde aliquod officium habere non poſſit in cõe ꝗ̃ condemnationez poteſtas ꝛ capitaneus dicte ciuitatis exequi teneanẗ. Et dictus camerarius poſſit ꝛ debeat/redditus ꝛ ꝓuẽctus ipſius hoſpitalis reponere in hoſpitali leproſoꝝ ꝑdicto: vel in domibus leproſoꝝ ꝓut ſibi videbitur ꝛ placebit: niſi aliud a dñis prioribus populi dicte ciuitatis habuerit in mãdatis qbꝰ obedire teneaẗ ꝛ dẽat: q ẽt camerariꝰ teneaẗ ꝛ dẽat ipſis leproſiſ taz maſculis ꝗ̃ feminis: ꝛ oblatis ipſiꝰ hoſpitalis ibidẽ morã ꝯtinuã trahẽtibꝰ: ꝛ ſeruiẽtibꝰ eiſdẽ vitã ordinatã ꝛ ꝯgruã ordinare. Et eiſdẽ de redditibus ꝛ ꝓuẽctibꝰ ipſius hoſpitalis victũ dare/ꝓut ipſi camerario vel priori videbitur ꝛ placebit. Et pauperibus Chriſti ibidẽ occurrentibus elimoſinaſ dare poſſit ꝛ debeat ꝓut ſibi priori videbiẗ fore iuſtum. Et quolibet anno de menſe nouembris ad laudem Dei: ꝛ beate Marie ſemper virginis ipſe camerarius teneatur ꝛ debeat: de redditibus ꝛ ꝓuenctibus ipſius hoſpitalis/leproſos ꝛ leproſas ipſius hoſpitalis, famuloſ ꝛ famulas: oblatum ꝛ oblatam eiuſdẽ hoſpitalis ibidẽ morã continuã trahẽtes de nouo induere vnã tunicã de gattinello: ꝛ vnam cappam: ꝛ vnã tunicã ꝛ vnũ mantellũ mulieres: ꝛ eiſdez dare teneaẗ cõgrua calciamẽta. Et poſſit ipſe camerarius ꝛ debeat poſſeſſiões ꝛ bona ipſius hoſpitalis locare ad laborandũ ꝛ ad coptumum/ꝓut ſibi videbiẗ ꝛ placebit. ¶ Bona autez immobilia ipſius hoſpitalis/nõ poſſit vendere/alienare/nec in emphiteoſim dare ſine expſſa licẽtia ꝛ cõſenſu dñoꝝ prioꝝ populi: ꝛ camerarioꝝ artiũ dicte ciuitatis. ¶ Sed cũ pñtia ꝛ voluntate ꝑdictoꝝ dñoꝝ prioꝝ ꝛ camerarioꝝ poſſit oia facere. Et teneaẗ ipſe camerarius ꝛ debeat de redditibus ꝛ ꝓuenctibus ipſius hoſpitalis domos ꝛ edificia de nouo facere: ꝛ facta

¶ Nota ꝙ nõ lz alienare inconſulto papª. ſtatuto nõ obſtante.

reparare ſm voluntatez dñoꝝ prioꝝ populi ciuitatis predicte: ꝛ in illo loco ꝓut ꝛ ſicut ipſis dñis prioribus videbitur ꝛ placebit. Et teneaꝫ ꝛ debeat dictus camerarius redigere: ſeu redigi facere in ſcriptis oēs ꝛ ſingulos itroitus ꝛ ꝓuēctus: ac ēt expēſas ꝛ exitus dci hoſpitalis.

¶ Qꝫ nullus poſſit laborare de bonis dci hoſpitalis ſine volūtate prioris. Rubrica. 167.

ITem Statuerūt ꝛ ordinauerūt ꝙ nullus de ciuitate vel comitatu Aſiſij: vel aliunde / audeat vel ꝑſumat per ſe vel ꝑ alium / aliqua rōne vel cā / ſiue modo laborare vel laborari facere de bonis: ſiue de poſſeſſiōibus ipſius hoſpitalis: ſiue in domibus ipſius hoſpitalis habitare: vel habitari facere ſine expſſa licentia camerarij dicti hoſpitalis: pena ꝛ bāno qngentarū lib. deñ. pro quolibet ꝛ qualibet vice. Et quilibet poſſit talem ꝯfacientem in ꝓdictis denunciare ꝛ accuſare: ꝛ habeat medietatē banni. Et poteſtas ꝛ capitaneus ciuitatis Aſiſij poſſit ꝛ debeat ꝛ ſibi liceat ꝯfaciētes cōtra per modū inqſitionis ꝓcedere aliquo ſtatuto nō obſtante: ꝛ habeat medietatē banni ꝺ eo qꝺ deueniri fecerit in cōmune occaſione ꝓdicta. Et quilibet laborator inquilinus / aſcriptitius / coptumaiolus ꝛ penſionarius bonoꝝ ꝛ poſſeſſionū: ſeu reꝝ ipſius hoſpitalis teneaꝫ ꝛ debeat de fructibus redditibꝰ ꝛ ꝓuēctibꝰ ꝛ poſſeſſionibꝰ / poſſeſſionū ꝛ reꝝ ipſius hoſpitalis / tali camerario hoſpitalis ꝓdicti reſpondere ꝛ non alteri ſine expſſa licētia / voluntate ꝛ ꝯſenſu ipſius camerarij annuatim ſm pacta inita inter ipſos camerariū ꝛ laboratores inquilinos coptumaiolos aſcriptitios ꝛ pēſionarios. Et ſiquis ꝯfecerit penaz centū lib. deñ. incurrat: que pena poſſit ꝛ debeat ꝑ poteſtatem ꝛ capitaneum ciuitatis Aſiſij de facto auferri a ꝯfaciente: ꝛ venire faciāt in cōi ad voluntatē ꝛ reqſitionem dñoꝝ prioꝝ artium ciuitatis Aſiſij in camera hoſpitalis predicti.

¶ Qꝫ fiat ius ſummarium camerario dicti hoſpitalis. Rubrica. 168.

¶ Adde ſupra eodē lib. Rub. 161.

ITem Statuerūt ꝛ ordinauerunt ꝙ poteſtas ꝛ capitaneus: ꝛ quilibet alius officialis cōis Aſiſij teneaꝫ ꝛ debeat ad penā centū lib. deñ. ipſi camerario ꝛ ꝓori ius ſūmariū facē ꝓut ꝛ ſicut teneꝫ ꝛ dꝫ ius ſūmariū facere priori hoſpitalis cōis Aſiſij.

¶ Qꝫ quicūqꝫ teneret de bonis hoſpitalis teneaꝫ aſſignare camerario ꝛ priori. Rbica. 169.

QUicunqꝫ Teneret de bonis, rebus, poſſeſſionibus, domibus / vel iuribꝰ ipſius hoſpitalis leproſoꝝ quocunqꝫ modo vel cā. Statuerūt ꝛ ordinauerunt ꝙ teneatur ꝛ debeat hinc ad vnum menſem reſtituere / reddere ꝛ reaſſignare cū effectu ipſi camerario pena ꝛ banno centum lib. deñ. pro quolibet contrafaciente: que pena per Poteſtatem vel Capitaneum ciuitatis Aſiſij: poſſit de facto auferri; ꝛ venire faciat in cōmuni talis Poteſtas vel Capitaneus.

¶ Qꝫ nullus opponat cōtra ſubmiſſionē factā de hoſpitali leproſorum. Rubrica. 170.

QUm Hoſpitale leproſoꝝ ꝓdictum ſit vnituz cū hoſpitale cōis Aſiſij: ꝛ bona / iura ꝛ rōnes ipſius hoſpitalis leproſoꝝ ſint de iure ſub ꝓtectiōe / tuitione / gubernatione ꝛ defenſione prioris hoſpitalis cōis Aſiſij. Statuernnt ꝛ ordinauerunt ꝙ quicunqꝫ fuerit auſus directe vel indirecte per ſe vel alium in iudicio vel extra quocūqꝫ iure vel cā impedire ipſam ſubmiſſionē ꝛ conceſſionē / vel dationē ꝓdictas / ꝙ tunc ipſo facto habeatur pro inobediente cōis Aſiſij: ac ēt filij fratres carnales ꝛ nepotes ex fratre vel fratribus: ꝛ ſcribātur in libro inobedientum. Et poteſtas ꝛ capitaneus teneaꝫ ꝛ debeat noia ꝓdictoꝝ ſcribi facere in libro inobedientum. Et quicunqꝫ erit ibi ſcriptus ſubiaceat illis penis quibus ſubiacent inobedientes cōis Aſiſij / ſcripti in libro predicto. Et quicunqꝫ impedimentum dederit quocūqꝫ modo vel cauſa, ſeu aliquo iure: quo minus ipſa bona iura ꝛ poſſeſſiones ipſius hoſpitalis leproſoꝝ ſubiaceant ſub ꝓtectione ꝛ defenſione ꝓdictis: vel dederit auxilium, conſilium ꝛ fauorem ad impediendū ipſa iura hoſpitalis cōis Aſiſij: que habet in bonis ꝛ poſſeſſionibus dicti hoſpitalis leproſoꝝ: vel contradixerit in iudicio vel extra: vel aliud oppoſuerit contra ſubmiſſionem factam per ſindicum leproſorum dicti hoſpitalis priori hoſpita-

lis cõis Aſiſij: ⁊ contra ſindicum factum ad facieñ. ipſam ſubmiſſionez: vel contra ratificationem factam de dicta ſubmiſſione: ꝙ tunc tp̃is Priores populi qui pro tp̃e erunt ad penam mille lib. deñ. pro quolibet: teneantur ⁊ debeant nomina illoꝝ qui venerint contra predicta: vel aliqđ predictoꝝ ⁊ etiam filioꝝ ipſorum ⁊ nepotum ex fratre vel fratribus ſcribi facere in libro inobedientum ad requiſitionem prioris hoſpitalis cõis: vel camerarij hoſpitalis leproſoꝝ. Et quicunq; fuerit tali de cauſa in libro inobedientum ſcriptus habeatur pro inobediente cõis Aſiſij: ⁊ ſubiaceat illis penis quibus ſubiacent alij inobedientes cõmunis qui ſunt ſcripti in libro inobedientum cõmunis Aſiſij.

¶ Q aduocati ⁊ ſindici teneanẛ defendere iura hoſpitalis leproſoꝝ. Rubrica. 171.

ADuocati Cõmunis qui nunc ſunt ⁊ pro tempore erunt ⁊ ſindici cõis Aſiſij teneantur ⁊ debeant ad requiſitionem camerarij hoſpitalis cõmunis Aſiſij iura ⁊ actiones que ⁊ quas habet rector: ſiue prior hoſpitalis cõis Aſiſij: in bonis ⁊ poſſeſſionibus hoſpitalis leproſoꝝ contra omnem viuentẽ defendere iuxta eoꝝ poſſe ad penam centum lib. deñ. pro quolibet aduocato ⁊ ſindico contrafaciente.

¶ Q nullus acquirat ius in hoſpitale leproſoꝝ: ⁊ de penis. Rubrica. 172.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ nullus audeat: vel preſumat in dicto hoſpitali leproſoꝝ in poſſeſſionibus ⁊ bonis ipſius aliquod ius acquirere: nec acquiſito: vel acquirendo vti ſine expreſſa licentia ⁊ conſenſu cõmunis ⁊ populi ciuitatis Aſiſij: ⁊ conſilij ipſius. In quo ſint quinquaginta veri conſiliarij ⁊ in concordia. Et qui contrafecerit ex tunc ſit rebellis ⁊ inobediens cõmunis Aſiſij ipſo facto: ⁊ pro rebelle ⁊ inobediente ac contrafaciente contra honorem cõmunis Aſiſij habeatur. Et penis ac legibus ⁊ ordinamentis factis ⁊ prolatis contra rebelles ⁊ inobedientes: vel facientes contra honorem communis Aſiſij ipſo facto ſubiaceat. Et nihilominus priores populi qui pro tempore erunt ad penam quinquaginta lib. deñ. pro quolibet: in libro inobedientum per notarium cancellarie vel per notarium domini Capitanei poni faciant. Et ꝙ nullus debeat ad petitionem talis ius habentis: ſeu pretendentis laborare: ſeu laborari facere de bonis hoſpitalis predicti: ⁊ eius poſſeſſionibus leproſorum: nec dicto tali ius pretẽdenti de fructibus reſpondere. Et qui contrafecerit ſubiaceat dictis penis in dicto capitulo nominatis in omnibus ⁊ per oĩa non obſtantibus ſtatutis ⁊ ordinamentis in contrariũ loquẽtibus: ⁊ maxime ſtatuto quod loquitur de inobedientibus cõis Aſiſij: in quantum alia forma daretur.

¶ Q camerarius ⁊ prior hoſpitalis leproſoꝝ teneanẛ ⁊ debeant recognoſcere hoſpitale etiam ſub protectione ⁊ defenſione cõmunis Aſiſij. Rubrica. 173.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt / ꝙ camerarius dicti hoſpitalis leproſorum: qui pro tempore fuerit electus: ⁊ prior ipſius hoſpitalis: ⁊ omnes habentes vocem in capitulo dicti hoſpitalis primo menſe introitus officij camerarij teneantur ⁊ debeant recognoſcere: ꝙ dictum hoſpitale eſt ſub protectione ⁊ defenſione cõmunis ⁊ populi ciuitatis Aſiſij: ⁊ fuit a tanto tempore citra cuius memoria non exiſtit: in contrarium ⁊ ꝙ ipſum hoſpitale ⁊ bona ipſius tenent ad laudem ⁊ reuerentiam omnipotentis Dei: ⁊ beate Marie Magdalene: ⁊ in ſeruitium pauperum Chriſti pro cõmuni Aſiſij / tanq̃ rem ad dictum cõmune ſpectantem. Et de predictis confici debeant publica inſtrumenta per notarium camere infra dictum primum menſem ⁊ confecta reponi in archiuio cõmunis in eccleſia Sancte Clare in quodam libro cartharum pecudinarum. Teneantur etiam ⁊ debeant predicti priores cam̃. ⁊ capitulum dicti hoſpitalis: vel alia legittima pſona eoꝝ noĩe. In feſto Stigmatum beati Franciſci apportare: ſeu apportari facere in ꝯſilio generali vel populi corã dñis poteſtate ⁊ capitaneo: ⁊ prioribus vnũ cereum cere ponderis. x. lib. cere adminus pro cenſu ⁊ recognitione dñij qđ dictũ cõe Aſiſij habet in dicto hoſpitali. Et ꝙ dictus cereus offeratur dicta die altari beate Clare. vt accendaẛ qñ eleuatur corpus Chriſti. Et de preſentatione dicti cerei notarius camere faciat publicum inſtrumentũ, ⁊ ſcribat in libro predicto.

¶ Ꝙ prior hoſpitalis teneatur recipe in hoſpitali leproſoꝝ: leproſos ⁊ leproſas ciuitatis Aſiſij. Rubrica. 174.

ITem Statuerũt ⁊ ordinauerũt ꝙ prior ſiue rector hoſpitalis cõis teneať ⁊ debeat ſub pena ſacramẽti: ⁊. xxv. lib. deñ. de ſuo ſalario recipere in dicto hoſpitali leproſoꝝ oẽs ⁊ ſingulos leproſos ⁊ leproſas ciuitatis ⁊ comitatus tantum / dũmodo dictus talis leproſus: ſeu leproſa / ſic receptuſ vel recepta teneatur ⁊ debeat mittere ⁊ offerre oĩa ſua bona mobilia ⁊ immobilia iura ⁊ actiones ſiqua haberet dicto hoſpitali. Et ꝙ prior ꝑdictus de bonis dcĩ talis recepti / vel recepte inquiſitionẽ facere teneať diligenter ante receptionem: dũmodo dicti talis ſic recepti vel recepte de ipſoꝝ bonis nullam faciant venditionem: vel alienationem, ⁊ ſi inuenirentur feciſſe: poſſint ⁊ debeãt per dictũ priorez de ipſo hoſpitali expelli: ⁊ ꝙ pro dicta receptione nullum ius acquiratur eiſdem vel alteri.

¶ Ꝙ milites ſiue executores cõis teneanť exequi ꝯdẽnatiões poſt decurſuz tẽpus quarti. Rubrica. 175.

ITem Statuerũt ⁊ ordinauerũt ꝙ milites ſiue executores cõis Aſiſij / teneãtur ⁊ debeant exequi: ⁊ executioni mandare oẽs ⁊ ſingulas cõdemnationes taz latas q̃z ferendas ꝑ officiales cõmunis Aſiſij poſt decurſum tempus quarti: ⁊ omnia ⁊ ſingula bona condemnatorum / ab eo tempore quo bona condemnatorum fuerint per officiales cõmunis Aſiſij per ſententiam ſiue ſententias confiſcata cõmuni venire faciant in dicto cõmuni Aſiſij, ⁊ extimari facere. Et ſecundum extimationem vendi faciant ad bannimentuz in conſilio generali vel populi: ⁊ plus offerenti dentur. Et quicquid dicti executores fecerint in ꝑdictis ⁊ circa predicta: ⁊ occaſione alicuius executionis fiende ꝑ ipſos in ꝑſona ⁊ rebus intelligať recte bene ⁊ legittime fore ſcm̃. Dũmodo fraudem ⁊ barattariam cõmittere non poſſint. Nec ẽt poſſint aliquam domum deſtruere: nec arbores aliquas incidere. ¶ Et teneantur dicti milites ſiue executores ⁊ debeant exequi ⁊ executioni mandare impoſitas ⁊ collectas: impoſitas ⁊ imponẽdas per cõe Aſiſij poſt decurſum tẽpus quarti: ⁊ oẽs ⁊ ſingulaſ executiones facere / q̃ eis ꝑ dictum cõe / vel ꝑ priores populi cõmitterenť bene ⁊ legaliter abſq; aliquo alio ſalario eis ordinando nõ ꝑiudicando officio dñoꝝ poteſtatis ⁊ capitanei ſuꝑ executiõe fienda ſm formã ſtatuti. Et ꝙ q̃cunq; tenet de boniſ rebelliũ ⁊ cõis indebite ⁊ iniuſte teneatur illa reaſſignare in cõi infra vnum menſem a die banni fiendi. Et ꝙ dicti milites ſiue executores poſſint ⁊ debeant de ꝑdictis inq̃rere ⁊ inueſtigare: ⁊ illa in cõi deueniri facere cũ fructibꝰ inde ꝑceptis: dũmõ dcĩ milites ſiue executores / ĩ exequẽdo nõ excedãt terminoſ iuriſ.

¶ Milites exequãť ſine ſalario impoſitas ⁊ cõdẽnationes.

¶ Ꝙ occaſione alicuius executionis fiende non poſſit dirui domus. Rubrica. 176.

NUllus Officialis vel baiulus: vel queuis alia perſona. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ poſſit vel debeat occaſione alicuius executionis fiende de aliqua collecta: ſeu condemnatione non ſolutis: aut earum: aut alicuius earum executionum: vel occaſione: ſeu alia quacunq; de cauſa / directe / vel indirecte diruere: vel ſcharicare aliquã domum / vel partem domus in totum vel in partem: nec ſolarium deſtruere, nec arbores vel vineas incidere: vel deſtruere: pena ducentarum lib. deñ. pro quolibet ⁊ qualibet vice. Et nihilominus damnum paſſo dictus officialis qui damnum fecerit, vel fieri fecerit: predicta vel aliq̃d predictorum reſarcire integre teneatur. ¶ Poſſint tamen ipſi officiales ⁊ baiuli: ⁊ quilibet eorum occaſione dicte executionis ſine pena accipere hoſtia: ⁊ alia quecunq; bona pro dicta occaſione fienda de domo illius qui collectã aut condemnationem non ſoluerit.

¶ Que poſſint ꝑ executione ꝯdẽnationuz ⁊ datiuaꝝ auferri.

¶ Ꝙ Poteſtas ⁊ Capitaneus poſſint cogere laboratores terraruz forenſium pro datiuis non ſolutis. Rubrica. 177.

POteſtas Uel capitaneus ⁊ quilibet alius officialis cõis Aſiſiſij / cui vel quibus cõmiſſa eſſet executio. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ poſſint: ⁊ debeant cogere realiter ⁊ ꝑſonaliter oẽs laboratores terraꝝ forẽſiũ q̃ ſoluere deberẽt datiuam: ſeu collectã in cõi Aſiſij: ⁊ ẽt baiulos villarum pro dictis terris laboratis ad ſoluẽdũ oẽm datiuam que ſolui deberetur pro tali poſſeſſione q̃z laborauerunt. Liceat tamen ipſis

laboratoribus ⁊ baiulis retinere ⁊ capere ſua auctoritate de fructibus dictaꝝ poſſeſſionum ⁊ aliorum bonorum/donec eis fuerit integraliter ſatiſfactum de eo quod ſoluerint ⁊ expenſis. Et ēt colonus vel laborator dictarum terrarum: vel alicuius eoꝝ poſſit auctoritate p̄ntis ſtatuti vendere de bonis mobilibus ⁊ ſtabilibus illius pro quo ſoluit: vel ſoluet in futuꝝ vſqꝫ ad ſatiſfactionē q̄titatis quā ſolueret pro dicto forēſe vel Aſiſinate. Et predictum capitulum banniatur: vt perueniat ad notitiā ſinguloꝝ tpe cuiuſlibet poteſtatis vel capitanei.

¶ Q̄ quicunqꝫ fuerit coactus ad ſoluendū aliquā datiuā habeat regreſſum. Rubrica. 178.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerūt q̄ q̄cunqꝫ fuerit coactus vel cogeret̄ in futurū vigore alicuius ſtatuti vel ordinamenti cōis Aſiſij: ꝑ exactores dicti cōis ad ſoluendū pro aliquo/aliquā pecunie q̄titatē pro aliqua datiua/preſtātia/vel collecta impoſita/vel imponēda per cōe p̄dictuꝫ/habeat ⁊ habere intelligat̄ regreſſuꝫ pro q̄titate ſoluta dicta occaſione ⁊ expēſis ꝯ̄ perſonaꝫ illius pro quo ſoluerit: ⁊ eius res: ⁊ bona mobilia ⁊ imobilia. Et q̄ executores predicti poſſint ⁊ teneant̄ concedere ⁊ dare licentiā dicto tali ſoluenti capi faciēdi pſonaꝫ illius/pro quo ſoluerit, ⁊ eiuſ res ⁊ bona mobilia ⁊ imobilia. Et q̄ executores p̄dicti poſſint ⁊ teneant̄ ꝯcedere ⁊ dare licentiaꝫ dicto tali ſoluēti capifaciēdi ⁊ reprehēdēdi pſonā illius pro quo ſoluerit, ⁊ de ipſius bonis ⁊ reb⁹ mobilib⁹ ⁊ imobilib⁹ vſqꝫ in q̄titatē q̄ ſoluerit ⁊ expenſas ſūmarie ſine iudicis requiſitione: vel curie. Et nihilominus poteſtas ⁊ capitaneus dicte ciuitatis ⁊ eoꝝ officiales teneant̄ ⁊ debeāt dicto tali qui ſoluerit ⁊ coactus fuerit dicta occaſione in predictis facere ſummarium ius.

¶ Q̄ omnes officiales aliquid recipientes ſindicentur. Rubrica. 179.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerūt q̄ oēs officiales: ſeu ſupſtites alicuius vie/fontis/pontis: ſeu alicuius laboreriȷ̄ cōis Aſiſij, ad quoꝝ manus ꝑuenilſet aliqua pecunia: vel aliquod aliud a cōmuni: vel ab aliqua vniuerſitate: vel ſpeciali perſona occaſione talis officiȷ̄/pro toto tpe eorum officiȷ̄/aliquo capitulo non obſtante debeant ſindicari per ſindicum cōmunis de buſſulo extrahendum vel aliter.

¶ Q̄ forenſes h̄ntes poſſeſſiones in comitatu Aſiſij teneantur ſoluere datiuas ⁊ collectas. Rubrica. 180.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt q̄ oēs ⁊ ſinguli forenſes h̄ntes ⁊ qui habebunt in comitatu Aſiſij aliquam poſſeſſionē ⁊ bona teneant̄ ⁊ debeant ſoluere cōi Aſiſij/datiuas preſtātias/⁊ collectas impoſitas ⁊ imponēdas per cōe Aſiſij ꝑ dcā poſſeſſiōe ⁊ bonis infra vnū menſeꝫ a die notificatiōis fiēde, quo mēſe finito/niſi ſoluerint/teneantur ſoluere dictas datiuas/pſtātias/⁊ collectas cum quarto pluri. Et nihilominus obligati ſint ⁊ ſubiaceāt aliȷ̄s penis/modis/grauitatibus ⁊ ꝯditionib⁹ declaratis ⁊ contētis in ordine ſtatutꝭ ciuitatis Aſiſij. Et q̄ cācellarius dicti cōis ad penā C. lib. deñ. teneat̄ tpe quo imponet̄ aliqua datiua/pſtantia/vel collecta infra quintaꝫ diem per litteras cōis Aſiſij notificare cōitatibus declarādis ꝑ dños priores qui pro tpe erunt vbi ſint hoīes h̄ntes poſſeſſionē ⁊ bona in dicto comitatu Aſiſij: ⁊ q̄ ſoluant vt dictū eſt in dicto termino: alias incurrat penas ⁊ grauitates p̄dictas, que notificatio ⁊ ipſius relatio ſcribat̄ per dictū cācellariū in libro reformationū cōis p̄dicti. Et q̄ baiuli villaꝝ denūciare teneant̄ laboratores poſ. ⁊ bona dcōꝝ forenſiū in comitatu Aſiſij ꝯ̄ formā p̄dictā infra octo dies dñis poteſtati ⁊ capitaneo dicte ciuitatis ⁊ curie, vel alteri eoꝝ ad penā centū ſol. deñ. pro qualibet vice. Qui dñi poteſtas ⁊ capitaneus ⁊ quilibet eoꝝ teneantur ad denunciationem baiuli ville, ⁊ etiam eoꝝ proprio motu contra predictos inquirere ⁊ procedere: ⁊ repertos culpabiles punire ⁊ cōdemnare in penis predictis. Et q̄ cancellarius cōis Aſiſij teneatur ſolicitare priores populi qui fuerint de menſe madiȷ̄ anno quolibet q̄ faciāt contenta in dicto ſtatuto. peñ. centum ſol. deñ.

¶ De officio cancellariȷ̄ cōmunis Aſiſij. Rubrica. 181.

Itez Statuerunt ⁊ ordinauerunt: q̄ cancellarius cōis Aſiſij teneat̄ ⁊ debeat vinculo iuramēti ſtare pſonalr̄ in dcā ciuitate ꝯtinue toto tpe ſui officiȷ̄: ⁊ de ipſa ciuitate

35v

non diſcedere ſine expreſſa licentia ꝛ conſenſu magnificorum dñoꝝ prioꝝ populi ciuitatis Aſiſij: ꝛ conſilij ſecreti ciuitatis predicte. Et debeat ꝛ teneatur dictus cancellarius / ſcribere oēs propoſitas: arenghariās ꝛ reformationes que fierent in aliquo conſilio generali / vel ſecreto / ꝛ populi dñoꝝ priorum: ꝛ cuiuſlibet reformationis facte vel fiende per conſilia auctoritatē habētia: ꝛ litteras mittēdas p ipm cōe ꝛ priores pdictos: ꝛ oēm aliam ſcripturaꝫ vtilē facere p cōi: q ipſi cōi ꝯtingerit facieñ. Et faciat oīa inſtra cōis, ꝛ oīa alia ſibi cōmittēda ſine aliquo alio ſalario a dicto cōi pcipiendo: niſi ſoluꝫ ꝛ dūtaxat habere debeat ſalariū in bulla contentū / a camerario camere aplice cōis Aſiſij: ꝛ vltra nō poſſit modo aliquo percipere vel habere. ⸿ Et ipſas reformationes ꝛ inſtrumenta ꝛ alias ſcripturas fiendas p euꝫ dimittere debeat ꝛ relinquere in cancellaria dicti cōis Aſiſij. Et taꝫ publicas q̄ꝫ rogatas exhibeat ꝛ copiare permittat cuilibet de Aſiſio tam p eū factas / q̄ꝫ per aliuꝫ apud ipſum exiſtentes / ſine aliquo ſalario / vel mercede: dūmodo non pīudicent cōi. Et teneatur regiſtrare in ordinario libro cōis oēs ꝛ ſingulas ſcripturas de quibus fuerit rogatus infra tres dies a die quo rogatus fuerit cōputañ. Et teneat̄ legere ꝛ cōputare ſacramentuꝫ dño poteſtati capitaneo: ꝛ eoꝝ officialibus in eoꝝ aduentu in introitu. Et ẜm formam ſtatutı. ꝛ ordiñ. cōis Aſiſij. ⸿ Et morari debeat in domibus cōis: ꝛ oīa alia facere ꝛ exercere: que ſibi p dictū cōe fuerint impoſita ꝛ cōmiſſa. Et legere oēs ꝛ ſingulas reformationes in introitu magnificoꝝ dñoꝝ Prioꝝ legi ſolitas ꝛ cōſuetas ẜm formaꝫ alicuius ſtatuti dicte ciuitatis: ſub pena ꝛ ad penam. xxv. lib. deñ. pro qualibet vice ſibi de ſuo ſalario aufereñ. Et depoſito ſuo officio ſtare debeat ad ſindicatı. ꝛ rōnem reddere de adminiſtratione ſui officij tribus diebus: ꝛ bāniatur dictus ſindicatus p ciuitatē Aſiſij. Et ꝙ magnifici dñi Priores populi dicte ciuitatis qui pro tpe fuerint teneantur eligere duos bonos ciues ad reuidenduꝫ libros ꝛ ſcripturas dicti cancellarij ſi fideliter ꝛ recte cōpoſuerit / ꝛ ſcripſerit: ꝛ ipm ſindicare ſi aliquā fraudē cōmiſerit: vel obmiſerit i dcis ſcripturis. Et ſi dcūs cācellarius nō ſcripſerit: vel negligēs in ſcribeñ. ꝛ obmitteñ. fuerit ꝯdēnet̄ p q̄libet vice in. xxv. lib. deñ. ſibi de ſuo ſalario retineñ. ꝛ cōi pdicto applicañ.

Marginalia: ⁋ Cancellarius ſalario ordinato cōtentus ſit. — ⁋ Sindicatꝰ cancellarij.

⁋ Qꝫ fiat buſſulus ſiue ſacchettus dñoꝝ prioꝝ populi: ꝛ de ipſoꝝ officio: ꝛ de modo ſeruādo ꝛ ordine. Rubrica. 182.

Item Statuerunt ꝛ ordinauerunt ꝙ penultimus prioratus: ꝛ conſilium ſecretuꝫ qui pro tpe fuerint debeant ꝛ poſſint eligere ꝛ imbuſſulare oēs ꝛ ſingulos infraſcriptos dominos Priores ꝛ officiales videlicet.

⁋ Priores populi ꝛ eoꝝ notarios	⁋ Aduocatos cōmunis
⁋ Reuiſores officialium	⁋ Reuiſores libroꝝ poteſtatis ꝛ capitanei
⁋ Camerarios artium	⁋ Sindicos ad ſindicāduꝫ
⁋ Maſſarium camere	⁋ Fiat buſſulus regulatorum
⁋ Notarium camere	⁋ Et etiam alios officiales cōmunis Aſiſij
⁋ Reuiſores rationum	⁋ Et etiam ambaſciatores.

⁋ Et ſi aliter dicta electio ſiue ībuſſulatio fcā fuerit nō valeat nec teneat ipo iure. Et ꝙ dicti dñi priores ꝛ ꝯſiliū ſecretū teneant̄ ꝛ dēant iurare ad ſctā dei euāgelia corporal̄r mañ. tactis ſcripturis in manibꝰ cācellarij cōis Aſiſij facere bonā ꝛ idoneā electionē remotis odio amore pce: precio ꝛ oī humana grā. Et q̄ꝫ putauerint ꝛ crediderint magis virilē pro cōi. ⸿ Qui priores eligēdi ꝛ q̄libet eoꝝ ſint etatis. xx. annoꝝ adminus oriundi de ciuitate Aſiſij: ꝛ poſſideant in bonis ſtabilibꝰ adminus valorē qnquaginta lib. deñ. ꝓut ipſis dñis prioribꝰ: ꝛ ꝯſilio videbit̄ ꝛ placebit. In quo qdē buſſulo ponant̄ noīa ipſoꝝ hoc mō. ſ. p qḃuſlibet duobꝰ mēſibus dicti tpis in quadā cartucia / ſiue cedula. In q̄ ſcribant̄ ſex noīa p quolibet officio ꝓut extitit ꝯſuetū: ꝛ ſil̄r nomē vnius notarij: ꝛ fiāt tot cedule p dcō tpe triū annoꝝ ꝙ ſufficiāt pro tpe ſupradcō. Qui qdē ībuſſulatores taliter ſe hēant ad faciendū ꝛ deſcribendū noīa dictoꝝ officialiū ſeparatim ꝛ de p ſe: ꝙ ſi qs eoꝝ fuerit tpe extractiōis inuētus ꝛ deſcriptus in libro ſpeculi: ꝙ poſſit lacerari adeo ꝙ laceret̄ ꝛ lacerari poſſit ꝛ nō calamo caſſet̄. Et ꝙ q̄libet cedula dictaꝝ cedulaꝝ īcludat̄ in quadā pallucta cerea / ꝛ p dcm̄ modū ad extractionē prioꝝ pcedatur de duobꝰ mēſibꝰ in duos mēſes octo diebꝰ integris ante initiū officij taliū prioꝝ extrahēdoꝝ de buſſulo ẜm formā ſtatuti ꝛ modū alias in ſimili ꝯſuetū. ⸿ Qui qdē pores ꝛ notarius īcepto officio vt dcm̄ eſt hēant ꝛ hr̄e debeāt ꝓ ipſoꝝ ſalario: ꝛ quolꝫ ipſoꝝ ꝓut i bulla ꝯtinet̄ ꝛ non plus ſolueñ. p camerariū camere aplice cū appodixa dictoꝝ magnificoꝝ dñoꝝ prioꝝ

Marginalia: ⁋ Priores ſint ann. xx. ꝛ oriundi de Aſiſio. — ⁋ Officiuꝫ ꝛ buſſulꝰ prioꝝ pro triennio. — Prior extractus debitor cōis lacerādꝰ. — Officiū poratus duratuꝝ bimeſtri.

⁊ ſigillata ſigillo dicti cōis: dūmodo aliam prouiſionez non habeant: nec habere poſſint: nec
eis dari poſſit aliquo queſito colore/pena accipientibus vel dantibus ⁊ camerario p̄dicto vl
tra predictā formaz ſoluēti. C. lib. deñ. in quibus debeant per eoꝝ ſindicum condemnari. Qđ
ſalarium dictus camerarius ſingulis decem diebus ſoluere teneatur dictis prioribus ⁊ nota
rio. vz vnicuiqꝫ ipſoꝝ per ſe: vt tangit pro rata. Qui quidem dñi Priores habeant ⁊ habere
debeant ſex familiares idoneos ⁊ actos ⁊ diſcretos, que quidem pallucte cereę magnificoꝝ
dñoꝝ prioꝝ mittantur in quodam buſſulo. Et ꝙ officium dictoꝝ dñoꝝ prioꝝ populi ſit ta-
le. vz ꝙ ipſi ⁊ eoꝝ notarius teneantur ⁊ debeant in palatio eoruz habitationis cōtinuo per-
manere ⁊ ex inde non diſcedere nec exhire niſi euidēti neceſſitate/ſiue cā neceſſaria iuerint ad
conſilia. Et tunc cum licentia prioris prioꝝ ſub pena p̄ſtiti ſacramenti ⁊ decem lib. deñ. pro
qualibet vice qua contrafecerint. Et ſtudeant ac intendant ad bonum pacificum ⁊ tranquil-
lum ſtatū cōis ⁊ populi ciuitatis Aſiſij ⁊ eius diſtrictus: iura ⁊ iuriſditiones ⁊ honores cōis
⁊ populi predicti ꝓmouere: manutenere ⁊ augere propoſſe: dare inſuper pro viribus ſtudiū
ꝙ homines ⁊ artes dicte ciuitatis in ſolita ⁊ vera libertate ⁊ firmitate perſiſtāt. Et ne ipſis p
magnates vel alios violentia vel iniuria inferatur. Et ꝙ ius ⁊ iuſtitia cuilibet perſone ob-
ſeruetur. Et ꝙ etiam maleficia puniātur a dñis poteſtate ⁊ capitaneo ⁊ alijs officialib⁹ cōis
⁊ populi predicti. In predictis ⁊ pro p̄dictis auxilium/ꝯſilium ⁊ fauorē quantūcunqꝫ opus
fuerit efficaciter exhibere. Pecuniam ęs res ⁊ bona cōis Aſiſij diligenter facere cuſtodiri,
⁊ ipſam vel ipſum non expendere nec expendi facere inutiliter contra formam ſtatutoꝝ ordi
namentoꝝ ⁊ reformationū cōis ⁊ populi ciuitatis Aſiſij. Quoꝝ dñoꝝ prioꝝ officium, dñi po
teſtas ⁊ capitaneus: ⁊ quilibet alius officialis dicti cōis debeant manutenere propoſſe ⁊ ēt
honorare pro ſtatu ⁊ honore cōis ⁊ populi ciuitatis eiuſdem. Et eis hoſtia nō claudere nec
claudi facere: nec clauſa tenere: nec teneri facere: ſed libere eis prebeant aditum ⁊ acceſſum
quādocunqꝫ ⁊ vbicunqꝫ dñi priores ad eoſdem dños poteſtatē ⁊ capitaneū: vel alios officia
les voluerint accedere. pena. C. lib. deñ. pro quolibet qui contrafecerit in predictis vel aliquo
p̄dictoꝝ. Teneantur ēt dicti dñi priores credentias tenere ſecrete. ſ. perpetuales in perpetuū
⁊ temporales ad tempus/ſub dicta pena pro quolibet ꝯtrafaciente/⁊ qualibet vice. ¶ Inſu
per dicti dñi priores non poſſint ꝓponere: nec reformare: nec ꝓponi: vel reformari facere: tpe
eoꝝ officij prioꝝ in aliquo cōſilio vel arenga: vel adunantia aliquod eoꝝ: vel alicuius eoꝝ offi
tium proprium: vel negotium: nec ēt proponent nec reformabunt/nec ꝓponi/nec reformari
facient aliquid de aliqua/aut ſuper aliqua queſtione: vel cauſa ciuili/vel criminali/que verte
retur in curia dñoꝝ poteſtatis vel capitanei: nec ſe intromittant in dictis cauſis aliquo modo
nec proponant nec reforment: nec ꝓponi nec reformari facient/in aliquo cōſilio vel adunan-
tia aliquid qđ eſſet vel redundaret in damnum aut preiudicium vel detrimentum ſiue dimi-
nutionem iuris vel iuriſdictionis cōis ⁊ populi ciuitatis Aſiſij. Et ſi ꝓponerent vel reforma
rent: aut ꝓponi ⁊ reformari facerent in contrarium in quingentis lib. deñ. pro quolibet eoꝝ
tpe ſindicatus ipſoꝝ debeant condemnari. Et etiam in reſtitutione ⁊ ſatiſfactione: eius qđ
ꝓpterea aliquem lederent vel damnificarent. ¶ Poſſint, inſuper ⁊ teneantur dicti dñi prio-
res reconciliare ⁊ ad pacem reducere ⁊ ad concordiam dños poteſtatem vel capitaneum:
vel alios officiales cōis ⁊ populi ciuitatis Aſiſij: ſiqua (quod abſit) oriretur diſcordia inter
eos. Et etiam artes ⁊ artifices in predictis ⁊ pro predictis eiſdem dñis prioribus obediant
⁊ pareant: ⁊ diſcordantes pareant ⁊ obediant: pena centum lib. deñ. pro quolibet ꝯfaciente.
¶ Poſſint ēt dicti dñi priores: ⁊ eoꝝ notarius p̄cipere: ⁊ precepta facere per ſe ⁊ nuncios ⁊
baiulos quos vellent: q̄ñcunqꝫ voluerint: ⁊ ſuper quocunqꝫ facto ⁊ negotio/vſqꝫ in quātita-
tem. xx. ſol. deñ. pro quolibet precepto ⁊ qualibet vice: ⁊ dicta banna ab inobedientibus de
facto exigere cum effectu: prout de ipſoꝝ ꝓceſſerit voluntate. ¶ Qui famuli ⁊ ſeruitores poſ
ſint ⁊ teneantur arma offendibilia ⁊ defendibilia portare ſine pena. Dūmodo nullus famu-
lus dñoꝝ prioꝝ poſſit vocari/eſſe/nec eligi qui nō ſit oriundus de ciuitate vel comitatu Aſi-
ſij. ¶ De expenſis aūt faciendis de pecunia ⁊ ęre cōis Aſiſij ſm formam ſtatutoꝝ ⁊ ordina-
mentoꝝ cōis ⁊ populi ciuitatis Aſiſij/dñi priores a. xx. ſol. ſupra/⁊ infra: fieri faciant appodi
xas. Et ꝙ deliberationi cuiuſlibz appodixe debeat intereſſe notarius reformationū ⁊ in ipſis
ſe ſubſcribere: ⁊ facere mentionez quomodo deliberationi ipſius appodixe facte preſens fue-
rit. ¶ Hoc addito ꝙ nulla appodixa expenſaꝝ extraordinariarum fieri poſſit per ipſos dños
priores nec ſcribi per dictum notarium reformationum/niſi primo fuerit deliberatuz p dños

¶ Salarium prioribus ſoluendū ordine introſcripto.

Famuli priorum ſex.

Priores non diſcedant de palatio.

¶ In quib⁹ priores intendere teneant.

¶ Priores durāte officio negocia propria non preponant.

¶ Pena arbitraria prioꝝ. xx. ſol.

¶ Famuli priorū arma poſſunt ferre.

¶ Pro expēſis extraordinarijs appodixa deliberet i ꝯſil. ſecreto.

36v

¶ Poteſtas nõ poſſit inquirere cõtra priores.

¶ Ex prioribus ſufficit cõcordes eſſe quinqꝫ.

¶ Iuramentuꝫ priorum.

priores in conſilio ſecreto: ſub pena .xxv. lib. deñ. pro quolibet contrafaciente: ⁊ qualibet vice. Et illud de quo damnificarent cõe de proprio debeant reſarcire. ¶ Et vt domini Priores artium pdicti ⁊ eoꝝ notarius poſſint eoꝝ officium ſecurius exercere: Poteſtas vel Capitaneus: vel aliquis eoꝝ officialis / non poſſint nec debeant aliqua rõne vel cauſa inquirere, nec inquiſitionẽ facere contra aliquem qui eſſet vel fuiſſet prior: aut notarius prioꝝ / tpe eoꝝ officij poteſtarie vel capitañ. ⁊ ſi contra fieret non valeat: nec teneat ⁊ contrafaciens in centũ lib. deñ. debeat cõdemnari. Si tñ accuſati ab aliquo fuerint per accuſationem poſſit procedi put fuerit rõnis. Inquiri aũt poſſit per ſucceſſorem contra talem officialem delinquenteꝫ ſi fuerit maleficium de quo poſſit inquiri. ¶ Et omnibus ⁊ ſingulis que dñi priores artium fecerint aut facere voluerint ſint ⁊ eſſe debeant oẽs preſentes ⁊ in concordia: vel ſaltem quinqꝫ ex eis in concordia ⁊ pſentes ⁊ aliter non. Et quicquid per dictos dños priores: vel ſaltim quinqꝫ eis in concordia factum fuerit aut geſtum in his que ex forma ſtatutoꝝ / ordinamentoꝝ ⁊ reformationum cõis ⁊ populi dicte ciuitatis ad eoꝝ ſpectaret officium valeat ⁊ teneat: ⁊ executioni mandetur. ¶ Iurent aũt ⁊ pmittant dñi Priores artium ⁊ notarius eoꝝ de ipſorum officio bene ⁊ legaliter exercendo ſm formam ſtatutoꝝ ordinamentoꝝ ⁊ reformationũ cõis ⁊ populi ciuitatis Aſiſij: pront notarius qui ſtipulat⁹ fuerit placuerit ſtipulari. Voluerũt inſuper ⁊ mandauerunt: ꝙ quicunqꝫ portauerit appodixam de aliqua qͣtitate pecunie de qua aliam appodixam habuerit condemnetur in centum lib. deñ. per dñm poteſtatem vel capitaneuꝫ ciuitatis Aſiſij. ¶ Et ꝙ maſſarius cõis: ⁊ cancellarius teneantur ⁊ debeant vinculo iuramenti in conſilio dñoꝝ prioꝝ iurare publice denũciare ⁊ notificare ſi ſciuerint delinquentes in pdictis, peñ. xxv. lib. deñ. de cuiuſqꝫ ipſoꝝ ſalario. In quibus per eoꝝ futuros ſindicos ⁊ reuiſores rationis eoꝝ libroꝝ debeant condemnari.

¶ Qꝫ expenſe facte p priores reuideantur per conſilium ſecretum. Rubrica. 183.

¶ Priores durãte officio negocia propria non pre ponant.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt vt omnis tollatur occaſio malefaciẽdi / ⁊ cõis Aſiſij pecuniam barattandi. Qꝫ omnes ⁊ ſingule expenſe extraordinarie, ⁊ appodixe ipſaꝝ expenſaꝝ in primo conſilio ſecreto fiendo poſt exitũ officij cuiuſlibet prioratus legantur: ⁊ legi debeant per cancellariuꝫ cõis vinculo iuramenti, ⁊ ad penam deceꝫ lib. deñ. cuius quantitatis ⁊ cauſa quare facte fuerint. Et expenſas ſiue appodixas non bene factas: vel factas ſine deliberatione dicti cõſilij debeant facere punctari per dictum cancellarium. Et ipſas ſic punctatas / teneatur: ⁊ debeat dictus cancellarius infra tres dies poſt dcm̃ fcm̃ ꝯſiliũ dare ⁊ aſſignare prioribus nouis ſub dicta pena. Et dicti noui priores ipſas punctaturas teneanť ⁊ debeant vinculo iuramenti ad penaꝫ .xxv. lib. deñ. dare ⁊ conſignare dño poteſtati: qui executionẽ faciat ⁊ facere teneatur ſub dicta pena de facto de predictis pro conſeruatione indemnitatis dicti cõmunis.

¶ Qꝫ in cõſilio generali non poſſint fieri nec pponi niſi quatuor pponite obtẽte ⁊ deliberate in conſilio ſecreto. Rubrica. 184.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ non poſſint fieri / mitti vel proponi in conſilio generali ciuitatis Aſiſij niſi quattuor propoſite ad plus que obtente ⁊ deliberate eſſe debeant per magnificos dominos Priores in conſilio ſecreto / ad penam pro quolibet priore contrafaciente decem lib. deñ. Et nihilominus nulla ex dictis propoſit⁹ valeat quando fieret contra formam predictam.

¶ Qꝫ notarius dñoꝝ prioꝝ teneatur obedire prioribus. Rubrica. 185.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ notarius dñoꝝ prioꝝ dicte ciuitatis qui p tpe fuerit teneatur: ⁊ debeat vinculo iuramenti parere ⁊ obedire dominis Prioribus populi ciuitatis Aſiſij in licitis ⁊ honeſtis: ⁊ omnibus alijs ꝗ facere teneretur ⁊ deberet per formam ſtatutorum ciuitatis Aſiſij: ⁊ ſi contrafecerit in non parendo: vt dictũ eſt / liceat ipſis prioribus omnibus in concordia ipſum talem notarium ab officio notariatus predicti remouere: ⁊ alium loco ſui eligere ⁊ deputare prout eis videbitur ⁊ placebit. Et nihilominus condemnetur dictus notarius in decem lib. deñ.

¶ Qꝫ nullus

¶ Qꝫ nullus prioratus poſſit facere aliquã appodixaʒ maſſario vel cãcellario vltra ſalariũ. Rubrica. 186.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ nullus prioratus poſſit facere aliquã appodixam vel ſalarium maſſario: nec cancellario cõis Aſiſij: vltra ſalariũ ipſorum: eiſdem per formam eorum electionis ordinatum ⁊ debitum.

¶ Qꝫ nullus prior vel notarius ipſoꝝ poſſit reportare aliquã ſcripturã cõis. Rũca. 187.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerũt ꝙ nullus prior vel notarius ipſoꝝ poſſit reportare aliquã ſcripturã ꝑtinentẽ ad cõe ad penam quinquaginta lib. deñ.

¶ Qualiter non liceat prioribus intrare palatia: niſi ſint quinqꝫ. Rubrica. 188.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt/ ꝙ nullus prior populi ciuitatis Aſiſij: poſſit/vel debeat intrare palatia dñoꝝ Poteſtatis ⁊ capitanei ciuitatis Aſiſij: niſi ſint adminus qnqꝫ ex dictis prioribus ad peñ. xxv. lib. deñ. ꝓ quolꝫ ⁊ qualibet vice. In quibus per eoꝝ ſindicos tpe eoꝝ ſindicatus debeant condemnari.

¶ Qꝫ nulla ꝓpoſita fiat in aliquo cõſilio niſi primo delibereť per priores. Rubrica. 189.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ nulla ꝓpoſita fiat: nec fieri debeat in aliquo cõſilio: niſi primo deliberetur per priores artiuʒ in palatio eorum habitationis anteqꝫ pulſetur ad ipſum conſilium: ⁊ ſcribatur per notariuʒ reformationuʒ in domo vbi morantur ipſi dñi priores: ⁊ ipſa ꝓpoſita ſcribatur per notarium primitꝰ. ipſis ꝓpoſitis deliberatis per dictos dños priores in palatio eoꝝ habitationis anteqꝫ fuerit inceptum pulſari ad conſilium ſupradictum. ¶ Et etiam nulla propoſita mitti poſſit ad cõſilium generale vel populi: niſi primo deliberetur in cõſilio ſecreto dicte ciuitatis. Et ſi priores ꝯfecerint: ſeu notarius aliter ſcripſerit/puniatur quilibet ipſoꝝ ⁊ notarius in quinquaginta lib. deñ. pro qualibet vice. Et nihilominus ſecus facta non valeat. Et ꝑdicta locum habeant vbi tractatur de aliqua expenſa fienda: nec ẽt vendicet ſibi locum: nec ſe extendant ad ſolutionem ſalarioꝝ dñoꝝ Poteſtatis ⁊ Capitanei prioꝝ populi ⁊ tunicaꝝ famuloꝝ ipſoꝝ dñoꝝ ꝑoꝝ ⁊ coneſtabilis famuloꝝ ipſoꝝ: ⁊ maſſarij ⁊ cancellarij ⁊ notarij camere dicti cõis: ⁊ in oibus alijs ſolutionibus que fieri debent ⁊ poſſint per formam alicuius ſtatuti: quoꝝ ſalaria ſoluantur ſm formam ſtatuti ciuitatis Aſiſij. Et poteſtas ⁊ capitaneus teneantur cum fuerint requiſiti a prioribus dicte ciuitatis illas ꝓpoſitas ſic deliberatas proponere in eo cõſilio. In quo priores dicti voluerint ⁊ duxerint ꝓponendas: ⁊ nullas alias a ſe ipſis ꝓponere. Et teneantur ⁊ debeant mittere partitum/ꝓut dictis dñis prioribus: vel quinqꝫ ex eis adminus in concordia exiſtentibus placuerit: ⁊ contrafacientes quinquaginta lib. deñ penam incurrant cõi Aſiſij perſolueñ. Et poteſtas ad conſilia generalia: ⁊ Capitaneus ad conſilium camerarioꝝ vel populi. In quibus aliquid ſit ꝓponenduʒ ⁊ reformandũ per eos/perſonaliter debeant intereſſe ſub pena ꝑdicta in vinculo iuramenti. Niſi fuerint infirmitate grauati/vel abſentes a ciuitate Aſiſij. Et tunc poſſint per vicarios eoꝝ intereſſe: qui vicarij eſſe debeant eoꝝ iudices ⁊ etiam preſentiam eorundem preſtare. Et vt non poſſit dubitari de vicario quem conſtituet poteſtas vel capitaneus: in principio eoꝝ regiminis faciãt fieri publicum inſtrumentum vicariatus: quem vel quos ipſi vel aliquis eoꝝ conſtituerint vicarium vel vicarios: qui eſſe debent iudices: ⁊ dare inſtrumentũ publicũ notario reformationum pro cõi: ⁊ per vnum ſuum notarium ſcribi faciant. In ꝑncipio libri actoꝝ ſub pena centum lib. deñ. Poſſint tñ ipſi Priores in quolibet cõſilio ⁊ adunantia ꝓponere ipſis poteſtatis vel capitaneo vel eoꝝ vicarijs: nolentibus adeſſe: vel ꝓponere nolẽtibus vel qñ ꝓponeretur aliquid quod eſſet vel ſpectaret ad incomodum/vel damnum ipſius Poteſtatis: vel capitanei vel ſuoꝝ officialium: vel familiarioꝝ: vel alicuius eoꝝ: ⁊ ſeruatis ſolemnitatibus ꝑdictis ⁊ alijs ſtatutis ⁊ ordinamentis cõis ⁊ populi ciuitatis Aſiſij. Qui dñi Priores populi teneanť ⁊ debeant oibus conſilijs intereſſe: vel ſaltim quinqꝫ ex eis: ⁊ eoꝝ notario ad ſententias auſcultandas. Dũmodo nec ipſe Poteſtas: nec Capitaneus: nec Priores predicti

¶ Nulla fieri poteſt ꝓpoſita in conſilio generali niſi decreta in cõſilio ſecreto.

poſſint aliquid proponere vel reformare in diminutionem honoris ⁊ iuriſditionis ſtatutorū ⁊ ordinamentoꝝ ſancte Romane eccleſie. Domini noſtri Pape. ⁊. R. D. S. dicte ciuitatis quem ⁊ quam prefata Romana eccleſia: ⁊ dictus dñs Papa habet in cõe ⁊ homines dicte ciuitatis eiuſq3 comitatus forcie ⁊ diſtrictus. Et qui contrafecerit puniatur in quinquaginta lib. deñ. Et quod factum fuerit non valeat nec teneat: ſed ipſo iure ſit nullū. Et ꝙ nullus poſſit eſſe vicarius ṕdictoꝝ dñoꝝ poteſtatis, vel capitanei: niſi iudex dñi poteſtatis ⁊ iudex dñi capitanei. Qui iudices ſint ⁊ ṕſumant in oĩbus actibus in poſterum fiendis vicarij eorūdez.

¶ Qualiter procedatur ad ſuſpenſionem ſtatutorum. Rubrica. 188.

ITem Prouiderunt ſtatuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ qñcunq3 fieret ꝓpoſita de ſuſpenſione alicuius vel aliquoꝝ ſtatutoꝝ, vel reformationu3: ſiue ordinamētoꝝ cõis predicti ⁊ ꝙ qñcunq3 mitteretur dicta ꝓpoſita in cõſilio generali vel populi fiat ꝓpoſita. Si placet ipſi cõſilio ꝙ dictum ſtatutum ordinamentum vel reformatione3 cõtra que fieret dicta talis ꝓpoſita ſuſpendatur ⁊ ſuſpenſum intelligatur: quo ad dictam ꝓpoſitam ſic ꝓponendam. Et de ipſis fiat expreſſa mentio in dicta tali ꝓpoſita ſuſpenſionis: ⁊ legãtur expreſſe particule dictoꝝ talium ſtatutoꝝ ordinamentoꝝ vel reformationum ſuſpendendoꝝ: ſuper qua ꝓpoſita de ſuſpenſione ſtatutoꝝ ⁊ ordinamentoꝝ/vel reformationum cõſulatur. Et ſi dicta talis ꝓpoſita ſuſpenſionis obtinebiť per duas partes cõſiliarioꝝ aſtantium in dicto cõſilio ad buſſulas ⁊ lupinos tunc ꝓcedatur ad dicta3 ꝓpoſitam, ⁊ aliter non. Super qua conſulatur reformetur ⁊ obtineatur quicquid ꝓuidebitur/ſtatuetur ordinabitur ⁊ reformabitur per ipſu3 conſilium. ¶ Uidelicet ſuper tali ꝓpoſita obtineatur per tres partes aſtantium.

¶ Qꝫ exitus ⁊ introitus legantur in conſilio generali. Rubrica. 189.

ITem Ad hoc vt omnis materia ſuſpitionis ſcãdali ⁊ murmurationis cuiuſlibet de ciuitate Aſiſij penitus tollatur: ⁊ ad hoc vt quilibet certificari poſſit de his que in dicto cõi Aſiſij agitantur. Prouiderunt ⁊ ordinauerunt ꝙ dñi Priores populi ciuitatis Aſiſij/ad penam ducentaꝝ lib. deñ. pro quolibet eoꝝ: ⁊ qualibet vice. In qua pena ſi contrafecerint debeant per eoꝝ futuros ſindicos ſpecialiter condemnari/quolibet menſe ſemel adminus teneantur ⁊ debeant congregari facere in palatio dñoꝝ prioꝝ cõſilium generale vel populi dicte ciuitatis. In quo quidem cõſilio per cancellarium dicti cõis legantur ⁊ legi debeant particulariter ⁊ diſtincte oẽs exitus ⁊ introitus ordinarij dicti cõis: ⁊ eoꝝ ſumma. Et ſi introitus ſuperant exitus: vel ſi exitus ſuperant introitus: ⁊ in quanta quãtitate. Et etiam legi debeant per dictum cancellarium vel notarium prioꝝ oẽs appodixe facte eorum tpe modo predicto. Ita ꝙ bene poſſit venire ad notitiam ſinguloꝝ. In quo quidem conſilio nil aliud fieri debeat niſi id quod dictum eſt. Et ſemper anteq3 legantur ṕdicta/conſiliu3 ṕdictum debeat vna die ante per banditorem dicti cõis banniri ⁊ ṕconizari per ciuitatem Aſiſij in locis publicis ⁊ cõſuetis. Et in bannimento fiat ſpecialiter mentio ꝙ in ipſo ꝯſilio debeãt legi introitus ⁊ exitus dicti cõis ⁊ ẽt appodixe facte per dominos priores pena cancellario: vel notario prioꝝ ſi contrafecerit in nõ legendo quinquaginta lib. deñ. in quo quidẽ conſilio eſſe debeant adminus ſexaginta homines. Et ꝙ dicti domini Priores ⁊ ipſorum notarius teneantur ⁊ debeant ipſos libros aſſignari ⁊ dari facere ipſi cancellario ad dictã pena3 alias ſi dicto cancellario non aſſignarentur: ipſe cancellarius non teneatur ad penam.

¶ Qꝫ Priores populi teneantur reducere ciues ad pacem vel treguam. Rubrica. 190.

ITem Ad hoc vt ceſſent rumores ⁊ diſcordie: ⁊ ꝙ populus huius ciuitatis viuere poſſit in pace. Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ quicunq3 ciuis vel popularis aut comitatenſis dicte ciuitatis Aſiſij/qui ad preſens haberet: vel in futurum habebit aliquam inimicitiam cum aliquo ciue populari/ſiue comitatenſe: aut forenſe habitante in ipſa ciuitate/vel comitatu teneatur ⁊ debeat cum requiſitus fuerit per dños Priores pro tẽpore exiſtentes facere pacem cum inimicis ſuis ad arbitrium ipſoꝝ dñoꝝ prioꝝ. ¶ Peru3 ſi cor de indurato ſteterit obſtinatus: ⁊ pace3 huiuſmodi facere recuſauerit compellatur per pote

¶ Pax vel tregua fiat.

ſtatem dicte ciuitatis pro tpe exiſtentem facere treguaz per illud ſpacium temporis qd viſuz fuerit eiſdem dñis poteſtati ꝛ prioribus: ꝙ treguaz ſi facere recuſauerit: confinetur p eundez poteſtatē ſiue eius iudicē in aliquo loco vbi eis videbitur/diſtante a dicta ciuitate Aſiſij per triginta miliaria. Et exinde nō diſcedat donec nō fecerit: aut pacē vel treguaz mō pmiſſo. Et ſi obedire neglexerit, vel cōſines ſibi aſſignatos fregerit ipo fcō p rebelle ponať, ꝛ tāꝗ rebellis abinde in antea teneať ꝛ tractet. Et hoc ſtatutū vēdicet ſibi locū i pteritiſ pñtib⁹ ꝛ futuriſ.

Additio.

Et principalis inimicus ad pacem vel treguā cogi poſſit ꝛ debeat: vt dictum eſt: ꝛ pro ſe ſuiſqꝫ cōſanguineis affinibus/ꝛ coniunctis vſqꝫ in tertium gradum incluſiue ſecūdum ius canonicum cōputandum/ꝛ cum penis arbitrio imponendis.

Qꝫ priores populi prima dñica eoꝝ introitus teneanť ꝯuocare ꝯſiliū gñale. Rꝫica. I 9 3.

ITem Ad hoc vt quilibet priores futuri habeant materiam tpe eoꝝ officij facere ea q̄ vtilitati cōis cedant ꝛ reipublice ciuitatis Aſiſij. Statuerunt ꝛ ordinauerunt, ꝙ decetero in perpetuuz priores noui q futuri ſunt quolibet tpe prima die dñica, immediate ſequenti poſt ingreſſum eoꝝ prioratus officij teneanť ꝛ debeāt cōuocare cōſilium generale dicte ciuitatis ſcḋm conſuetudinem. Et in eodē ꝯſilio ꝓponere/dicere/ꝛ tractare que vtilia fuerint cōi/ꝛ cōmoda publice rei: ne ꝓpter negligentiā ipſoꝝ prioꝝ aliquod damnum cōe ipſum patiatur ꝛ res publica ſubſtineat incōmodum. Et quicunqꝫ priores in ṗdictis reperti fuerint negligentes penam. xxv. lib. deñ. pro quoqꝫ priore ipſo facto ſe nouerint incurſuros ab eis inremiſſibiliter tpe eoꝝ ſindicatus auferēd. Et ſi eoꝝ ſindici dcō tpe dictā penam obmiſerint exigi facere/penā dupli reficere teneantur: ꝙ penā dñs poteſtas pro tempore exiſtens ſub pena dupli oīum dictarum penarum de facto ꝛ abſqꝫ vllo temporis interuallo teneatur exequi facere per viā bullecte. Ita ꝙ de ſolutiōe hmōi penaꝝ euidenter appareat. De cōſilio poſt ingreſſū prioꝝ conuocando.

Additio.

Et predicta pena locum habeat, ꝛ ſi ſindicatur omitteretur.

Qꝫ nullum fortiliciū poſſit ampliari vel edificari ſine licentia cōſilij generalis: ꝛ de ꝓhibita alienatione bonorum in forenſem. Rubrica. I 94.

ITem Ad hoc vt obuietur ſcandalis que in futurum oriri poſſent vel cōmitti per incolas ꝛ habitatores caſtroꝝ ꝛ quorūcunqꝫ fortilitioꝝ cōmitatus Aſiſij hoc pñti ſtatuto duxerunt ordinandū: ꝙ quicūqꝫ ciuis vel comitatēſis ciuitatis Aſiſij: vel quicunqꝫ alius/vel alia pſona cuiuſcūqꝫ ſtatus/gradus/ordinis ꝛ ꝯditiōis extiterit: ꝛ vndecūqꝫ fuerit vllo modo/cā/vel ingenio audeat vel pſumat aliqḋ edificiū/ſiue caſtrū/vel fortilitium aptū ſeu aptitatū ad defendendū: vel offendendū fcm̄ vel ruinatū vltra formaz: in qua mō reperireť aliter facē ꝛ edificare: ſeu edificari facere/aut ampliare/vel alti⁹ extollere neqꝫ aliud de nouo fabricare vel fabricari facere p ſe vel p aliuz quouis quēſito colore: ſine expſſa licentia ꝯſilij generalis dicte ciuitatis Aſiſij. Et hmōi licētia nō intelligať obtēta niſi fuerit victa p duas partes de tribus partibus dicti cōſilij. Sub pena ꝛ in pena mille ducatoꝝ auri ipſo fcō camere apoſtolice dicte ciuitatis applicañ. Et quecūqꝫ edificia: q̄ vltra modū ṗdictū ꝛ ſupius declaratū facta/edificata/aut ampliata/ſiue altius exlata ꝛ eleuata/ſeu de nouo fabricata fuerint ſine licentia dicti ꝯſilij vt. ſ. Poſſint ꝛ debeāt p dños priores populi qui pro tpe erūt cū auxilio ꝛ fauore totius prefate ciuitatis Aſiſij: demoliri/ruinari: ꝛ deſtrui: prout eis videbiť ꝛ placebit. Et ꝙ priores q pro tpe erunt ſubito ꝛ incontinēti dū ad eoꝝ vel alicuius eoꝝ notitiā ꝑuenerit ṗdicta edificia ſiue fortilitia dicto modo ſine licētia edificata, aut ampliata ſiue altius eleuata: ſeu de nouo fabricata teneanť ꝛ debeāt conuocare/ꝛ congregare cōſiliuz: ꝛ de ꝛ ſuper innouatione dictorum edificioꝝ/ſiue fortilitioꝝ in eodem cōſilio dicere ꝛ proponere ꝛ totam ſeriem huius preſentis ſtatuti declarare ad penam centū flor. auri pro quoqꝫ cōtrafaciente camere predicte applicañ. ipſo facto/ſi in ṗdictis vel predictoꝝ aliquo negligentes fuerint. Superaddendo ꝙ nullum caſtrum/ſeu fortilicium/vel aliud edificium ſupradictū aptum vel aptitatum: neqꝫ poſſeſſiones alique in diſtrictu dicte ciuitatis exiſtētes vendi poſſint vel alienari/aut quouiſmodo donari: ſiue per teſtamentum: aut aliquam aliam vltimam

De fortilicijs ꝓhibitis edificari ꝛ de pena.

De alienatione bonoꝝ in forēſes ꝓhibita ꝛ vide ſupra rubrica.

voluntatem relinqui alicui habitanti extra dictam ciuitatem: vel territorium dicte ciuitatis Aſiſij. Et ſi contrafactum fuerit huiuſmodi alienatio, venditio, donatio, ſeu relictum ipſo iure non valeat neqꝫ teneat. Et nihilominus contrafacientes teneantur ad penã ad quã tenent̃ ſuprascriptis: ſuprascripto modo edificãtes vel faciẽtes ſine exp̃ſſa licentia ſupra dicto modo obtenta. Et hoc nõ habeat locũ in poſſeſſionibus dandis ⁊ aſſignandis cauſa dotis.

¶ Additio.

¶ Addentes huic preſenti ſtatuto: ⁊ pro inſertis habentes: qđ ſupra in precedentibus decretum fuerit in alienatione bonoꝝ forenſibus prohibita.

¶ Q; de mẽſe Junij ⁊ Julij mittatur ad fodendũ in formis paludum. Rubrica. I95.

ITem Ut reparetur in futuꝝ/⁊ oĩno ꝓuideat̃: ꝙ aquaꝝ tumultus q̃ diſcurrũt in territoriũ Aſiſij: nõ damnificent amplius poſſeſſiones ciuium. Statuerũt ⁊ ordinauerũt: ꝙ decetero, ⁊ in futuꝝ priores: q erunt de mẽſibus maij ⁊ iunij: iulij ⁊ Auguſti: Septẽbris ⁊ octobris quolibet anno teneant̃ ⁊ debeãt ſolicitate toto eoꝝ poſſe: ⁊ cũ effectu curare in dictis t̃pibus fodi facere p̃ hoĩes dicte ciuitatis ⁊ eius comitatus quandaꝫ formã: ſiue foſſaꝫ incipientẽ a murellis: ⁊ ꝑtendentẽ vſqꝫ ad formellaꝫ: q̃ eſt inter dictuꝫ territoriũ Aſiſij: ⁊ territoriũ canarij: ⁊ infra dcã loca: vbi melius ⁊ aptius videbit̃ p̃fatis dñis prioribus pro t̃pe exiſtẽtibꝰ: p̃ q̃ꝫ foueã aqua, que eſt vel eſſet in paludibus dicte ciuitatis fluat: ⁊ flui poſſit: ita ⁊ taliter ꝙ nõ habeat deſtruere blada ⁊ retardare fructus ꝓuẽturos in poſſeſſionibus exiſtentibus ꝓpe dictus paludes. Et ſi dicti priores qui pro dictis t̃pibus fuerint: in p̃dictis ⁊ circa p̃dicta negligẽtes fuerint: cadãt in penã .xxv. ducatoꝝ auri: pro quolibet ipſoꝝ que pena p̃ ipſoꝝ ſindicos t̃pe eoꝝ ſindicatus auferat̃. Et de p̃dictis dicti dñi priores ſtent ⁊ ſtare debeant ad ſpecialeꝫ ſindicatum. Et ne de p̃miſſis priores ipſi aliquã pretendere poſſint ignorantiam. Uoluerunt ⁊ ordinauerũt ꝙ preſens ſtatutum de cõmiſſione dñoꝝ Priorum in quolibet generali conſilio legi ⁊ publicari debeat.

¶ De formis paludũ effodiendis.

¶ Additio.

¶ Que pena preinſerta contra Priores negligentes procedat etiaꝫ ſindicatu pretermiſſo.

¶ Q; poteſtas Aſiſij poſſit ꝓcedere cõtra non exercentes artem. Rubrica. I96.

ITem Ut ſtatus dicte ciuitatis Aſiſij illeſus ꝯſeruet̃ in pace: ⁊ malis ceſſet materia delinquẽdi. Statuerũt ⁊ ordinauerũt: ꝙ qcunqꝫ de dicta ciuitate Aſiſij: vel comitatu eius aptus ⁊ idoneus vel cõſuetus ad faciendũ aliquam artẽ: ſeu aliquod honeſtum manuale exercitium cã viuendi decetero fuerit repertus p̃ officiales dicte ciuitatis vel accuſatus: ſeu denunciatus vagari ⁊ ſtare p̃ dictã ciuitatem: ⁊ nullam artẽ: ſeu exercitiuꝫ laudabile facere: poſt tres dies poſtq̃ꝫ eidem facta fuerit admonitio per dictũ poteſtatem dicte ciuitatis Aſiſij pro t̃pe exiſtentem: ꝙ ire debeat ad faciendũ aliquã artem vel exercitiũ ex qua: vel quo viuere poſſit honeſte: ⁊ ſe ſubſtentare. Dictus dñs poteſtas ꝓcedere teneat̃/⁊ inquirere debeat cõtra talem negligentẽ ꝓut ei videbitur expedire: habito tñ ſuper hoc prius collogo cum dñis prioribus qui erunt pro t̃pe ſi talis rep̃tus ſit homo aptus vel idoneus vt ſupra ad aliquaꝫ artẽ vel exercitiũ. Et ſi dicti dñi priores declarabunt vna cum ipſo dño poteſtate predictum repertũ, eſſe aptum vel idoneũ ad aliquod exercitiũ ſiue arte: tũc dictus dñs poteſtas puniat p̃dictũ rep̃tũ arbitrio ſuo in rebus ⁊ perſona. Et ſimili modo nullus forẽſis ſimiliter aptus vel idoneus poſſit ſtare in dicta ciuitate vltra ſpaciũ quindecim dieꝝ quin non moneatur vt ſupra: ⁊ elapſis tribus diebus poſt monitioneꝫ hm̃oi ſi repertus fuerit nullã artẽ exercere: vel aliqđ manuale exercitiũ nõ facere: p̃miſſo modo ſuperius declarato puniatur. Et de p̃dictis ſeruatis ordine ⁊ forma predictis dcũs dñs poteſtas nõ teneatur ſtare ad ſindicatũ/nec ſindici poſſint contra eum aliquo modo procedere ad penam aliquam.

¶ Contra nõ habentes artem ſtatutuꝫ.

¶ Q; nullus poſſit eſſe ad officium prioratus niſi exerceat artem. Rubrica. I97.

ITem Ad hoc vt quilibet ciuis de dicta ciuitate Aſiſij facilius inducatur ad faciẽdũ aliquã artẽ, ſeu honeſtũ exercitiũ: ⁊ augeat̃ bona ꝯditio ciuiũ p̃ quã dicta ciui-

tas honorē. Et ciues ꝛ alie pſone in ipſa ciuitate habitantes cōmodius viuere poſſint. Statuerunt ꝛ ordinauerunt: ꝙ decetero nullus ciuis de dicta ciuitate Aſiſij, cuiuſcūqꝫ ſtatus vel ꝯditionis exiſtat poſſit: nec valeat eligi prior, neqꝫ eſſe in officio prioratus populi dicte ciuitatis niſi ſit deſcriptus in breue alicuius artis vel exercitij ꝛ fecerit illam artem: ſeu exercitiū in qua ſcriptus ꝛ matriculatus fuerit in eadē ciuitate/cā lucri ꝛ bene ac honeſte viuēdi/dūmtn̄ ſit potens ꝛ habilis ad faciendum: vel fieri faciendū: ſeu exercēdum huiuſmodi artem: ſeu honeſtum exercitiuꝫ, de quo ſtetur determinationi dn̄oꝝ prioꝝ qui erunt pro tempore.

¶ Quod quilibet prioratus poſſit expēdere ꝓ reparatiōe fontiū.xx.lib.den̄. Rubrica. 198.

Item Ad hoc vt ꝓuideaṫ incōmoditatibꝰ pſonaꝝ dicte ciuitatis Aſiſij ꝓpter carentiaꝫ aquaꝝ. Statuerunt ꝛ ordinauerūt: ꝙ dn̄i priores qui decetero erūt in officio prioratus dicte ciuitatis teneanṫ ꝛ debeāt tpe eoꝝ officij facere ꝛ cū effectu opari ꝙ aqueductus fontiū dicte ciuitatis reparenṫ ꝛ manuteneanṫ in ꝑpetuū. Et qlibet prioratus teneaṫ expēdere adminus lib.xx. de denarijs dicti cōis ꝓ reparatione ꝛ manutentione ꝑdictoꝝ. Et ſi negligentes fuerint ipſo facto cadant in penaꝫ.x.lib.den̄. pro quoqꝫ ipſoꝝ cuiuſcunqꝫ prioratus in predictis negligentijs conuertendaꝝ in reparationē dictoꝝ fontium. Que pena ſibi inremiſſibiliter auferatur per eoꝝ ſindicatores tpe ſui ſindicatus ſub ſimili pena.

¶ Quod caſtra que deuiarent ab obedientia cōis diruantur. Rubrica. 199.

ITem Ut nequis de malo opere gloriari poſſit quinimo deuians a recto tramite recipiat dignā penam. Statuerunt ꝛ ordinauerunt: ꝙ qdcūqꝫ caſtrum/ſeu fortilitiū comitatus ciuitatis Aſiſij: decetero ꝛ in antea deuiauerit ab obedientia dicte ciuitatis Aſiſij/ꝛ ſancte Romane eccleſie: ac ſuoꝝ paſtoꝝ ꝛ ſe ſuppoſuerit dn̄io ꝛ voluntati alicuius tirāni vel alterius hois cuiuſcūqꝫ conditionis ꝛ ſtatus exiſtat: ſeu alicuius ciuitatis cuiuſcunqꝫ ꝓuincie. Et intelligaṫ ꝑfatum caſtrum deuiatum ꝛ ſemotum a ꝑdictis: qn̄ in dicta deuiatione interuenerit dolus ſcientia: vel lata culpa diſcarchetur ꝛ deuaſtetur ac funditus deſtruatur. Ita ꝙ inferiores lapides ad ſuperius reducantur ꝛ reuoluantur. Et nullo vnquaꝫ tempore amplius poſſit rehedificari. Et Priores qui pro tempore erunt: ſi talis caſus accideret (qđ deus auertat) teneantur ꝛ debeant facere congregare totum populuꝫ ad predicta exequen̄. Ita ꝛ taliter ꝙ eiſdem non poſſit imputari de negligentia. Et priores qui pro tpe erunt ſi in predictis negligentes fuerint de facto incidant in penam quingentarum lib. den̄. ſibi auferen̄. ſine aliquo proceſſu ꝛ ſentētia per eoꝝ ſindicatores tempore ſui ſindicatus. Et nihilominus in perpetuum priuentur omni officio ꝛ benificio dicte ciuitatis Aſiſij: cum eoꝝ heredibus ꝛ ſucceſſoribus per lineam maſculinam.

¶ Quod fiant nundine in futurum in ciuitate Aſiſij. Rubrica. 200.

ITem Ut obſeruentur approbate conſuetudines que etiam in alijs ciuitatibus obſeruantur: ꝛ hec ciuitas reſtauretur ex indigentibus. Statuerunt ꝛ ordinauerunt decetero: ꝛ in futurum: ac quolibet anno fieri nundine in dicta ciuitate Aſiſij: a die vigeſimonono Iulij: vſqꝫ ad decimumſeptimum Auguſti incluſiue. Et tempore dictarum nundinaruꝫ liceat vnicuiqꝫ: vndecunqꝫ fuerit tute ꝛ libere venire ac ſtare ad dictas nundinas. Et vnum quodqꝫ genus merchantiarum ad ipſas nundinas apportare/ſeu apportari facere/vendere, emere, barattare, ꝛ retinere, atqꝫ reportare pro eorum libito voluntatis ſine aliqua ſolutione gabelle pedagij, datij, ſiue cuiuſcunqꝫ alterius grauaminis. Et ad euitandum fraudes ꝛ deceptiones que in talibus cōmittuntur: ꝛ cōmitti poſſunt. Ordinauerunt ꝙ nullus poſſit extrahere aliquod genus merchantiarum vt ſupra apportataruꝫ extrā territorium dicte ciuitatis abſqꝫ ſolutione gabelle niſi ſteterit cum ipſis merchantijs per ſex dies ad ipſas nundinas. Et hoc ſtatutum non vendicet ſibi locum in animalibus cuiuſcunqꝫ generis: que quolibet die poſſint reconduci: ꝛ extrahi de dicta ciuitate: ꝛ eius diſtrictu ad beneplacitum patronorum ipſa conducentium: ſeu conduci facientium abſqꝫ ſolutione alicuius grauaminis ſiue gabelle. Et ſimili modo de merchantijs emptis.

¶ Q: non poſſit concedi vexillum poteſtati. Rubrica. 201.

ITem Ad obuiandũ quibuſcunq ſuggeſtionibus poteſtatum in futurum: ⁊ grauibus diſpendijs cõis Aſiſij: ⁊ ne inter ciues dicte ciuitatis poſſit aliqua diſcordia exoriri hac lege in perpetuũ valitura. Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ decetero nullus poteſtas: ſeu pretor poſſit nec valeat modo aliquo a dicto cõi per directum vel obliquuz ꝑ ſe: neqz per litteras aliquoꝝ ſuperioꝝ aliquod vexillum/ſiue ſtendardũ vel arma cõis: vel aliud vltra ſalarium ſibi deputatuz petere ſub pena ⁊ ad penã .xxv. ducatoꝝ ipſo facto retinẽdoꝝuz de ſuo ſalario. Niſi primo ⁊ ante oia ipſe idez poteſtas querens vel queri faciẽs ſoluerit maſſario camere cõis Aſiſij .xxv. ducatos auri cũ effectu. Nec poſſit fieri ꝑ depoſitũ vel per compenſationẽ. Et ꝙ priores qui pro tpe erunt nullatenus poſſint/nec valeant aliquam ꝓpoſitã de predictis facere neqz ꝓponere in aliquo conſilio generali vel particulari dicte ciuitatis aliquo queſito colore per directum vel obliquũ neqz aliquas litteras de p̃dictis aliquã mentionem facientes legere nec legi facere: nec tollerant/. permittere in aliquo ꝯſilio dicte ciuitatis Et qui contra p̃dicta facerent: vel mõ aliquo venirẽt/ipſo facto ſint priuati: ⁊ priuati intelligant officio ⁊ beneficio dicti cõis vſqz in tertiam generationẽ. Et ad eoꝝ ꝑpetuaz infamiam eoꝝ priuatio deſcribatur in palatio prioꝝ dicti cõis litteris groſſis ⁊ bene legibilibus cum cauſa priuationis. Et dictum Statutum ſit p̃ciſum: ⁊ non poſſit tolli/neqz derogari niſi per arengum generale. In quo adminus trecenti ciues debeant interuenire. Et obtineatur per quatuor partes de quinqz partibus dictorum trecentoꝝ hominum: alias quicquid contra predictam formam fieret ſit ipſo iure nullum.

¶ Q: poteſtas tpe eius ſindicatus teneat depon̄ penes hoſpitatorẽ equos ⁊ bona mobilia. Rubrica. 202.

ITem Ad hoc vt p̃fati poteſtas ⁊ qcunqz officiales dicte ciuitatis poſſint habilius ⁊ facilius de adminiſtratis in eoꝝ officijs ſindicari. Statuerũt ⁊ ordinauerunt/ꝙ decetero in reſponſionibus inquiſitionũ generaliũ formataꝝ contra ipſos officiales per ſindicos eligẽdos ⁊ deputãdos per cõe dicte ciuitatis: nullus ciuis vel forẽſis admittant in fideiuſſores dictoꝝ officialiũ: nec poſſit/nec valeant recipi Et p̃fati officiales vltra vltimaz tertiariam per maſſariũ cõis in fine eoꝝ officij retinendã teneant ⁊ debeãt oẽs eoꝝ equos ⁊ arneſes/⁊ bona effectualiter deponere penes vnum ⁊ fidum hoſpitez dicte ciuitatis Aſiſij. Qui ſolemniter confiteatur predicta in depoſitum ſe habere: ⁊ tenere pro dicto cõmuni Aſiſij. Quicquid alias contra predictam formam fieret ſit ipſo iure nullum.

¶ Q: priores nõ poſſint ſcribere in fauorẽ alicuius litigantis vel ꝯtrouerſiã hñtis. R. 203.

ITem Ne in futurũ ꝑ priores qui pro tpe fuerint cõmitti poſſit aliqd ſcandalum in ſigillatione litteraꝝ eoꝝ durante officio factaꝝ. Statuerũt/ordinauerũt ac reformauerunt: ꝙ ſi dñi Priores pro tpe exiſtentes durante tpe eoꝝ officij prioratus auderent vel preſumerent ſine auctoritate/arbitrio/voluntate ⁊ conſenſu cõſilij generalis dicte ciuitatis Aſiſij ſcribere: vel ſcribi facere aliquas litteras directas ſanctiſſimo. D. N. Pape/ preſenti/⁊ futuris Cardinalibus vel alteri prelato in Romana curia exiſtentibus in fauorẽ alicuius officialis/vel alterius ſpecialis perſone cũ aliquo ciue cõtrouerſiã hñtis/incurrant/ ⁊ incuriſſe intelligantur in penam quinquaginta flor. applicañ. camere apoſtolice ipſo facto. Et priuati ſint officio ⁊ beneficio dicte ciuitatis.

¶ Q: priores nõ poſſint extrahere aliquod officium ſine conſilio ſecreto. Rubrica. 204.

ITem Statuerunt ⁊ preſenti lege firmauerunt/ꝙ quilibet Prioratus ciuitatis Aſiſij qui pro tpe fuerit non audeat vel p̃ſumat aliquo queſito colore tacite vel expreſſe accedere ad eccleſiam ſancte Clare: ciuitatis Aſiſij vbi ſolituz eſt buſſolas ſtare officioꝝ ciuitatis Aſiſij ſine ꝯſilio ſecreto ⁊ hominib⁹ de remiſſiõe: vel maiori parte ipſoꝝ. Et hoc pro cõſeruando honore ciuilitatis cõis ciuitatis prefate. Et ne in extrahẽdo officiales poſſit cõmitti dolus neqz fraus ſub pena ⁊ ad penaz .xxv. flor. pro quolibet priore appli-

¶ Officiũ extrahi nõ poſſe ſine conſilio ſecreto.

40r

caſi.ipſo facto camere dicti cõis: volentes ꝛ decernentes in ſimilem penam incurrere maſſariũ ſiue eius notarios pſtãtes vel accomodantes clauez dictis prioribus p̃ formam pñtis decreti. Et ſilr qḋ dictũ eſt de maſſario ꝛ notario incurrat cãcellarius qui pro tpibus fuerit: ſi interfuerit ad extrahẽdos officiales pdictos contra formam preſentis decreti.

¶ De peditibus ſiue cuſtodibus ponẽdis ſup cuſtodia cãpi ſctẽ Marie angeloꝝ. R. 205.

ITem Ad hoc vt tpe indulgẽtie ſancti Frãciſci de mẽſe Auguſti tollanꝭ rumores ꝛ ſcãdala q̃ exoriri poſſent ꝑpter defectũ cuſtodũ cãpi ſctẽ Marie angelorũ. Et vt defendaꝭ cuſtodiaꝭ dictus cãpus pro honore ꝛ cõmodo dcẽ ciuitatis. Reformauerũt/ꝯſtituerũt/ꝛ pñtis legis munimine ꝑpetuo valituro ordinauerũt/ꝙ futuris tpibꝰ ſingulo anno pro cuſtodia dicti cãpi ꝯducanꝭ ꝛ ꝯduci debeãt de menſe Maij ꝛ Junij ꝑ magnificos dños priores dicte ciuitatis pro tpe ꝛ dictis mẽſibꝰ exiſtẽtes pedites ſexaginta q ſint ꝛ eẽ debeãt de ciuitate ꝛ comitatu Aſiſij: ꝛ nõ aliũde/inter quos debeãt eſſe .xx. baliſtarij q teneanꝭ ꝛ debeãt adminus ferre ſagittas .xx. pro quolꝫ. Jtẽ .x. pedites cũ targonibus ſiue vmbonibꝰ/ ꝛ alijs armis opportunis ꝛ ꝯueniẽtibꝰ armati. Jtẽ pedites .x. cũ targhettis enſibꝰ clauarenis ꝛ alijs armis opportunis ꝛ ꝯueniẽtibus. Jtẽ pedites .x. cũ lanceis longis ꝛ alijs armis opportunis ꝛ ꝯuenientibꝰ. Jtẽ pedites .x. cũ partiſanis ꝛ clauarenis aptis ad lanciandũ. Qui pedites oẽs .vꝫ teneanꝭ ꝛ debeãt eſſe armati corazinis vel loricis ꝛ celatinis, necnõ pſertim ferentes targones: arneſijs: ꝛ ſchinerijs: ꝛ accedere ad cuſtodiã dicti cãpi die vltimo Julij in veſperis: ꝛ redire die ſecũdo Auguſti poſt occaſuꝫ Solis. Et facere mõſtrã i palatio dñoꝝ prioruꝫ in acceſſu, ꝛ reditu: in cãpo vero/totiẽs quotiens placuerit Capitaneis dicti cãpi pro tpe exiſtẽtibus. Reſeruatis vna vice/vel pluribꝰ ſi placeret dñis prioribus ꝛ notario eoꝝ q adminus ꝑ vna vice tñ teneanꝭ in dicto cãpo dicti pedites facere mõſtraꝫ ſub pena ꝛ ad penã dictis peditibꝰ pro quolibet .vꝫ non cõparente monſtre ꝛ pro qualꝫ pũtatura, bolꝭ. octo. q vero ꝯductus ac deſcriptus eſſet ꝛ deinde non cõpareret nec interuenire vellet cuſtodie cãpi vna cũ alijs ꝯductis: incurrat in penã vnius ducati auri ipſo facto ſoluẽñ. ſine aliqua diminutiõe. Et tñ cõducatur alius loco eius ſuis ſumptibus ꝛ expẽſis. Qui pedites ẽt teneanꝭ ꝛ debeãt parere ꝛ obedire pfatis capitaneis ſub pena ꝑ quolꝫ ꝑditionis ſalarij. Et ſteꝭ de inobediẽtia iuramẽto ipſoꝝ capitaneoꝝ vel alterius ipſoꝝ. Et hẽant ꝛ recipe debeãt ꝑ eoꝝ ſalario ꝛ mercede florenũ vnũ ad rõnẽ qnquaginta baiochoꝝ ꝑ quolꝫ ſolueñ. ꝑ medietate in acceſſu: ꝛ ꝑ alia medietate in reditu. Pro quo ſalario pſolueñ. quolibet anno imponaꝭ ꝛ imponi debeat collecta .lxx. floꝛ. vꝫ qnquaginta in comitatu, ꝛ .xx. in ciuitate ad rationem predictaꝫ pro quolibet floreno ſolueñ. per totum menſeꝫ Maij anni cuiuſlibet/ſub pena ꝛ ad penã quarti depoſitario, ſeu collectori collecte medici pro tpe exiſteñ. Et nihil aliud dicti pedites poſſint habere vel recipe: ſeu accipe a quoquã quomodolibet. Et ad hoc vt pedites ſint apti ꝛ ſufficientes debeãt approbari ꝑ dños priores ꝛ regulatores pro tpe exiſtentes/facta tñ prius eoꝝ deſcriptiõe .vꝫ in oblatiõe eoꝝ ꝑ cãcellariũ cõis pdicti pro tpe vt .ſ. exiſtentem. Et quos per prefatos dños: ꝛ regulatores approbari contigerit pro approbatis ꝛ conductis habeanꝭ, reliqui vero pro reprobatis ꝛ non conductis habeanꝭ. Et pro pdicta collecta ſoluenda dicta de cauſa per comitatenſes hoc modo impoſuerunt ꝛ diuiſerunt .vꝫ.

¶ Pro cuſtodia indulgentie ſctẽ Marie angeloꝝ menſe Auguſti.

¶ Armenzanum libras nouem deñ.
¶ Portianum/libras decem deñ.
¶ Paradiſum/libras nouem deñ.
¶ Plebs } libras decem deñ.
¶ Paganzanum } libras decem deñ.
¶ Colliponum/libras tres deñ.
¶ Turris becti/libras duodecim deñ.
¶ Biuilium libras ſex deñ.
¶ Podium morici libras octo deñ.
¶ Petregnanũ libras decem ꝛ octo deñ.
¶ Caſtrũ ſcti Gregorij lib. viginti vnas deñ.
¶ Podiuꝫ prioris lib. quatuordecim deñ.
¶ Palatium filioꝝ cambij lib. xxxv. deñ.
¶ Caſtrũ Coſtani lib. decem ꝛ ſol. decem.
¶ Caſtrum more libras quindecim deñ.
¶ Valfabrica libras vigintiquinqꝫ deñ.
¶ Podium buchaioni: ꝛ } libras tres deñ.
¶ Plebs ſancte thechie } libras tres deñ.
¶ Roccheciola lib. decẽ ꝛ ſeptẽ ꝛ ſol. decem.
¶ Mons viridis libras decem.
¶ Turris berardi libras duas.
¶ Caſtrum nouum libras duodecim.
¶ Caſtrum ſterpeti libras decem.
¶ Turris Andree: libras viginti.
¶ Caſtrũ inſule romaneſche alias baſtie.

¶ Q; arma non portentur tpe indulgentie ſancte Marie angeloꝝ. Rubrica. 106.

ITem Ad conſeruandam fidelitatem deuotiſſimoꝝ chriſtianoꝝ ad hanc diuinam indulgentiaꝫ ſancte Marie Angeloꝝ vndiqꝫ venientiuꝫ. Statuerunt ⁊ ordinauerunt, ꝙ decetero nullus forenſis tpe dicte indulgentie in honoreꝫ beatiſſime virginis Marie ⁊ tanti excellentiſſimi muneris indulgentie in hoc agro Aſiſinatenſi humano generi impartito/ſola dei clementia ⁊ interceſſione diui patris noſtri Franciſci/aliquo modo/vel aliquo queſito colore in campo ſiue platea dicte eccleſie/audeat vel pſumat portare vel portari facere aliquod genus armoꝝ offenſibilium vel defenſibiliū ſub pena ⁊ ad penaꝫ quinqꝫ lib. deñ. ⁊ perditionis dictoꝝ armoꝝ. Et vt dicta lex ad notitiam ſinguloꝝ deueniat: fiat ⁊ fieri debeat in dicto campo: ſiue platea predicta eccleſie ſancte Marie Angeloꝝ de predictis publicum ⁊ ſolemne bannimentum/ꝙ nullus contrafaciat ſub pena predicta.

¶ Q; in hoſpicijs circunſtantibus ſancte Marie de Angelis non poſſint retineri mulieres inboneſte. Rubrica. 207.

¶ De ꝓhibita molieꝝ retentiōe tpe indulgentie.

ITem Pro honeſtate dicti loci ſancte Marie de Angelis perpetuo conſeruanda: ⁊ vt materia ſcelerum fiendoruꝫ in circunſtantijs dicti loci penitus tollatur. Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ decetero nullus hoſpes: aut alia queuis perſona poſſit in dictis hoſpitijs ⁊ domibus retinere aliquam meretricem, vel aliam mulierem preterqꝫ vxorem/vel matrem. Et ꝙ hoc ſit notorium. Saluo ⁊ preterqꝫ in tranſitu, ⁊ per vnam noctē dumtaxat ſub pena ⁊ ad penam hoſpiti qui retineret. xxv. ducatorum auri. Et patrono ⁊ domino hoſpitij quinquaginta de facto exigendorum: ⁊ applicandorum apoſtolice camere: demptis tamen ducatis decem: quorum quinqꝫ lucretur pro executione de ijs facienda dominus poteſtas huius ciuitatis Aſiſij pro tempore exiſtens: ⁊ alios quinqꝫ ducatos eius ſotius miles: qui teneatur ⁊ debeat omni hebdomoda reuidere ⁊ ꝑquirere dilig̃ter dicta hoſpitia ⁊ domos: alioquin ſi in predictis negligens fuerit: ⁊ dicto modo non perquiſiuerit/dicta portione quinqꝫ ducatoꝝ careat. Et predicta omnia ⁊ ſingula predictus dñs poteſtas teneatur ⁊ debeat exequi: ⁊ executioni mandare cum effectu omni cauillatione ⁊ excuſatione remotis: ⁊ de facto: non obſtantibus quibuſcunqꝫ ſub pena ⁊ ad penam quinquaginta ducatorum auri: camere apoſtolice applicandorum. De quibus debeat ſpecialiter ſindicari per capitulum in ſuo ſindicatu per ſindicos nondum legeñ. ⁊ apponeñ. in inquiſitione contra dictum dominum Poteſtatem formanda.

¶ Q; notarius reformationum teneatur dicta ſtatuta legere ⁊ computare in ſacramento introitus prioratus. Rubrica. 208.

ITem Ad hoc vt priores noui pro tempore futuri in officio prioratus nō poſſint pretendere vel allegare vllam ignorantiam circa vtilia cōis ⁊ reipublice neceſſaria: hoc preſenti ordinauerunt ſtatuto: ꝙ decetero cancellarius cōmunitatis qui pro tempore erit teneatur ⁊ debeat ſemper in introitu dñorum priorum dicte ciuitatis. Et maxime tempore iuramenti eis deferendi de obſeruantia ſtatutoꝝ legere memorari ⁊ in ipſo iuramento computare ipſis dñis prioribus omnia ſupradicta ſtatuta que loquuntur de pertinentibus ad expeditionē eoꝝ officij. De quibus ſtatutis fiat vnuꝫ volumen ab alijs ſeparatuꝫ ad hoc vt cōmode ſciri poſſit que ſint ipſa ſtatuta: ⁊ quid importet eoꝝ effectus ⁊ ſententia: qui dñi priores ꝑdicti ſemper in introitu eoꝝ officij iurent ⁊ iurare debeant obſeruantiā ſtatutoꝝ ꝑdictoꝝ. Teneatur inſuper idem cācellarius in quolibet generali cōſilio in eadeꝫ ciuitate Aſiſij faciēdo recordari dictis dñis prioribus pro tpe exiſtentibus vt legi faciant in ipſo conſilio generali ſupra dicta ſtatuta ſiue reformationes. Et ſi in ꝑmiſſis negligēs fuerit cadat in peñ. lib. x. deñ. quas retinē teneat maſſarius camē apłice q ꝓ tpe erit de ſuo ſalario ſub dcā pena.

¶ Statuta ſpecialiter legenda prioꝝ.

¶ Q; nullus prior vel notarius durāte eoꝝ officio vlluꝫ lucrum faciant. Rubrica. 209.

¶ Priores a lucris abſtineant.

QUia Preſentes manus oportet ab oī munere mundas eſſe. Statuerūt ⁊ ordinauerūt: ꝙ nullus prior vel notarius prioꝝ durante eoꝝ officio aliqđ lucruꝫ

Illicitum faciant occaſione alicuius officij/nec aliquid noīe lucri recipiant nec ꝓmiſſionez per ſe vel aliuz eius noīe/aliquo colore queſito. Et qui ꝯfecerit ſoluat cōi Aſiſij noīe bāni qnquaginta lib. deñ. ⁊ debeat per poteſtatem vel capitaneum dicti cōis a dicto officio remoueri.

¶ Qꝫ nullus q fuerit prior vel rector prioꝝ poſſit eſſe deinde ad vnū annuz ad dicta officia. Rubrica. 210.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerūt ꝙ nullus prior q erit, vel notarius prioꝝ/poſſit eē prior/vel notarius ipſoꝝ inde ad vnū annū/a die depoſitionis officij ſub pena centū lib. deñ. acceptanti ⁊ officiali q eū ꝯſtringeret ad acceptandū ⁊ electio non valeat ipſo iure. Et ꝙ priores ⁊ notarius ipſoꝝ qui hinc retro fuerint in dicto officio prioratus ⁊ notariatus ꝯ formā ſtatutoꝝ cōis Aſiſij/auctoritate pñtis ſtatuti de acceptatiōe ꝑdicta ꝑdicti officij prioratus ⁊ notariatus intelligant ⁊ ſint ipſo iure abſoluti ⁊ liberati: ⁊ ſindicari/vel ratiocinari nō valeant. Et ꝙ in ꝓpria buſſula dñoꝝ prioꝝ fienda non poſſit mitti aliquis prior vel notarius/qui fuerit prior: vel notarius ante dictā repletionē infra annum. Poſſint tñ teneantur ⁊ debeant ratiocinari ⁊ ſindicari ſcḋm formam ſtatutoꝝ dicti cōis ſi qua alia cōmiſiſſent in dictis officijs contra formam dictoꝝ ſtatutorum.

¶ De arbitrio dñoꝝ prioꝝ populi circa incendium. Rubrica. 211.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerūt/ꝙ priores populi ciuitatis Aſiſij qui pro tpe erūt habeant plenuz ⁊ liberum arbitrium de pecunia ⁊ ere cōis Aſiſij expendendi illam quantitatez pecunie quam viderint neceſſariam eſſe tempore quo euenerit ꝙ ignis accenderetur in aliqua domo vel loco ciuitatis Aſiſij: prout eis videbitur ⁊ placebit abſq; aliqua alia ſolemnitate vel deliberatione.

¶ Qꝫ priores populi habeant arbitrium ſuper luminarijs. Rubrica. 212.

Ad hoc Ut ne ſemper opporteat cōgregari conſilia tpe quo fiunt luminaria ⁊ ꝓceſſiones per cōe Aſiſij pro expenſis faciendis occaſione ipſaꝝ proceſſionum ⁊ luminarioꝝ: ⁊ pro pecunia habēda occaſione ꝑdicta. Statuerunt ⁊ ordinauerūt ꝙ dñi priores populi ciuitatis Aſiſij habeāt. ⁊ habere intelligantur auctoritatē ⁊ bailiaz expendendi: ⁊ expēſas faciēdi ⁊ ordinandi de quacūq; pecunia cōis vndecunq; redacta nō obſtañ. ꝙ ad aliū vſuz deputata eſſet pro ꝑdictis luminarijs faciēdis: taz in cera ⁊ panictis de ſepo q̄z alijs occurrētibus pro ꝑdictis. vz feſtiuitatibus ⁊ vigilijs feſtiuitatuz: que ordinate ſunt vel erunt ꝑ formaz ſtatutoꝝ vel ordinamentoꝝ vel reformationū cōis Aſiſij in quacūq; quantitate: ⁊ prout: ⁊ ſicut eiſdē prioribus: videbit ⁊ placebit: dūmō nō poſſint dicti priores expēdere pro qualibet dictaꝝ luminariaꝝ ꝯ formā ſtatuti. vltra. C. ſol. deñ. vz pro luminarijs ſancti Rufini: ſancte Clare, ſancti Uictorini ſancti Franciſci. Et ſancte Marie maioris.

¶ Qꝫ nullus Prior vel notarius Priorum poſſit ire ad domum alicuius mortuis vel agere aut conueniri in iudicio. Rubrica. 213.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt pro honore dicti cōmunis, ⁊ officij Prioratus predicti: ꝙ nullus Prior vel notarius Priorum exiſtens in officio prioratus: poſſit vel debeat ire ad domum alicuius mortui: vel mortue ad penam. xxv. lib. deñ. pro quolibet contrafaciente: ⁊ qualibet vice. Et quilibet poſſit denunciare: ⁊ accuſare contrafacientem: ⁊ nomen eius teneatur in ſecreto. Et Poteſtas ⁊ Capitaneus qui executionem faceret de predictis, quartā habeat partem eius qḋ venire fecerit in cōi ex ſua ſententia vel proceſſu. Liceat tamen eis ire ad domos conſanguineorum actinentium alicui ex predictis Prioribus: vel notarius vſq; ad tertium gradum. Et quando moreretur aliquis de ipſo officio Prioratus vel notariatus ipſo in officio exiſteñ. ⁊ etiam quando aliquis eques: vel doctor aut nobilis moreretur de dicta ciuitate. ¶ Et ꝙ nullus qui fuerit in officio prioratus: vel notariatus durante eoꝝ officio poſſit per ſe/vel aliuz facere vocari aliquē ad iudiciū in aliqua cā. Nec ipſi priores ⁊ notarius exiſtētes in ipō officio vocari poſſint

¶ Prior agere vel cōueniri non poteſt in iudicio.

ad iudiciuȝ in aliqua cā ciuili. Et ſi vocarentur ipſi priores vel vocari fecerint: nō valeat nec teneat qcquid fieret p aliquē officialem dicti cōis: ꝛ nulluȝ ſortiatur effectū. Et cōtrafaciens pro quolibet ꝛ qualibet vice: in quīquaginta lib. deñ. debeat ꝯdemnari. Et in eandē penā incurrat officialis qui ꝓcederet. Et in p̄dictis per ſuum ſindicū ꝛ ſindicus debeat ēt condēnari.

¶ Qꝫ cancellarius teneatur dare in ſcriptis nomina priorum de buſſula extractorū eo die vel ſequenti: ꝛ q̄ priores non admittantur. Rubrica. 214.

ITem Statuerunt ꝛ ordinauerunt ad hoc vt ſufficientiores ꝛ meliores homines in officio prioratus pro futuro tpe repiant̄: q̄ extractis prioribus de buſſula in qua iacent/ea die/vel ſequenti cancellarius ꝛ notarius reformationuȝ dicti cōis teneat̄ ꝛ debeat noia ipſoꝝ prioꝝ dare in ſcriptis dñis prioribus pro tpe in officio exiſtētibus dicte ciuitatis: ꝛ ipſis datis ꝛ conſignatis dictis dñis prioribus per ipſum cancellarium/teneātur ꝛ debeant dicti dñi priores inquirere ꝛ diligenter inquiſitionē facere. [Si aliquis ex dictis prioribus eſſet minor. xx. annis ſ̄m formam ſtatutorum, vel q̄ non eſſet oriundus de ciuitate Aſiſij/vel q̄ eſſet aliqua notabili infamia notat]. Et quos inuenerint minores xx. ānis: vel nō oriundos de dicta ciuitate, vel hmōi infamia notat] illuȝ vel illos ab officio prioratus p̄dicto teneant̄ ꝛ debeāt āmouere: ꝛ aliū ſ eligat̄ loco ſui. ſ. q̄ extrahat̄ de buſſulo ſubſtitutoꝝ ꝛ vacātiū. Et ſi dicti dñi p̄ores eēnt in p̄dictis negligētes/ꝛ ad ingrenduȝ ꝛ inueſtigādū de p̄dictis: in. C. lib. deñ. pro vice qualibet qua ꝯfecerint debeant per eoꝝ ſindicum condemnari.

Minor an. xx. vel nō oriundus de ciuitate Aſiſij. aut infamis priores eſſe non poſſunt.

¶ De pena acceptantis officiū prioratus contra formam ſtatutoꝝ. Rubrica. 215.

ITem Statuerunt ꝛ ordinauerunt: q̄ ſi aliqs vel aliqui fuerint extracti de buſſulo prioratus ꝯ formaȝ ſupradicti ordinamēti: ꝛ ipſuȝ officium acceptarent contra formā p̄dictaȝ/talis/vel tales dictū officiū acceptātes/p dños poteſtatē vel capitaneū dicte ciuitatis in lib. centū deñ. debeāt ꝯdemnari. Et nihilominus āmoueat̄ ab officio ſupradicto. Et quilibet poſſit cōtrafacientes accuſare/vel denūciare: ꝛ nomē eius teneat̄ in ſecreto.

¶ Qꝫ nullus prior vel camerarius/vel aliqua perſona tractet barractariam alicuius maleficij cum domino poteſtate vel capitaneo. Rubrica. 216.

Item Statuerūt ꝛ ordinauerūt: q̄ nullus prior/vel camerarius alicuius artis/vel aliquis popularis cuiuſcūq ꝯditionis ſit/vel aliqua alia perſona/audeat vel preſumat cū dño poteſtate vel capitaneo: ſeu aliquo officiale forēſi ciuitatis Aſiſij: ſeu cū aliquo familiare p̄dictoꝝ publice/vel ſecrete tractare/ordinare/vel facere reuēditionē baractariā colluſionē, vel corruptionē alicuiꝰ maleficij, vel ꝓceſſus, vel reformatiōis fiēde in p̄iudiciū ꝛ dānū dicti cōis/ad penā p quolibet dcōꝝ dñoꝝ poteſtatis ꝛ capitanei. C. lib. deñ. Si in inquirēdo quolibet mēſe extiterint negligētes: ꝛ reptos culpabiles quoſcunq in dicta pena debeant ꝯdemnari. Et ſuper p̄dictis ꝛ quolibet p̄dictoꝝ p̄dicti dñi poteſtas ꝛ capitaneus ꝛ ſindici p̄dictoꝝ qui erunt ad officiū ſindicatus poſſint ꝓcedere per inqſitionē/denūciationeȝ/accuſationem ꝛ per oēm viam ꝛ modum: qui ꝛ que dictis dñis capitaneo ꝛ poteſtati videbitur ꝛ placebit: ꝛ repertos culpabiles punire ꝛ ꝯdemnare in dictis penis. Et in priuatione officij pro quinq annis incipiendis a die ferende ſententie. Et de p̄dictis ꝛ quolibet p̄dictoꝝ. ſ. de lucro ſimonia ꝛ fraude ꝓbetur ꝛ ꝓbari debeat per vnum bonum ꝛ idoneum teſtem de viſu ꝛ per quinq bonos vel idoneos teſtes de publica voce, ꝛ fama.

¶ Qꝫ Priores populi teneantur proteſtari in conſilio dominis Poteſtati ꝛ Capitaneo obſeruantiam ſtatutorum. Rubrica. 217.

QUodlibet Officium prioratus Aſiſij. Statuerunt ꝛ ordinauerunt: q̄ teneatur ꝛ debeat proteſtari Poteſtati dicte ciuitatis ꝛ Capitaneo eiuſdē. In ꝯſilio generali vel populi: q̄ debeāt oīa p̄dicta ꝛ infraſcripta ſtatuta ꝛ ꝓuiſiones loquētia de bonis moribus obſeruare ꝛ obſeruari facere pena. x. lib. deñ. p quolȝ p̄ore.

Et de predicta proteſtationē confici faciant publicum inſtrumentum per cancellarium dicti cōis, qđ ſi non fecerint, ſindicari debeant per eos ſindicos tpe eoꝝ ſindicatus. Et ſi pdicti poteſtas ⁊ capitaneus poſt predictam proteſtationem fuerint negligentes in non ſeruando vel non faciendo contenta in ipſis ſtatutis ⁊ prouiſionibus/vel aliquo predictorum penam quinquaginta lib.deñ.pro quolibet incurrant.

C Q priores populi debeāt eē in ꝯcordia ad eligēdū ſapiētes ſup remiſſiōe eis fcā. R.214.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerūt q qñ prioribus populi fieret aliqua remiſſio per aliquod cōſiliuȝ habens auctoritatē: q tunc oēs priores in ꝯcordia vel ſaltim quinqȝ ex eis debeant eſſe in concordia ad eligendū oēs ſapientes qui debent eſſe ad ꝓuidēdum vna cum ipſis prioribus ſuper remiſſione: ſeu remiſſionibus eis factis. Et ſi aliter fieret electio non valeat. Et ſemper Priores ⁊ ſapientes per eos ſic electi debeant prima vice anteq̄ȝ ad ꝓuidendum ⁊ ordinandum perueniant: iurare ad ſancta Dei euāgelia tactis ſcripturis corporaliter facere omnia ⁊ ſingula bona fide ⁊ ſine fraude: ⁊ oīa que magis fuerint vtilia pro cōi Aſiſij: nec ēt remiſſionē extendere nec trahere ad alium effectuȝ, niſi tm̄ ad ea que reformatio conſilij qđ eis remiſit: loquitur vel loqueretur: ⁊ ſi traheretur vel ſe extēderet aliter non valeat ipſo iure. Et nihilominus Priores ⁊ ſapientes predicti condemnenť in xxv. lib.deñ.pro quolibet, nec ēt vlla remiſſio que fieret prioribus cū ſapiētibus aliquibus duret vltra menſem niſi per conſilia auctoritatem habentia: ſeu per aliquod ipſoꝝ ſpecialiter deliberaretur. Teneantur inſuper dicti priores eligere ſapientes ⁊ bonos homines / legales ⁊ ſufficientes. Et q illi quibus facta eſſet remiſſio, non poſſint dictam remiſſionem ad minoreȝ numerum reducere q̄ȝ declaratum fuerit in conſilio.

C q priores in remiſſionibus aduocēt ſapientes.

C De electione ſapientum cōmunis. Rubrica.215.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerūt/q per dños priores populi fiat ⁊ fieri debeat electio ⁊ nominatio oium ⁊ ſinguloꝝ ſapientuȝ cōis ꝓut ipſis dñis prioribus videbitur ⁊ placebit: quoꝝ ſapientum ſic electoꝝ ⁊ noīatoꝝ noīa mittantur ⁊ ponantur in quadam buſſula. Et perfecta pñti buſſula/alia per dños priores artium dicte ciuitatis refici debeat. Et extrahantur de dicta buſſula ſingulis ſex menſibus noīa ſapientum: qui ſic extracti ſint: ⁊ intelligantur ſapientes: ⁊ aduocati cōis Aſiſij: ⁊ ipſoꝝ officium duret ſex menſibus tm̄. Qui ſic extracti habeant ⁊ habere debeant pro eoꝝ ⁊ cuiuſqȝ ipſoꝝ ſalario de ere dicti cōis. In fine dicti tpis pro quolibet eoꝝ tres florenos cū appodixa dñoꝝ priorum que appodixa fieri ⁊ ſolui poſſit ſine aliqua alia approbatione vel deliberatione. Et dicti aduocati teneantur ⁊ debeant toto tpe pdicto pro dicto ſalario defendere oēs queſtiones ⁊ cauſas cōis in ciuitate Aſiſij. Et oēs ſcripturas neceſſarias ⁊ vtiles dicto cōi pro cauſis neceſſarijs ⁊ opportunis intus vel extra ciuitatem. Et in ciuitate pdicta dictare ⁊ ſcribi facere: ⁊ omnia alia facere ⁊ exercere que eiſdem per dictos Priores qui pro tpe erunt mādata fuerint ⁊ iniuncta. Et conſulere: ⁊ conſilium dare ipſis dñis prioribus: ⁊ alijs officialibus dicti cōis de iure, ꝓut melius ⁊ vtilius viderint ⁊ cognouerint pro cōi: ⁊ ſigillare eoꝝ ſigillis ꝓprijs eoꝝ conſilia qñ petitum fuerit ab eiſdem per dños priores populi. Et ſi dicti ſapientes iniuſtum cōſilium dederint ipſis prioribus vel alicui: aut aliquibus officialibus cōis Aſiſij/teneantur de eorum ꝓprio reſarcire omnia damna ⁊ expenſas/ac intereſſe cōis Aſiſij: ⁊ ſpecialium perſonaruȝ. Et nihilominus incurrant in penam/in qua priores incurrerent/vel alij officiales occaſione conſilij iniuncti per eos dati ⁊ cōi Aſiſij in.xxv.lib.deñ.pro quolibet ipſoꝝ cōdemnetur. Et ſi aliquis ex dictis ſapientibus eſſet extractus de dicta buſſula: ⁊ eſſet abſens a ciuitate ⁊ comitatu Aſiſij: ⁊ infra decem dies: a die extractionis non redierit ad ciuitatem/extrahatur alius loco ſui de dicta buſſula ⁊ nomen ipſius extracti remittatur in dicta buſſula. Qui ſapiētes dicto tpe pro dicto ſalario teneantur defendere omnes cauſas ⁊ queſtiones miſerabilium pſonarum ⁊ pauperum. Et teneantur dare conſilium ſigillatum infra quintam diem poſtq̄ȝ fuerint requiſiti per priores populi ſub dicta pena. Et q poteſtas ⁊ capitaneus dicte ciuitatis ad petitionem dictoꝝ dñoꝝ prioꝝ teneantur ⁊ debeant dictos ſapientes: ſeu alteꝝ eoꝝ cōtra predicta faciētes cogere ⁊ cogi facere realiter ⁊ perſonaliter ad obſeruañ. omnia ⁊ ſingula

C De aduocatis cōis ⁊ eoꝝ officio ⁊ ſalario.

contenta in ſtatutis cōis Aſiſij. Et ad ſoluendum dictam penam. Et ſi poteſtas ⁊ capitaneus fuerint negligentes in predictis condemnentur pro quolibet/⁊ qualibet vice.in.xxv.lib.deñ. Et de predictis oībus Poteſtas ⁊ capitaneus ſpecialiter ſindicentur per ſindicos cōis.

¶ Q: in palatio dñoꝝ Prioꝝ populi ſint baliſte. Rubrica.220.

Item Prouiderunt ⁊ ſtatuerunt: ꝙ in palatio dñoꝝ prioꝝ ſint ſemper due baliſte groſſe cum vno telario. Et.xx. alie baliſte groſſe paruiores: q̄ ſignentur ⁊ ſignari debeant cum vna bulla de ferro cum ſigno ad voluntatē priorum cum quatrellis neceſſarijs ⁊ opportunis ad ſagittandum. Que baliſte reponantur in vno loco dicti palatij cum claue: in quo loco etiam reponantur vexilla dicti cōis, q̄ clauis ſit penes vnum ex prioribus eligenduz per alios priores. Et ꝙ dicta clauis ſemper ſit in ſupradicto palatio. Et ꝙ de dictis baliſtis ⁊ quatrellis fiat inuentariuz: ⁊ reaſſignetur ſm ꝙ ſit de alijs rebus cōis. Et ꝙ p aptationē loci vbi reponanᷓ dicte baliſte ⁊ vexilla dñi priores populi poſſint expendere ſine alia deliberatione ad hoc vt melius conſeruentur.

¶ Non eſt in vſu.

¶ Q: p dños priores populi eliganᷓ q̄tuor hoīes q̄ teneanᷓ denūciare ludētes. Rca.221.

¶ Denunciatores ludentium ⁊ blaſſemantium.

Item Per dños Priores populi in qualibet porta ciuitatiſ Aſiſij. Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ eliganᷓ quatuor boni hoīes legales ⁊ ſufficiētes: qui teneantur ⁊ debeant vinculo iuramenti cedulas mittere in cippis cōis dominoꝝ poteſtatis ⁊ capitanei: ⁊ oēs quos inuenerint ludere ad aliquē ludū azzardi ſiue taſſillorum ꝓhibitum per formam ſtatutoꝝ. Et idem intelligatur de blaſſemantibus: ⁊ maledicentibus deum/vel ſanctos ⁊ ſanctas eius. Et oēs inuēti culpabiles p dñm poteſtatem cōis Aſiſij condemnenᷓ ſm formaz ſtatutoꝝ dicti cōis de materia loquentiuz. Cuius pene tres partes ſint cōis: ⁊ quarta pars officialis exequētis. Et ipſi cippi aperiri non poſſint niſi in preſentia dñoꝝ prioꝝ. Et oēs cedule que inuenirenᷓ legantur per notarium ipſorum in conſilio generali/vel populi: ⁊ etiam regiſtrentur. Et eodem modo ⁊ ordine eligantur in qualibet villa duo cuſtodes qui modo predicto denunciare teneantur.

¶ Q: prioribus populi cū ꝯſenſu prioris hoſpitalis ſit licitū expendere pro defenſione iuris hoſpitalis. Rubrica.222.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ priores populi qui modo ſunt ⁊ pro tpe erunt cum voluntate ⁊ pn̄tia prioris hoſpitalis cōis poſſint ⁊ eiſ licitum ſit expendere ⁊ expēdi facere de pecunia ⁊ ere cōis Aſiſij: prout eis videbitur ⁊ placebit pro defenſione iuriuz que habet hoſpitale cōis/ſiue rector ipſius in hoſpitali leproſoꝝ priori hoſpitalis cōis Aſiſij. Et ēt ratificationem factam de ipſa ſubmiſſione. Et oīa ⁊ ſingula poſſint facere in predictis ⁊ circa predicta ſemel ⁊ pluries ⁊ quotiens eis videbitur ⁊ placebit: que facere poſſet totum dictum cōe Aſiſij: ⁊ ēt cōſilia opportuna. Et camerarius cōis qui nunc eſt, ⁊ qui pro tpe fuerit teneatur ⁊ debeat ad penam quinquaginta lib.deñ.ad requiſitionē dñoꝝ prioꝝ populi pro predictis ⁊ occaſione ꝑdictoꝝ expendere illam q̄ntitatem pecunie de ere cōis que eis videbitur/aliquo ſtatuto in ꝯ̄rium loquente non obſtante/ſine aliqua alia deliberatione cōſilij vel arenghe. Dūmodo ꝙ dicte expenſe facte: aut fiende occaſione predicta fiant legaliter ⁊ ſine fraude: vel aliqua malitia: de quibus debeant ēt dicti Priores per eoꝝ ſindicos tpe eoꝝ ſindicatus ratiocinari. Et ſi quaz fraudē eoꝝ ſindici inuenerint eſſe cōmiſſaz p aliquē in predictis. Illuz vel illos tales defraudantes debeāt ꝯdemnari in quinquaginta lib.deñ.⁊ in reſtitutione quadrupli eius qđ fuerit inuentuz eſſe defraudatū dicto cōi Aſiſij applicañ.⁊ in priuatione officij cōis p quinquēniū.

¶ Q: ſindicus cōis teneaᷓ ꝓteſtare dñis prioribus ꝑtāti ⁊ capitaneo obſeruātiū ſtatutoruz. Rubrica.223.

SIndicus Ciuitatis Aſiſij. Statuerunt ⁊ ordinauerūt: ꝙ teneatur ⁊ debeat quolibet menſe proteſtari dñis prioribus poteſtati ⁊ capitaneo: ⁊ cuiqȝ ipſoꝝ officialis: ꝙ obſeruent oīa ſtatuta ⁊ ordinamenta ciuitatis Aſiſij facta ⁊ facienda ſiue fienda: ⁊ deinde fieri faciat inſtrumentū: ⁊ ſi nō fecerit, ſoluat.xxv.lib.deñ.

¶ De modo

¶ De modo ⁊ ordine ſigillationis litterarum. Rubrica. 224.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ in modo litteraꝝ ſigillandaꝝ hec forma ſeruetur: ꝙ dñi Priores populi ciuitatis Aſiſij non poſſint nec debeant ad penam. xxv. lib. deñ. cõmittere mittere/aut deſtinare litteras aliquas que mittuntur vel mitterentur pro factis alicuius ſpecialis perſone ad dñm noſtrum Papã: Cardinales, ⁊ Reges: ad miniſtrum generalem ordinis fratrum minoꝝ: ⁊ ad dñm Legatum/niſi primo ⁊ ante omnia legantur in conſilio generali dicte ciuitatis: ⁊ in dicto cõſilio approbẽtur ſaltim per duas partes ex tribus partibus hominuꝫ dicti conſilij ad lupinos albos ⁊ nigros. Que littere debeant ſcribi per cancellarium cõis tunc in dicto officio reſidentis: ⁊ regiſtrari in libro reformationũ dicti cõis/pena cancellario obmittenti ⁊ ſcribenti/non ſeruanti dictam formam/deceꝫ ducatı. auri applicañ. camere apoſtolice cõis Aſiſij. Alie vero littere que mittuntur in ſeruitium cõis Aſiſij: ⁊ pro ambaſciatis ⁊ factis ſpecialium perſonaꝝ/ad ciuitates terras/⁊ loca/⁊ ad perſonas ſpeciales poſſint ꝑ ipſos Priores populi oẽs in concordia exiſtentes ſigillari ſine alia ſolemnitate. Et cuſtodia ⁊ conſeruatio dictoꝝ ſigilloꝝ cõis ⁊ populi / ſit apud Priores populi in eoꝝ palatio in capſa ſex clauiũ ſm modum ⁊ ordinẽ cõſuetũ. Et ꝙ quicũqꝫ in ꝑdictis/aut aliquo ꝑdictoꝝ aliquã fraudem cõmiſerit: vel cõtra predicta/vel aliquod ꝑdictoꝝ fecerit/condemnari debeat in ducentis lib. deñ. pro quolibet/⁊ qualibet vice.

¶ De modo eligendi ambaſciatores cõmunis. Rubrica. 225.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ ambaſciatores cõis Aſiſij qui mitterẽtur/vel mitti contingerit ad Sanctiſſimum dñm noſtrũ Papam / vel ad Reuerendiſſimos dños Cardinales: vel ad aliquos dños vel barones eligantur in cõſilio generali populi dicte ciuitatis: ⁊ cũ quot equis ⁊ familiaribus ire debeãt ſm ꝙ per dictos dños Priores ⁊ cõſilium fuerit hactenus ordinatuꝫ. Ambaſciatores vero deſtinandi ad dñm Gubernatorẽ vel ad aliquã cõitatem/vel ad aliam ſpecialem perſonam eligantur ⁊ eligi poſſint per dictos dños Priores vna cũ conſilio ſecreto dicti cõis: ⁊ ꝙ obtineatur per duas partes ad lupinos albos ⁊ nigros ſingula ſingulis referendo: alias dicta forma non ſeruata/dicta electio non valeat/nec teneat ipſo iure. Et quicquid per eos factuꝫ fuerit euaneſcat. Et nihilominus ſi Priores contrafecerint in penam. xxv. lib. deñ. incurrãt: ⁊ de eoꝝ ſalario auferẽ. ⁊ applicañ. camere cõis Aſiſij. Et dicti Ambaſciatores electi forma ꝑdicta non ſeruata nullum percipiant ſalarium a cõitate ꝑdicta. Qui ambaſciatores habeãt ⁊ habere debeãt ꝓ eoꝝ ſalario ⁊ ꝓuiſiõe pernoctãdo. vꝫ ꝑ quolꝫ equo ⁊ ꝑſona ſexdecim bononenos: ⁊ ſi nõ ꝑnoctauerit deceꝫ bononenos: ⁊ vltra ſalariũ ꝑtaxatum habere/aut petere non poſſint aliquo queſito colore. Et ꝙ ſalarium ſoluatur cũ appodixa dñoꝝ Priorum.

¶ De ambaſciatoribus.

¶ De ambaſciatorum ſalario.

¶ Q ambaſciatores cõis nõ poſſint facere aliã ambaſciatã niſi ſibi cõmiſſaꝫ. Rubrica. 226.

ITem Ad hoc vt ambaſciate cõis: ⁊ eius negotia gerenda cum maiori diligentia ⁊ ſollicita cura expediantur, ⁊ circa ꝓpria cõmoda poſtpoſitis ipſius cõis agendis non intendaꝫ. Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ quicũqꝫ cuiuſcunqꝫ ꝯditionis extiterit/qui decetero fuerit electus ⁊ miſſus ex parte dicte cõmunitatis in aliquo loco pro ambaſciatore cõis Aſiſij: non poſſit neqꝫ debeat per ſe: vel per alium directe vel indirecte publice vel occulte aliquid dicere/facere/petere/vel impetrare/ niſi ſolum exequi ⁊ adimplere ea que ſibi impoſita ⁊ cõmiſſa erũt per cõſilium vel dominos Priores populi pro tꝑe exiſtentes/a conſilio poteſtatem habentes eligendi aliquos ciues/ cum quoꝝ cõſilio ſuper aliqua materia talia ipſis ambaſciatoribus impoſita vel cõmiſſa fuerint, que tñ ſint ⁊ eſſe debeant ad fidelitatem ſancte Romane eccleſie. Pacem ⁊ vnioneꝫ populi prefate ciuitatis Aſiſij/ac bonum vtilitatem ⁊ cõmodum reipublice cõis ciuitatis eiuſdem. Et quicũqꝫ transgreſſor: ⁊ contra ire deprehenſus fuerit: ipſo facto incidat in penam. xx. flor. auri ab eo inremiſſibiliter auferẽ. Et nihilominus teneatur ad reſtitutionẽ oĩum pecuniaꝝ quas ab eodẽ cõe recepiſſet ex cã ꝑmiſſa. Et inſuper vt in futuruꝫ ſuper talibus tollaꝫ

¶ De ambaſciatoꝝ officio ⁊ vt mandata cuſtodiant.

omnis ꝓſumptio delinquendi talis ꝯfaciens priuetur omni officio/cõmodo ⁊ beneficio dicte ciuitatis in ꝑpetuũ ⁊ ꝑ infinita ſecula, nec eidem poſſit de eiſdem aliq̃ fieri gr̃a vel remiſſio.

¶ Qꝫ ambaſciator miſſus pro cõe nõ poſſit mitti ad aliquã aliã ambaſciataꝫ deinde ad tres menſes. Rubrica. 227.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerũt:ꝙ nullus qui fuerit ambaſciator miſſus ꝑ priores ⁊ cõe dicte ciuitatis Aſiſij:deinde ad tres menſes non poſſit eligi/vel mitti ad aliquã aliaꝫ ambaſciatam/pena eligentibus centum lib.deñ.⁊ acceptãtibus q̃nquaginta lib. que pena exigi debeat per poteſtatem:vel capitaneum ad petitioneꝫ cuiuſcunqꝫ petentis. Et habeat dictus officialis quartam partẽ eius qđ venire fecerit in cõi occaſione ꝓdicta. Saluo ſemꝑ ꝙ ambaſciator qui inceperit ambaſciataꝫ ⁊ non perfecerit/poſſit tanq̃ informatus re/dire ad perfectionẽ dicte ambaſciate ⁊ nõ itelligat̃ noua eſſe fcã electio, ſed ꝓſecutio prime.

¶ Qꝫ bãnitores ⁊ baiuli teneant̃ obedire prioribus. Rubrica. 228.

Bannitores Et baiuli cõis Aſiſij. Statuerunt ⁊ ordinauerunt:ꝙ debeãt obedire dñis prioribus populi:⁊ ſi nõ paruerint:vel fraudẽ cõmiſerint in eoꝝ officio/poſſint ab officio remoueri ⁊ priuari/dũmodo ꝓconibus dicte ciui/tatis nõ poſſint ꝓcipere/ꝙ exeãt extra diſtrict⁹. Et ille q ꝓuatus fuerit nõ poſſit ad deñ offiñ reponi vel reaſſummi/niſi fuerint tres partes ꝯſilij dñoꝝ prioꝝ: ⁊ eoꝝ notarij in concordia.

¶ Qꝫ nullus vendat aliquam rem in fraudem officij prioratus. Rubrica. 229.

Ne fraus Cõmittatur in poſterum per aliquẽ ciuem ciuitatis Aſiſij:qui eli/geretur ad officiũ prioratus qui nõ eſſet recipiẽdus ſm̃ formaꝫ ſta tutoꝝ. Statuerunt ⁊ ordinauerunt:ꝙ nullus de ciuitate ⁊ comitatu Aſiſij/audeat/vel preſu/mat vendere aliquã rem ſtabilem in fraudem:nec aliquod inſtrumentũ donationis:vel ceſſio nis facere/nec aliquẽ alium contractum/cuius occaſione ille talis cui facta eſſet venditio:ſeu ceſſio/ſiue donatio dictum officium poſſit acceptare. Et ſiquis cõtrafecerit puniat̃ in quinqua ginta lib.deñ. Et ad ꝓbationem ꝓdictoꝝ ſufficiat publica vox ⁊ fama quinqꝫ teſtium fide di/gnoꝝ. Et ꝙ dñi Poteſtas ⁊ capitaneus ſingulis duobus mẽſibus teneant̃ inquirere de pre dictis:⁊ repertos culpabiles punire in pena predicta. Et nihilominus talem rem ſtabilẽ per dat:⁊ vere efficiatur emptoris:ſeu donatarij/aut ceſſionarij. Et emptor ⁊ donatarius: ⁊ ille cui facta fuerit ceſſio eadem pena quinquaginta lib.deñ.puniatur:⁊ a dicto officio remouea/tur, ⁊ preſumatur dictus contractus factus in fraudem fiſci per annum anteq̃ eligeretur ad officium prioratus:vel camerariatus. Et ſindicus cõmunis Aſiſij teneatur etiam inquirere de predictis ⁊ ſuam diligentiam adhibere.

¶ Qꝫ nullus prior durante eius officio percipiat aliquod officiuꝫ in cõi. Rubrica. 230.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt:ꝙ nullus prior durante eoꝝ officio/vel alicuius ipſoꝝ officio debeat aliquod officium percipere a cõi/nec ipſuꝫ facere vel exer cere:vnde aliquod ſalarium a principio:ſeu poſt ordinetur:ſeu cõſtituatur:nec ad ſoldum ire poſſit:nec in aliquam ambaſciatam:nec in particulare exercitiuꝫ vnde aliquid recipiat a cõi: nec aliquid emere, conducere:vel ad coptimum recipere per ſe vel alium/aut cum alio/dire cte/vel indirecte/aut de bonis dicti cõis ipſo officio durante/pena decem lib.deñ. pro quoli/bet contrafaciente:⁊ qualibet vice:quam penam ipſo facto incidat. Excluſerunt aũt a dicta pena illos qui ante dictum officium aliquid de predictis feciſſent:vel recepiſſent.

¶ Priores alio ſe officio ingerere non poſſunt.

¶ De pena officialis cõmittẽtis fraudẽ vel baractariã in officio ſibi cõmiſſo. Rubrica. 231.

Ad tollendum Impoſterum oẽm lucri illiciti materiã atqꝫ fraudẽ per officiales dicti cõis Aſiſij cõmittendã. Statuerunt ⁊ or dinauerunt, ꝙ ſi aliquis officialis forenſis dicti cõis in officio ſibi cõmiſſo vel cõmittẽdo frau

dem dolum/vel falſitatem cõmiſerit tacite vel expreſſe ⁊ conceſſerit:ſeu puras manus nõ ha buerit, ꝙ liceat ⁊ licitũ ſit dñis prioribus populi qui pro tp̃e erunt mittere ad dñm poteſta/ tem:vel capitaneum ⁊ dicere:ꝙ talem officialem talia cõmittentem remoueat: ⁊ remouere debeat omni cã remota. Et ſi inueniretur culpabilis in ducentis lib. deñ. condemnetur. Et po teſtas vel capitaneus loco talis officialis venire faciant alium infra decem dies ꝓxime ſubſe/ quentes: ⁊ computandos a die renouationis officialis predicti ad penam. xxv. lib. deñ. Et ſi non remouerint a die notificationis facte infra dictos decẽ dies habeatur pro remoto ⁊ quic quid fecerit ab inde imposterũ non valeat: ⁊ ſit nullius valoris. Et de predictis predicti dñi priores ⁊ capitaneus vel alius cui ꝑdicta ipſi priores cõmiſerint: ſolemnẽ inqſitionẽ faciant.

¶ Q: aliter procedendum ſit ad correctionem ſtatutorum. Rubrica. 232.

SI quo Tempore ꝓponeretur de correctione, ſeu renouatione ⁊ ordinatiõe ſta tutoꝝ ciuitatis Aſiſij. Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ hoc modo ⁊ ordi/ ne ꝓcedendum ſit. vz ꝙ proponatur in conſilio ſecreto ciuitatis Aſiſij de, ⁊ ſuper correctione ⁊ renouatiõe ſtatutoꝝ ⁊ ordinamentoꝝ dicte ciuitatis. Et ſi obtineatur per duas partes ip/ ſius conſilij ꝙ veniat poſtea ⁊ mittatur ad conſilium generale populi dicte ciuitatis in quo eſſe debeant quinquaginta adminus de numero conſiliarioꝝ generalis populi. Statuto ali/ quo. ꝟ. vel infra poſito nõ obſtãte. Et ſi in dicto cõſilio obtineatur per duas partes ipſius cõ ſilij, tunc renouatio fiat ſm̃ ꝙ deliberatũ fuerit: ⁊ aliter correctio: ⁊ renouatio fieri nõ poſſit aliquo q̃ſito colore: ⁊ ſi aliter fieret non valeat nec teneat: ſed ipſo iure ſit nullũ: ⁊ nullius va loris pena proponenti ⁊ reformanti centũ lib. deñ. Et ꝙ de caſſatione: renouatione: ⁊ cor/ rectione preſentium ſtatutoꝝ nõ poſſit nec debeat proponi: vel reformari in aliquo conſilio vſqȝ ad decem annos a die publicationis preſentium ſtatutoꝝ in antea cõputañ. Et ſi ꝓpone retur vel reformaretur, debeat adminus obtineri per tres partes in dicto conſilio exiſtentes. Et ſi infra dictum tempus decem annoꝝ fierent aliqua ſtatuta: ſeu additiones ſtatutoꝝ obti/ neatur adminus per tres partes predictoꝝ, ⁊ ſi aliter fieret non valeat ipſo iure.

¶ De ſtatutorũ correctione ⁊ qua auctoritate.

¶ Q: nulla ꝓpoſita poſtq̃ʒ fuerit ſemel ꝓpoſita ⁊ ꝑdita remittat̃ inde ad vnũ annũ. R. 233.

QUandocunqȝ Aliqua ꝓpoſita fieret impoſteꝝ que eſſet contra formã alicuius capituli ſtatuti cõis Aſiſij: ſeu ꝙ de ere cõis expendatur contra formam ſtatutoꝝ: ⁊ ꝓpoſita perdita fuerit: vel ꝙ non fuerit obtenta ſm̃ formam ſtatutoꝝ ⁊ ordinamentoꝝ dicti cõis. Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ infra annũ pro poni non poſſit nec admitti vel reformari. Et ſi ꝓponeretur vel reformaretur contra formã preſentis ſtatuti non valeat nec teneat ipſo iure: ⁊ nulli perſone actio: ſeu beneficiũ acquirat̃. Et dñi poteſtas ⁊ capitaneꝰ debeãt ꝑdicta inuiolabiliter obſeruari facẽ, dũmõ locũ nõ hẽant ꝑdicta qñ aliqd de factis romane eccleſie vel ipſiꝰ rectoris tractaret̃ de qbuſ ⁊ quoꝶ ipſoꝝ ſe mel: ⁊ plurieſ ꝓponi reformari ⁊ dliberari poſſit nõ obſtãte: ꝙ ſemel vl̃ pluries ꝑdita fuerit.

¶ Q: nullus conſulat vltra propoſitam. Rubrica. 234.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt, ꝙ nullus de aliquo conſilio cõis ⁊ populi ciui/ tatis Aſiſij facta ꝓpoſita per dños priores conſulere debeat niſi ſuper eo qđ ꝓpoſitum fuerit per ſupradictos dños priores/vel alteꝝ ipſoꝝ, nec illud idem qđ per alium in dicto cõſilio ſup dicta ꝓpoſita fuerit cõſultũ vel arengatũ niſi ꝯfirmando. Et qui contrafe cerit pro qualibet vice ſoluat noĩe bãni. xx. ſol. deñ. Et ꝙ quilibet arẽgator anteq̃ʒ dicat ⁊ cõ ſulat debeat iurare ad ſancta Dei euangelia cõſulere qđ melius ⁊ vtilius ſciuerit pro cõi. Et predicti dñi poteſtas ⁊ capitaneus: vel alter ipſoꝝ mandet: ꝙ nemo ſurgat ad conſulendũ vl tra ꝓpoſitam. Et ſi ſurgeret aliquis: contrafaciens teneatur ad dictam penam: quam predi/ cti poteſtas ⁊ capitaneus cõtrafaciẽti auferre debeant de facto ſub pena. x. lib. deñ. pro quo/ libet ipſoꝝ. Et ꝙ nullus debeat ſurgere donec predicti dñi priores: ſeu alter ipſoꝝ ſteterit pe des ad proponendum: vel donec aliquis fuerit in arengha ad cõſulendũ pena ⁊ banno decẽ ſol. deñ. pro quolibet ⁊ qualibet vice. Et ꝙ nõ ſint vltra q̃ʒ quattuor conſultores ſuper dicta propoſita ſine licentia dñoꝝ prioꝝ ſub dicta pena auferenda vt ſupra.

¶ Qꝫ priores populi habeant arbitriũ circa officiũ executionũ debitoꝝ cõis. Rica. 235.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ circa officium executionum debitoꝝ cõis/ dñi Priores populi habeant arbitrium ⁊ baliam prouidendi ⁊ ordinãdi omne id ⁊ totum qḋ circa ipſum officiũ fuerit neceſſarium ⁊ opportunuꝫ ſemel ⁊ pluries: ⁊ totiẽs: quotiens opus fuerit. Et quicquid factuꝫ fuerit circa predicta valeat ⁊ teneat auctoritate preſentis ſtatuti. Et quilibet officialis dicti cõis in exequendo cõtra debitores dicti cõis debeat parere dictis dñis prioribus ſub pena ⁊ ad penã decem lib. deñ. pro quolibet cõtrafaciente ⁊ qualibet vice dũmodo in cõis vtilitatem hec omnia fiant.

¶ Qꝫ aqueductus fontis ſancte Clare manuteneatur in bono ſtatu. Rubrica. 236.

AQueductus Fontis ſancte Clare intra ciuitateꝫ Aſiſij/ ⁊ extra. Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ manuteneatur in bono ſtatu: nec aliquis audeat ipſum aqueductum intra vel extra deſtruere: vel damnificare/ vel aliquo modo ledere. Et contrafaciens puniatur in centuꝫ lib. deñ. pro qualibet vice ſi contrafecerit. Et ſi non poterit ſoluere amputetur ſibi manus. Et quilibet habens ſpiragliolum in ipſo aqueductu in ſuo campo: vinea: vel clauſura: ipſum murare ſuis expenſis ad calcem vndiqꝫ teneatur. Ita ꝙ ex parte ſuperiori ſit in altitudine trium pedum, ad pedem iuſti hominis/ ad penam pro quolibet centum ſol. deñ. niſi fecerit infra tempus ſibi ordinatuꝫ. Et ꝙ aqueductus fontis ſancte Clare extra muros dicte ciuitatis: ⁊ intra muros eiuſdem ciuitatis aptetur ⁊ de nouo mittatur ad ſenſum ⁊ voluntatem ipſorum dominorum Priorum populi per viaꝫ ⁊ ſtratam vſqꝫ ad plateam: ⁊ per plateam iuxta muros ciuitatis Aſiſij qui ſunt iuxta eccleſiam ſancte Clare vſqꝫ ad fontem qui eſt in pede platee infra annum proxime venturum expenſis cõmunis Aſiſij de omnibus neceſſarijs ⁊ opportunis. Ita ⁊ taliter ꝙ de aqua ipſius aqueductus in abundantia labatur ⁊ emanet atqꝫ vadat ad fontem ſancti Nicolai de platea ſancte Marie epiſcopatus Portice ⁊ hoſpitalis cõmunis. Et ꝙ aqueductus ipſorum fontium, ⁊ ipſi fontes: ⁊ quilibet ipſorum aptentur ⁊ manuteneantur in bono ſtatu expenſis dicti cõmunis. Et ꝙ aqua: que eſt in domo ſaluoli menece ⁊ nicolucij vannis alegrecti: veniat in cloachã ſancti Rufini in loco habiliori pro cloacha ⁊ cannello de plumbo: ⁊ ꝙ ipſa aqua veniat in fontem ſuperiorem platee cõmunis, ⁊ poſtea veniat ad fontem ſancte Marie epiſcopatus expenſiſ cõmunis Aſiſij: ⁊ aqua que eſt in inclauſtro Corraducij octauiani. Et priores qui erunt de menſe Aprilis ⁊ Maij debeant dictum opus incipere ad penam quinquaginta lib. deñ. pro quolibet eorum: ⁊ eorum ſucceſſores debeant proſequi ⁊ finire ad dictam penam: pena opponenti ⁊ contradicenti: vel impedienti dictum aqueductum fieri quingentarum lib. deñ. Quodlibet officium Prioratus teneatur ⁊ debeat dictum opus ⁊ omnia ⁊ ſingula contenta in dicto ſtatuto fieri facere pena centum lib. deñ. pro quolibet officio Prioratus. Et ſi fuerint negligentes debeant per eorum ſindicos ſindicari ⁊ ratiocinari. Et ꝙ officialis deputandus per dominos Priores populi ſit ſuperſtites ad predicta fieri facienda ⁊ ea fieri facere teneatur pena quinquaginta lib. deñ. de ſuo ſalario. Qui domini Priores populi predictis operibus fieri faciendis ⁊ executioni mandandis: vnde pecunia veniat in cõmuni habeant plenum ⁊ liberum arbitrium: ⁊ plenam libertatem vſqꝫ ad quantitatem condignam/ ſine aliqua reformatione facienda: ⁊ ſine aliqua appodixa ⁊ approbatione capitulo aliquo ſupra: vel infra poſito non obſtante.

¶ De aqueductu fontis ſancte Clare.

¶ Qꝫ traſanna ſancti Nicolai reaptetur ⁊ reparetur. Rubrica. 237.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ fiat ⁊ reparetur traſanna eccleſie ſancti Nicolai: ⁊ capella ipſius eccleſie que eſt ſupra fonteꝫ ipſius eccleſie more ſolito poſita in ciuitate Aſiſij in platea/ expenſis cõis ciuitatis predicte prout ⁊ ſicut dñis Prioribus populi ⁊ regulatoribus qui pro tempore erunt videbitur ⁊ placebit. Et ꝙ nullus poſſit aliquo queſito colore in dicta eccleſia: vel ſubtus traſannam ipſius eccleſie reponere aliqua vaſa carratos/ vel aliquam merchantiam ad penam centum lib. deñ. per poteſtatem vel capitaneum auferenđ. de facto. Et in predictis ⁊ circa predicta pro actatione ⁊ reparatione p̄dictis

de ere ⁊ pecunia dicti cõmunis expendendi ⁊ expendi faciendi illam quantitatem pecunie/ ꝙ̃ eiſdeꝫ Prioribus videbitur ⁊ placebit auctoritatẽ habeant ⁊ omnimodam poteſtatẽ omni ſolemnitate obmiſſa aliquo capitulo ſupra vel infra poſito loquẽte in ꝯ̃rium non obſtante.

¶ Qꝫ vie ⁊ ſtrate cõmitatus diuidãtur ⁊ manuteneanť ſm modũ infraſcriptũ. Rica. 238.

AD conſeruationem Et aptationem ſtrataꝝ ⁊ viarũ comitatus Aſiſij. Statuerunt ⁊ ordinauerũt, ꝙ infraſcripte vie ⁊ ſtrate diuidanť ⁊ manuteneantur ſm infraſcriptum modũ. vꝫ: ꝙ ſtrata qua itur Peruſium manuteneatur diuidatur ⁊ aptetur per hoĩes ſtrate eccleſie: ⁊ ipſa ſtrata terminetur ex vtraqꝫ parte vie de bonis ⁊ magnis lapidibus: ⁊ in vnoquoqꝫ lapidum predictorũ ſit ſcriptuꝫ cui dicta pars terminata contingit aptare. Et fiant ſuperſtites ad hoc fieri ſm voluntatem dñoꝝ Prioꝝ populi qui pro tpe erunt: officium quoꝝ ſuperſtitum ſit ⁊ duret p annum. Et eoꝝ ſalarium ſit prout ſibi deputabitur. Et manuteneatur dicta ſtrata per homines bailie ſancti Bartholomei: ſancti Pauli de ſirectis: ſancti Blaſij: ſancte Marie capezalis cleſie. Et ꝙ oẽs alie vie ⁊ ſtrate comitatus Aſiſij manuteneantur ⁊ aptentur ⁊ cõſeruentur. Ita ꝙ cõmode per ipſas vias ⁊ ſtratas iri poſſit cum beſtijs ⁊ ſine. Et ꝙ ſtrata qua itur ad eccleſiam ſancte Marie angeloꝝ ab Aſiſio. vꝫ a porta ſancti Petri recto tramite apteť/ mactonetur: ⁊ mactonata manuteneať ⁊ reparetur per illos quos declarauerint dñi Priores: ⁊ ſm ipſoꝝ declarationem fiat. Et ad hoc faciendum eligatur per ipſos dños Priores ſuperſtites cum eo ſalario condecenti quod eis videbitur conuenire. Et ꝙ oẽs hñtes poſſeſſionem iuxta dictam ſtratam teneantur infra menſem poſtꝙ̃ fuerint requiſiti a dicto ſuperſtite mittere carbonarias inter ſtratam ⁊ eoꝝ poſſeſſiones ad penam ⁊ ſub pena decẽ lib. deñ. Et vbi clerici haberent poſſeſſiones iuxta dictam ſtratam ꝙ laboratores ipſaꝝ teneanť ipſas carbonarias mittere ad dictam penam de fructibus talium poſſeſſionum. Et ꝙ miles dñi poteſtatis ⁊ ipſe Poteſtas teneantur ⁊ debeant ire ad videnduꝫ dictas vias ⁊ ſtratas cõis ne occupentur per aliquem. Et ſi aliquis contrafecerit incidat in penam. xxv. lib. deñ. ⁊ nihilominus viam reficere ⁊ reaptare teneatur ad dictam penam: quã teneatur dictus miles eideꝫ accipere de facto. Et vbicunqꝫ inuenerit dictus miles: dictas ſtratas ⁊ vias occupatas teneatur facere reaptari: ⁊ ad priſtinũ ſtatum reduci: ⁊ ꝑdicta faciat ⁊ facere teneať cũ effectu dictus miles ad reqſitioneꝫ cuiuſlibet pſone. Et ꝙ pons ſtrate ſancti Stephani aptetur ⁊ reparetur: ⁊ aptari ⁊ reparari debeat de arena ⁊ calce ⁊ lapidibus expẽſis adiacentiũ, ⁊ habeantur pro adiacentibus oẽs ⁊ ſinguli illi quos dñi Priores populi duxerint declarãdos. Et ſuperſtites cõis teneantur dictum pontẽ fieri facere expẽſis dictoꝝ adiacentium pena xxv. lib. deñ. de ſuo ſalario. In quibus per eoꝝ futurum ſindicum cõis Aſiſij debeant condemnari.

¶ De ſtratis manutenendis ⁊ vaſtantium penis.

¶ Qꝫ priorib' populi liceat eligere ſuperſtitem ad reparationẽ ſtrataꝝ ⁊ pontiũ. Rc. 239.

QUia difficile eſſet de quolibet fonte/ponte/ſtrata vel via/ſtatutuꝫ facere ſpeciale. Ideo ſtatuerunt ⁊ ordinauerunt / ꝙ Priores populi ad requiſitionem quarumcunqꝫ perſonaꝝ qñcunqꝫ eis videbitur eſſe conueniens de conſtructione ⁊ aptatione vel reparatione in aliquo de caſibus ſupradictis liceat eis eligere ſuperſtitẽ ad conſtructionẽ aptationem: ſeu reparationem fieri faciendam de aliquo ponte/fonte/ſtrata/ſeu via ⁊ aqueductu ciuitatis ⁊ comitatus Aſiſij expenſis illoꝝ quibus pro opere faciendo eiſdẽ dñis prioribus videbiť conuenire. Et predictus ſupſtis ſit ſindicus cõis, vel alius officialis: vel alia pſona p dictos dños Priores deputañ. qui pro tpe fuerint: qui poſſint ⁊ debeãt vna cũ dñis regulatoribus de electione dicti ſuperſtitis: vel ſupſtituꝫ: vel eoꝝ ſalario ꝓuidere ⁊ expenſas facere prout eis videbitur ⁊ placebit ſtatuto aliquo non obſtante: ⁊ que per ipſos: vel maioreꝫ partẽ ipſoꝝ ordinata fuerint in ꝑdictis ⁊ circa ꝑdicta valeant ⁊ teneant: ⁊ executioni mãdentur: ac ſi facta ⁊ reformata eſſent per conſilium generale vel populi dicte ciuitatis: ſtatuto aliquo loquente in ꝯ̃rium non obſtante: ⁊ dũmodo nouum pontẽ/fontẽ/ſtratã/ſeu viam facere fieri non poſſint/niſi per formã alicuius ſtatuti eſſet ordinatũ/vel ꝓuiſum/aut reformatum faciendũ eſſet per ꝯſilia habentia auctoritatẽ. Voluerunt tñ ꝙ fiat qdam pons in flumine Timie expenſis cõis Aſiſij: cuius pilaſtre ſint ⁊ eſſe debeant de lapidibus.

¶ Qꝫ in contrata Moiani fiat lauatorium. Rubrica. 240.

PRo Euidenti vtilitate cõis Aſiſij: ⁊ ſingulaꝝ perſonaꝝ eiuſdeꝫ. Statuerunt ⁊ ordinauerunt, ꝙ in cõtrata Moiani.ſ.in horto cõis qui eſt intra muros ciuitatis Aſiſij ꝓpe fontẽ moiani: fiat ⁊ fieri debeat quoddam lauatorium magnum ⁊ bene muratum expẽſis cõis Aſiſij ſm ordinẽ ⁊ diſpoſitioneꝫ ſuperſtitꝭ eligeñ. per dños priores populi cũ illo ſalario qđ eiſdẽ prioribus videbiť ⁊ placebit. Et dñi priores populi dictũ lauatorium fieri facere ⁊ pfici teneanť hinc ad kaľ.nouẽbris ꝓximi futuri: pena.xxv.lib.deñ.pro quolibet priore cõtrafaciente. Et ꝙ dñi priores q erunt de menſe maij ꝓxime vẽturi teneanť ⁊ debeãt predictum lauatorium incipi facere modo predicto ſub predicta pena.

¶ Qꝫ reuiſores libroꝝ ſint duo boni ⁊ litterati viri. Rubrica. 241.

¶ Reuiſores librorum poteſtatis.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt/ꝙ reuiſores libroꝝ poteſtatis ⁊ capitanei dicte ciuitatis ſint tm̃ duo boni litterati, pro vice qualibet ad acta cuiuſlibet dictoꝝ dñoꝝ reuidenda cũ ſalario quadraginta ſoľ.deñ.pro quolibet dictoꝝ reuiſoꝝ.

¶ Qꝫ nulla venditio fiat de bonis cõis niſi proponatur in conſilio. Rubrica. 242.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt, ꝙ nulla venditio fieri poſſit de aliqua re/ſeu poſſeſſione: vel cõmunãtia/ſeu cõmunãtijs cõis Aſiſij: ſiue de fructibꝰ ipſaꝝ vel alicuius eaꝝ: niſi decine ponanť ad incantum in cõſilio generali vel populi: ⁊ decinis ꝓdictis: ⁊ vicibus pluribus ſubaſtatis plus offerẽti dentur. ¶ Bona aũt mobilia dicti cõis poſſint vendi ad camerã cõis/cũ ſindico cõis cũ bannimento. Et ſi aliter fieret venditio nõ valeat nec teneat. Et ipſe decine poni poſſint p dños priores populi abſqꝫ aliqua reformatione: que decine ſoluanť ⁊ ſolui debeant p maſſariũ cõis Aſiſij qui pro tpe fuerit: cũ appodixa tñ dñoꝝ prioꝝ abſqꝫ aliqua licẽtia habẽda ab aliquo officiali dicti cõis deputato ad reuidendũ introitus ⁊ exitus dicti cõis, vel alio quocũqꝫ noie cenſeať. Et ꝙ nulle decine poſſint mitti/ vel poni in ꝓdictis q̃ aſcẽderent ſummaꝫ ſex lib.deñ.pro qualibet decina: hoc tñ declarato ꝙ ꝓdicte decine non ſoluanť cõductori: ſeu cõductoribus dictoꝝ ꝓuentuum de dicta prima paga. Sed ſcomputenť eidẽ/ſeu eiſdẽ pro rata tpis pro quolibet menſe ꝓuentu quo cõducet. Et hoc locum habeat in venditionibus fiendis imposterum. ¶ Et quicũqꝫ emerit/ſeu habebit monteꝫ Subaſiũ nõ poſſit recipere niſi q̃ttitates infraſcriptas a paſculantibus: ſeu falciãtibus in ipſo monte.vꝫ pro quolibet boue/ſiue alio armẽto ſupra annũ/decem ſoľ.deñ. Et de alijs.ĩ.annum nil recipiat. Pro qualibet beſtia menuta: ⁊ pecude.ſ̃.annũ.xij.deñ. Pro quolibet falciatore ſeu falce/pro quolꝫ die qnqꝫ ſoľ.deñ.⁊ nõ plus. Et cuilibet liceat intrare ſiluas dicti mõtis in trãſeundo ⁊ redeũdo/cũ beſtijs ⁊ ſine abſqꝫ pena ⁊ bãno: dũmodo dãnuꝫ nõ det: nõ obſtante aliquo capitulo ſupra/vel infra poſito. Et hoc capitulum ſit preciſum quod tolli nõ poſſit.

¶ De modo vendendi bona cõis.

¶ De montis ſubaſij paſculis vendendis.

¶ Qꝫ forme ⁊ riuus Tapeti remundentur ⁊ manuteneantur. Rubrica. 243.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ riuus tapeti: ⁊ eius forma.ſ. forma noua facta per cõe Aſiſij, in qua aque forenſes extra diſtrictuꝫ aliaꝝ terraꝝ ingrediunť ⁊ tranſcurrunt per ipſam formã ⁊ decurrunt vſqꝫ ad flumen timie: ⁊ riuus q incipiť a poſſeſſione: ſiue iuxta poſſeſſionẽ filioꝝ mattioli Scopti: qui rigus intrat ⁊ labitur in dictã formaꝫ nouaꝫ/a capite ipſius forme. Et ẽt ꝙ formella que euacuat: ⁊ in quã/ſeu per q̃ꝫ decurrunt ⁊ intrant aque planitiei dicti comitatus Aſiſij: que formella incipit ⁊ ſũmit initiũ ſiue exordiuꝫ a poſſeſſione/vel iuxta poſſeſſionẽ/dñi Iãnis/dñi Guidonis: ⁊ finitur iuxta ponticellũ delloſſa manuteneanť ⁊ aptentur ⁊ remundenť/ac cõſeruentur p adiacẽtes dicti tapeti: ⁊ expenſis ⁊ ſumptibus dictoꝝ adiacentiũ: ⁊ adiacentes intelligantur oẽs illi q cõtribuerunt: ⁊ cõtribuere debuerunt in.xij.lib.deñ.ſoluendis cõi Aſiſij: nõ alijs annuatim prout videbiť ⁊ placebit ſuperſtiti ⁊ alijs eligendis ad predicta facienda. Et infra deſcribitur qui annus incipiat anno quolibet de menſe maij: ⁊ finiri debeat per totum menſem Auguſti: pena.xxv.lib.deñ.de ſuo ſalario. Et ꝙ mittatur vna forma ex parte interiori pro reparatione ⁊ manutenimento

¶ De formis ⁊ riuo Tapeti manutenendis, ⁊ de modo ⁊ ordine.

fiameghe forme noue/a telegeto vſqʒ ad poſſeſſionem maſſioli de baliſtijs latitudinis ꝛ profunditatis prout placuerit ſuperſtiti eligendo: ꝛ ſuperſtites eligãtur ꝛ eligi debeant p dños Priores populi qui pro tpe fuerint vel maiorem partem ipſoꝝ/cum illo ſalario quod eis vi debitur ordinañ. dũmodo dictuʒ ſalarium non poſſit excedere ſũmam. xxv. lib. deñ. quod quidem ſalarium ſolui debeat p adiacẽtes dicti tapeti. Et ꝙ dicti ſuperſtites ꝛ taliter eligẽdi habeãt plenũ ꝛ liberum arbitrium ꝛ auctoritatem dicta opera exequendi ꝛ fieri faciendi: ꝛ coptumandi: ꝛ ẽt grauandi ꝛ pignorandi: ꝛ capi ꝛ detineri faciẽdi perſonaliter ꝛ realiter/oẽs ꝛ ſingulos debentes dicta opera facere: ꝛ debentes ſoluere: vel aliquid aliud in dicto opere contribuere/vel facere: Et ꝙ poteſtas ꝛ capitaneus/ꝛ eoꝝ ꝛ cuiuſqʒ ipſoꝝ iudices ꝛ officiales ciuitatis eiuſdem ad requiſitionem ꝛ petitioné dicti talis ſuperſtitis teneantur ꝛ debeant dare ꝛ concedere ſuos familiares ꝛ beruarios quos voluerint ꝛ pro executione operis ꝑcedere ad penã ꝛ ſub pena quinquaginta lib. deñ. de ipſoꝝ ſalario pro quolibet ipſoꝝ ꝛ qualibet vice qua ꝯfactũ: ꝛ neglectũ fuerit. Et ꝙ ad dictũ opus faciendũ: ꝛ predicta ordinãda deliberãda ꝛ imponẽda adiacẽtibus dicti tapeti ad oĩa ꝛ ſingula alia faciẽda ꝛ fieri faciẽda ꝑ manutentione dictaꝝ formaꝝ effectualiter executioni mandanda/que in predictis ꝛ circa predicta / ꝛ quolibet predictoꝝ fuerint neceſſaria ꝛ opportuna debeant intereſſe quinqʒ hoĩes pro quolibet gradu adiacentiũ dictoꝝ graduũ: vel maior pars ipſoꝝ vna cũ dicto ſuperſtite. Et ſupradicti quinqʒ boni viri eligantur p dños priores populi qui pro tpe fuerint in ciuitate Aſiſij: ꝛ qđ deliberatũ/factum ꝛ ordinatum fuerit per ipſos: vel maiorẽ partem ipſoꝝ valeat ꝛ teneat: ꝛ debeat per dictũ ſuperſtitẽ executioni mandari/ad penam decem lib. deñ. dicto ſuperſtiti auferẽ. Et ꝙ predicti officiales ad petitionem ſeu requiſitionem dicti ſuperſtitis/quandocunqʒ pro predictis per eum aliqualiter exequendis debeant preſtare auxilium/ conſilium/ꝛ fauorem per modum petitionis dicti ſuperſtitis / ad penam quinquaginta lib. deñ. ſuperius declaratis pro quolibet eorum: ꝛ qualibet vice: qua contrafecerint/vel neglexerint. Et ꝙ dictus talis ſuperſtes debeat ſindicari, vt alij officiales dicti cõis: ꝛ teneãtur ꝛ debeant reddere ꝛ aſſignare rõnem de oĩbus geſtis ꝛ factis in dicto ſuo officio / ꝛ per eum ꝛ tempore ſui officij, ꝛ de negligentia duntaxat. Item ꝙ nulla perſona cuiuſcunqʒ ſtatus ꝛ cõditionis exiſtat: audeat vel preſumat operari/vel conſilium facere/vel fieri facere in aliqua dictarum formarum ꝛ riui apparatam, vel ingomborimen pena decem lib. deñ. pro quolibet ciue: vel comitatenſe: ꝛ qualibet vice. Et ſi forenſis fuerit / penam vigintiquinqʒ lib. deñ. incurrat/pro quolibet ꝛ qualibet vice: cõmuni Aſiſij applicandam. Et ꝙ nulla perſona: vt ſuperius dictum eſt: tranſeat cuʒ aliqua beſtia: niſi ſuper pontes: ꝛ per pontes dictarum formarum ꝛ riui: ad penam ſupradictam. vʒ ciui ꝛ comitatenſi/pena decem lib. deñ. ꝛ forenſi vigintiquinqʒ lib. deñ. ꝛ quilibet admittatur ad accuſandum: ꝛ denunciandum de predictis. dũmodo ſit oriundus de Aſiſio, ꝛ ſufficiat probatio vnius teſtis idonei cum iuramento accuſatorio. Et habeat ꝛ habere debeat quilibet accuſans medietatem banni. Et quilibet poſſit: ꝛ ſibi liceat ducere, ꝛ duci facere beſtias aliter / ꝙ̃ ſupradictum eſt: tranſeuntes ad ciuitatem Aſiſij: ꝛ ipſas reaſſignare Poteſtati: vel Capitaneo: ꝛ officialibus dicti communis ſine pena ꝛ banno. Et in predicta fiamencha noua ponantur arbores per bailias infraſcriptas. videlicet/ Gabiani: Capudaque: ſancti Sauini / Tumbe / Coſtani: ſancti Coſtantij: ſancte Lucie: ſancti Bartholomei: inſule: ſtrate: eccleſie: valechie: cole, genghe / pancij: ſancti Martini: ſpine Galgaſiani: ꝛ caſtri noui: ſcilicet pro quolibet firmo dictarum bailiarum: vnum plantonem ſalcis: pioppi: ſiue albani annuatim, vſqʒ ad finem termini Aſiſinatꝭ. que arbores ꝛ fiamencha ꝛ alia fiamencha dicte forme: ſint ꝛ eſſe intelligantur communis Aſiſij: ꝛ nullus eas: vel aliquam ipſarum: audeat vel preſumat incidere: nec remundare: nec in aliam fiamencham laborare / ad penam vigintiquinqʒ librarum deñ. pro quolibet contrafaciente, ꝛ qualibet vice. Et quilibet poſſit contrafacientes accuſare: ꝛ denunciare: ꝛ habeat medietatem banni, ꝛ credatur accuſatori cum vno teſte idoneo: pena non apportanti / ꝛ ponenti plantones: vt ſupradictum eſt viginti ſol. deñ. communi Aſiſij applicandorum. Et ꝙ per dictos adiacentes emendetur terrenum quod accipitur pro dictis formis cuiuſlibet de Aſiſio ꝛ comitatu ipſius ꝛ extimetur terrenum per extimatores ponendos per dominos Priores populi: ꝛ illi qui recipient damna: excomputetur eis de impoſita q̃ imponetur eiſdem occaſione dictoꝝ opeꝝ: ꝛ ꝙ donec erit eis ſatiſfactum nõ poſſint grauari occaſione alicuius impoſite faciende

¶ De arboribus ponendis in formis ꝛ riuo tapeti.

pro dictis operibus faciendis: ⁊ imponeñ. ſupra dicta opera fiat expenſis adiacentiuꝫ predictoꝝ. Et priores populi qui erunt de menſe maij teneant̃ predicta exequi/ pena .xxv. lib. deñ. pro quolibet eoꝝ. Et ꝙ priores populi qui modo ſunt ⁊ pro tpe erunt habeant arbitriuꝫ eligendi vnũ ſupſtiteꝫ qui debeat reparare ⁊ recludere formas apertas in planitie iuxta Tapetuꝫ. Et quicquid per dictũ ſupſtitem factuꝫ fuerit valeat ⁊ teneat auctoritate pñtis ſtatuti. Et ſi dictus ſuperſtis fuerit negligens incurrat penaꝫ .xxv. lib. deñ. ⁊ habeat dictus ſuperſtis pro ſuo ſalario/ prout videbitur dictis dñis prioribus.

¶ Qꝫ obtineri debeat p duas partes oẽ qđ remiſſuꝫ fuerit in aliqbus ſapiẽtibus. Rica. 244.

PRo Maiori vtilitate cõis ⁊ populi ciuitatis Aſiſij. Statuerunt ⁊ ordinauerũt/ ꝙ ſi per aliquos: aliqđ deliberaretur/ vel ordinaret̃ ſemper debeat obtineri per eos. ſ. duas partes ipſoꝝ: ad lupinos albos ⁊ nigros, aliter qđ factũ eſſet non valeat/ nec teneat vllo modo: dũmodo non ſit contra formam ſtatutj. ſupra vel infra poſituꝫ.

¶ Qꝫ nullus audeat in aliquo ꝯſilio dicere ꝙ poteſtati vel capitaneo aliqđ detur vel donet̃.
Rubrica. 245.

AD hoc Ut cõe Aſiſij ⁊ ſpeciales pſone expenſis illicitis nõ grauent̃. Statuerunt ⁊ ordinauerunt/ ꝙ nulla pſona audeat/ vel pſumat dicere vel conſulere aut arengare in aliquo ꝯſilio vel adunãtia ꝙ poteſtati: capitaneo: vel alicui officiali forenſi: vel alicui ex eis/ ſeu alicui officiali ipſoꝝ detur/ vel donet̃ de bonis ⁊ ere cõis vltra ſalariuꝫ eis ordinatuꝫ per cõe Aſiſij: ⁊ per formã ſtatutoꝝ dicte ciuitatis Aſiſij: ratione alicuius officij/ vel executionis. Et ꝙ dñi Priores populi non audeant ſuper predictis ꝓpoſitas facere: vel fieri facere in aliquo ꝯſilio ad penam centum lib. deñ. pro quolibet priore: ⁊ qualibet vice, ⁊ pro qualibet perſona dicente, vel arengante: vel ꝯſulente ꝯ̃trium: ⁊ quilibet poſſit accuſare ⁊ denunciare facientes contra: ⁊ habeat medietatẽ condẽnationis ſiue banni.

¶ Qꝫ liceat dñis Prioribus populi proteſtari rectoribus. Rubrica. 246.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt/ ꝙ dñi Priores populi teneant̃ ⁊ debeãt ac poſſint/ prout de voluntate ipſoꝝ ꝓceſſerit ad petitioneꝫ cuiuſlibet petentis mittere coram dñis Poteſtate ⁊ capitaneo, ⁊ ipſoꝝ officialibus ad ꝓteſtanduꝫ ꝙ non faciãt: nec fieri faciant alicui de ciuitate ⁊ cõmitatu Aſiſij/ aliquid contra formã ſtatutoꝝ: vel alicui contra ius cõe. Et ſimiliter ipſi dñi priores/ dictis dñis poteſtati capitaneo: ⁊ officialibus ꝓteſtare poſſint. Et ſi per aliquem ipſoꝝ dñoꝝ prioꝝ vel officialiũ ipſoꝝ: vel familiarioꝝ poſt dictaꝫ ꝓteſtationem fuerit contrafactum/ contrafaciens ipſo facto penã centũ lib. deñ. incurrat. Et in quolibet caſu ſemper dñs pro officialibus ſuis teneatur.

¶ Qꝫ nullus cõſanguineus alicuius prioris poſſit eligi ad officiũ p ipſos priores. Rica. 247.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt/ ꝙ nullus poſſit eligi ad aliquod officiũ per dños priores populi vnde percipiat ſalarium a cõi/ qui ſit conſanguineus alicuius prioris vel notarij ipſoꝝ prioꝝ/ vſqꝫ in tertium gradum per paternam lineam poſtq̃ extracti eſſent de buſſula pena prioribus ⁊ notario ꝯ̃facientibus .xxv. lib. deñ. pro quolibet priore ⁊ notario: ⁊ electio non valeat: ⁊ debeat per dños priores remoueri ab officio, ⁊ ſimili pena puniatur electus ſi ipſum officium acceptauerit. Et de his poſſint ſindici cõmunis qui electi fuerint ad ſindicandum dictos dños priores inquirere ſine promotore/ aliquo ſtatuto nõ obſtante. Et predicta locum non habeant in ambaſciatoribus.

¶ Qꝫ dñi priores nõ poſſint reformare ꝓ refirma officialiũ: ⁊ de ſindicatu ĩfra tpˢ ꝓhibito.
Rubrica. 248.

DOmini Priores populi ciuitatis Aſiſij. Statuerũt ⁊ ordinauerũt: ꝙ nõ poſſint reformare/ nec reformari facẽ/ nec ꝑmitti facere reformari ꝙ aliquis officialis forẽſis q ꝑciperet ſalariũ aliquod a cõi refirmet̃: ſeu de nouo eligat̃: in ſecũdis

ſex menſibus, qñ eſſet electus a principio pro ſex menſibus. ¶ Et ꝙ nullus officialis abſolua tur ab adminiſtratione ſui officij infra tẽpus ſui officij: vel ꝙ non ſtet ad ſindicatũ ſm formaȝ ſtatuti dicti cõis pena quinquaginta lib. deñ. Et ſi aliter fieret nihilominus nõ valeat ipſo iu re niſi obtentum fuerit in ꝯſilio generali vel populi: vel in aliquo cõſilio auctoritatem habẽ te per quatuor partes: ꝛ ſi eligeretur nõ valeat pena proponẽti/cõſulenti/ꝛ ſcribẽti. xxv. lib. deñ. ꝓ quolibet. Et ꝙ tpe electiõis dicti officialis fiende: ſeu tpe pſtandi iuramẽti dictũ capi/ tulũ per cancellarium cõis ꝑdicti legaꝛ dicto officiali de verbo ad verbum ſub dicta pena. ¶ Adde ꝛ vi de infra in rubri. 251.

¶ Q dñi priores non poſſint aperire caſſettam aut buſſulam priorum ꝛ aliorum officialium contra formam ſtatutorum. Rubrica. 249.

Item Statuerunt ꝛ ordinauerunt: ꝙ dñi priores populi non poſſint/nec debeant aperire/nec aperiri facere caſſettã, vel ſacchettũ: vel buſſulos in quibus eẽnt nomina Prioꝝ cõis: vel alioꝝ officioꝝ in buſſolis: ſeu ſaccholis exiſtentiũ nec aliquid adde re vel minuere niſi ſm formã ſtatuti ꝛ ordinamenti ciuitatis predicte pena centum lib. deñ. pro quolibet ꝛ qualibet vice. Sed qñ eſſent de dictis buſſolis extrahẽdi dñi priores vel alij officiales debeant accedere ad dictã caſſettam ꝛ pro ea vna cuȝ hominibus de conſilio ſecre to ſub dcã pena. Et qcquid in ꝑdictis aliter fecerint nõ valeat nec teneat ipo iure ſtatuto ꝛ or dinamento loqueñ. de reformatiõe buſſoli dictoꝝ dñoꝝ prioꝝ ꝛ alioꝝ officialiũ ſemꝑ ſaluo.

¶ Q nullus prior poſſit ſe eligi facere ad aliqd officiũ vnde ſalariũ ꝑcipiat a cõi. Rica. 250.

Item Statuerunt ꝛ ordinauerunt: ꝙ nullus prior vel notarius prioꝝ poſſit ad ali quod officium cõis ſe eligere/nec eligi facere ad aliquod officium qd preſen tetur/vel aliqua electio alicuius officij per aliquem/ſeu aliquam cõitatẽ mitteretꝛ cõi Aſiſij: nec ad aliqd officiũ vnde ſalariũ ꝑcipiat a cõi: ſeu ab aliqua vniuerſitate dicti cõis: pena. xxv. lib. deñ. pro quolibet. Et electio: ꝛ quicquid factum fuerit non valeat ipſo iure.

¶ De quodam iuramento prioꝝ ꝛ notarij ipſoꝝ: ꝛ ẽt notarij reformationum/ꝙ non per mittant aliquem officialem ſindicari infra tempus. Rubrica. 251.

Domini Priores eoꝝ notarius: ac etiam notarius reformationum ciuitatis Aſiſij ſingulis duobus menſibus in ꝯſilio populi tpe quo dñi Prio res iurant eorum officium: ꝛ tempore cuiuſlibet Prioratus. Statuerunt ꝛ ordinauerunt ꝙ teneantur ꝛ debeant iurare ad ſancta Dei euangelia ꝛ promittere ad penaȝ centum lib. deñ. pro quolibet contrafaciente: ꝛ qualibet vice: ꝛ non proponere nec propoſitam facere: ſeu permittere ꝙ Poteſtas vel Capitaneus: vel ipſorum officiales, ſeu alicuius eorum: vel aliquis alius officialis dicti cõmunis ſindicetur infra tempus eorum officij / vel abſoluatur ante tempus completi ſindicatus cuiuſlibet officialis. Et ſi per aliquem contrafactum fuerit ipſo facto penas predictas incurrat in ſtatuto predicto contentas. Et ſi per aliquem ſuperio rem: ſeu gubernatorem in fauorem alicuius officialis predictorum ſcriberetur vel mittere tur pro ſindicatu fiendo contra formam ſuperius traditam ꝙ tunc domini Priores tenean tur quoadunare conſilium generale dicte ciuitatis: ꝛ in predictis prouidere ſecundum de liberationem dicti conſilij ſub dicta pena.

¶ Q omnes medici ꝛ iuriſte qui reuerterentur Aſiſium doctorati habeant vigintiquinqꝫ floreñ. auri a cõmuni. Rubrica. 252.

Item Statuerunt ꝛ ordinauerunt: ꝙ omnes medici ꝛ iuriſte: tam in ciuili qꝫ in ca nonico iure qui reuerterentur Aſiſium doctorati. Et qui fidem fecerint per publicum inſtrumentum recepiſſe doctoratum in publico: habeant ꝛ habere debeant de bo nis dicti cõmunis Aſiſij pro quolibet ipſorum vigintiquinqꝫ florenos auri. Et predicta in telligantur pro originalibus ꝛ antiquis ciuibus dicte ciuitatis: ꝛ non de receptis ꝛ recipien dis: ꝛ habitis in ciues ex forma alicuius ſtatuti. ¶ Doctori bus premiũ a cõmuni.

¶ Qꝫ quilibet q aſſumpſit cinguluꝫ militare habeat prouiſionē infraſcriptā. Rubrica. 253.

¶ Equeſtris ordinis milites premiant.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerūt: ꝙ quilibet oriūdus de Aſiſio qui aſſumpſit in ciuitate Aſiſij honoreꝫ ⁊ cinguluꝫ militarē habeat ⁊ habere debeat de bonis dicti cōis: quatraginta flor. auri pro quolibet: dūmodo dictū ſtatutū nō extendat ad illos qui militarent tpe infirmitatis de qua morireť; vel ad forenſes receptos in ciues ꝑ dictū cōe.

¶ Qꝫ cāna affixa in turri populi ſit vera cāna pāni lane ⁊ guarnelli. Rubrica. 254.

¶ De canna ſeu paſſetto cōis.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ canna affixa in turri populi cōis Aſiſij debeat adiuſtari ⁊ ſignari per dños priores populi dicte ciuitatis: ſeu alium vel alios deputandos per eos. Et dicta canna ſit adiuſtata ⁊ ſignata: ⁊ intelligatur ⁊ ſit vera canna panni lane/⁊ guarnelli cum qua aſſettari ⁊ adiuſtari debeāt paſſetti ⁊ canne oīum vēdentiū pannū lane ⁊ guarnellū infra octo dies poſtq̈ꝫ dicta canna fuerit ſignata ⁊ adiuſtata. Et quilibet vendēs pannum ⁊ guarnelluꝫ aliter vel alio modo/⁊ cuꝫ alia canna: ⁊ paſſetto nō adiuſtato ad dictā cānaꝫ affixam in turri populi incurrat penam. xxv. lib. deñ. pro qualibet vice. Et ſimili modo in dicta turri affigatur vnus paſſettus panni lini iuſtus ⁊ recte ſignatus cum quo vendentes pannum lini eoꝝ paſſettos debeant adiuſtare ſub dicta pena.

¶ Qꝫ in camera maſſarij ſit marchus qui vocetur campione. Rubrica. 255.

¶ De pōderibus cōis.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerūt: ꝙ in camera maſſarij cōis Aſiſij: ⁊ peneſ ipm maſſariū ſit ⁊ eſſe debeat vnū marchū de metallo ponderis. xij. lib. ⁊ media/qđ voceť campione iuſtū: ⁊ vnum par bilanciaꝝ iuſtum: cum quibus aromatarij pizichaioli ⁊ alij vendentes ad pondera teneantur ⁊ debeant eoꝝ bilācias ⁊ marchum adiuſtare: ⁊ adiuſtari facere: ⁊ cū eis ponderare. Et ſiquis repertus fuerit habere pondera nō iuſta ſm pōdera pdicta in dcā camera exñtia/peñ. xxv. lib. deñ. icurrat ꝓ qbus bñdis dñi priores ciuitatis Aſiſij poſſint expēdē de pecunia ⁊ ere cōiſ Aſiſij ſine aliq̈ dliberatiōe ⁊ appodixa fiēda.

¶ De electione ⁊ ſalario magiſtroꝝ grāmatice. Rubrica. 256.

Item Statuerūt ⁊ ordinauerūt: ꝙ pro eruditiōe ſcolariū ciuitatis ⁊ comitatus Aſiſij: ſit ⁊ eſſe debeat in dicta ciuitate vnus bonus magiſter grāmatice ⁊ habeat ⁊ habere debeat pro ſuo ſalario anno quolibet quo ſteterit in dicta ciuitate: ⁊ ſcolas retinuerit ⁊ legerit ſcolaribus ſalariū in bulla apłica ꝓtaxatū: ⁊ illud plus qđ videbiť ⁊ placebit magnificis dñis priorib⁹ ⁊ ꝯſilio generali dicte ciuitatis obtinendū ꝑ duas ptes dictoꝝ ꝯſiliarioꝝ. Et ꝙ ꝓores populi ⁊ ꝯſiliū gñale teneanť ꝯducere dcm̄ magiſtrū grāmatice forenſeꝫ ꝑ tpe quo eis videbiť ⁊ placebit cū ſalario ſupradicto. qđ ſalariū ſoluať ⁊ ſolui dēat eidē ꝑ camerariū apłice camere dicti cōis Aſiſij iuxta tenorē dicte bulle: ⁊ reſiduū ꝑ camerarium cōis pdicti de duob⁹ mēſib⁹ in duos mēſes cū appodixa dñoꝝ prioꝝ populi. Dūmō ſatiſdēt ⁊ ſatiſdare debeāt in ꝓncipio āni de bene ⁊ fideliter ſeruiēdo ſcolarib⁹ ⁊ legēdo in dcā ciuitate. Et ānus incipiat a die cōductiōis fiēde. Et ſi ꝯtingerit aliquē ex dictis magiſtris mori: abſentare vel nolle legere: ⁊ ſcolas retinere ꝙ dñi ꝓores populi q pro tpe fuerint poſſint teneāť ⁊ dēant loco talis magr̄i mortui/vł abñtis/vł legē recuſātis aliū ſubrogare ⁊ eligē cū ſalario qđ hr̄e dēbat taliſ magr̄ mortu⁹ abñſ vł recuſās ⁊ cū pactis modiſ ⁊ ꝯdōnib⁹. s̃. expecificatis.

¶ Qꝫ in quacūq̈ꝫ parte ſtatutoꝝ nō repireť pena limitata priorib⁹ intelligať. x. lib. R. 257.

Item Statuerūt ⁊ ordinauerūt, ꝙ in quacūq̈ꝫ parte dictoꝝ ⁊ infraſcriptoꝝ ſtatutoꝝ/nō repe有ireť: vel nō imponereť aliqua pena limitata dñis priorib⁹ populi ꝯfacientibus intelligať eſſe ⁊ ſit ſaltim pro quolibet priore ꝯfaciente decem lib. deñ.

¶ Qꝫ priores vna cū regulatoribus poſſint mittere nūcios ⁊ exploratores. Rubrica. 258.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerūt, ꝙ dñi priores populi vna cū regulatoribus dicte ciuitatis poſſint ⁊ eis liceat qñcunq̈ꝫ voluerint mittere nūcios ⁊ exploratores

cum litteris: ⁊ ſine litteris pro inueſtigandis nouis ⁊ nouitatibus, ⁊ tam miſſis/nuncijs/⁊ ſpijs quos ipſi dñi Priores mittent ꝙ̃ illis qui mittetur cõi Aſiſij: vel ipſis dñis Prioribus cum litteris/vel ſine litteris/ſolui/ſatiſfieri: ⁊ prouideri facere de pecunia cõis Aſiſij/ prout ipſis dñis Prioribus ⁊ dictis regulatoribus videbitur conuenire.

¶ Q oẽs execut. fiãt p milites poteſtat. ⁊ capit. ⁊ hẽant. xij. deñ. p qualꝫ libra. Rica. 259.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt, ꝙ exactiones bonoꝝ condemnatoꝝ ⁊ exbanditoꝝ ac etiam rebellium cõis Aſiſij, nec non datiuaꝝ/collectaꝝ ⁊ cõdemnationum oĩum: ⁊ maxime condemnationuꝫ ſuper quibus fuerint/vel darentur fideiuſſores: ⁊ oĩum ⁊ ſinguloꝝ bonoꝝ ſpectantium ⁊ pertinentium cõi Aſiſij oĩum redditvũ ꝓuentuum ipſius cõis: ⁊ cuiuſlibet alterius rei poſſeſſionis: ⁊ precium indebite detentũ per quẽcũqꝫ vel quoſcunqꝫ ciuem comitatenſem vel forenſem qualitercũqꝫ: ⁊ quomodocũqꝫ. Et que dicto cõi Aſiſij deberentur quacũqꝫ cauſa. Fiant ⁊ fieri debeant per vnum ex militibus dñi poteſtatis: vel vnum ex militibus dñi capitanei ciuitatis Aſiſij/qui modo ſunt ⁊ pro tp̃e erunt/cuꝫ ſalario. xij. deñ. pro qualibet libra totius pecunie quam actualiter venire facient in cõi ad manus maſſarij in camera cõis Aſiſij. ¶ Dũmodo nullum ſalarium debeatur dictis militibꝰ, vel alicui ipſoꝝ: niſi de illis tm̃ quos grauauerint/vel citari fecerint/nec ẽt eis aliquod ſalariuꝫ debeatur de illis qui ſunt vel mittentur in carceribus cõis Aſiſij: nec ẽt de ſententijs ſuper quibus dati fuerunt fideiuſſores aliquod ſalarium pro exactione ſoluatur/tp̃e regiminis: rectoris qui talem ſententiã daret. Nec etiã aliquod ſalarium pro exactione detur/vel ſoluatur: de quibus condemnationibus/ſentẽtijs/vel captione: vel impreſſione bonoꝝ alicuius ꝯdemnati in cõi Aſiſij tp̃e rectoris qui talem ſententiã ⁊ condemnationẽ tuliſſet. Sed ipſe rector tales ſentẽtias ⁊ ſententiã exigere tp̃e ſui regiminis teneatur ſine aliquo ſalario: vel execut. aliqua alias per maſſariũ cõis tales ſñie vel ſñis non exacte in ſalario ⁊ de ſalario talis rectoris cõputetur/pena ipſi maſſario pro quolibet ⁊ qualibet vice qua contrafecerit centuꝫ lib. deñ. Et nihil aliud pro aliqua exactione: vel occaſione alicuius executionis pro aliqua vel aliquibus cedula vel cedulis/quas facerent vel fieri facerent: vel pro oſtenſione alicuius cedule: vel ſcripture pertinentis ad ipſum officium: milites vel aliquis eoꝝ habeant vel recipiant a cõi ꝑdicto. Que ſalaria exactionum ſoluantur expenſis illoꝝ contra quos fiet exactio ſi de bonis ipſoꝝ ſupererit vel inueniretur: ⁊ ſi non ſupererit: ⁊ non inueniretur ſoluatur dictum ſalarium exactori de eo quod venire fecerit/vel miſerit in dicto cõi: ⁊ ad manus maſſarij dicti cõis in pecunia numerata tantum Qui milites habeant circa dictam executionem/auctoritateꝫ/poteſtatem ⁊ bailiam que declaratur per formaꝫ ſtatut. ⁊ ordinament. dicti cõis loquentis de exactionibus bonoꝝ condemnatoꝝ ⁊ exbannitoꝝ. Quibus officialibus dñi poteſtas ⁊ capitaneus ⁊ Priores populi teneanẽ ad requiſitionem ipſoꝝ dare auxilium/conſilium/ ⁊ fauorem pro exactionibus ꝑdictis: pena poteſtati ⁊ capitaneo ⁊ prioribus contrafaciẽtibus. xxv. lib. deñ. pro quolibet ⁊ qualibet vice. Et ſi dicti officiales fuerint negligentes in executione ꝑdictoꝝ vel cõmitterent fraudem/dolum/vel baractariam ſindicari ⁊ condemnari debeant ſicut ſindicantur alij officiales dicti cõis per ſindicos cõis. Et quicunqꝫ emet de bonis rebellium/vel condemnatoꝝ ⁊ exbãnitoꝝ cõis Aſiſij a ſindico dicti cõis intelligat̃ ⁊ ſit verus dñs ⁊ poſſeſſor ⁊ potior in iure talis rei, vel rerum emptaꝝ: ⁊ ab aliquo moleſtari: vel inquietari non poſſit: ⁊ ſi moleſtaret̃ vel inquietaretur moleſtans, vel inquietans: non audiat̃ per poteſtatẽ vel capitaneũ: vel aliũ officialẽ cõis Aſiſij: pena centum lib. deñ. pro quolibet ꝯfaciẽte officiali: ⁊ qualibet vice: ⁊ tantundem cõdemnet̃ moleſtans. Et nihilominus nõ valeat qđ factum fuerit vllo modo/dũmodo in exequẽdo dicti milites terminos iuris non excedant.

¶ Hic notatur de executionibus militum ⁊ eius mercede.

¶ Q turrerij turris populi eligantur per Priores. Rubrica. 260.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ turrerij turris populi eligant̃: ⁊ eligi debeant per dños priores ciuitatis Aſiſij/cum eo ſalario quod nunc habent: vt patet in bulla. S. D. N. cõi Aſiſij conceſſa. Et ꝙ dicti turrerij teneãtur obedire dñis prioribus populi dicte ciuitatis in omnibus ⁊ ſingulis que mandabunt̃ per eoſdem: vel aliquem ipſorum in licitis ⁊ honeſtis ad penam. xxv. ſol. deñ. pro quolibet ⁊ qualibet vice.

¶ De turrigenis turris cõis.

¶ De gabella macinatus. Rubrica. 261.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ quilibet portans vel mittens granū ad molendinum, anteqꝫ portet vel mittat/aut vadat ad macinanduꝫ debeat habere appodixam officialis ſuper hoc deputañ. valituraꝫ per duos dies: ⁊ ſoluere pro raſeria grani ſolidos duos ſm conſuetudinem ad macinandū deferendi. Et ad rationem pro raſeria cuiuſlibet alterius bladi ſolidū vnum/pena. x. lib. deñ. pro quolibet ⁊ qualibet vice ſecus eunte/vel portante ad macinandū. Et de predictis ſtetur relationi familie dicti officialis. Dūmodo nullus forenſis de aliquo blado forenſi quod apportaretur de extra comitatum Aſiſij gabellam aliquam ſoluere teneať. Et forenſes intelligantur quo ad predicta quicunqꝫ non habitauerit in ciuitate vel comitatu Aſiſij. Et ꝙ non intelligatur fraudata gabella ſi portauerit vnum coppulum plus ad macinandum pro quolibet raſerio, ⁊ raſerium menſuretur prout menſuratur in platea cōis Aſiſij.

¶ Qꝫ comitatenſes ſoluant gabellam grani macinatus per bucchas. Rubrica. 262.

¶ Bucche ſolui debent.

¶ De gabella buccharuꝫ ⁊ ordine.

Item Pro bono ⁊ vtilitate cōis Aſiſij, ⁊ vt gabella macinatus ꝑ ipſo cōi melius vendatur. Prouiderūt ⁊ ordinauerunt: ꝙ pro vno anno proxime venturo pro quo dicta gabella venditur: oēs ⁊ ſinguli homines ⁊ ꝑſone comitatus Aſiſij/teneanť ⁊ debeant ſoluere: ⁊ ſoluant dictam gabellaꝫ macinatus ꝑ bucchas/ad ratioñe quinqꝫ raſerioꝝ grani pro qualibet buccha pro dicto anno. vꝫ cuiuſlibet perſone etatis/a quattuor annis ſupra. Et per dictas bucchas ſoluatur dicta gabella de tribus menſibus in tres menſes ad penam dupli applicañ. cōi Aſiſij. Et de numero buccharuꝫ quilibet paterfamilias maſculus ſiue femina teneatur ⁊ debeat emptori dicte gabelle de numero bucchaꝝ ſue domus cum iuramento dicere veritatē/ſub pena x. lib. Que aſſigna buccharum fienda fiat ⁊ fieri debeat infra tres menſes poſt venditionem fiendam de dicta gabella emptori/ſiue cultori ipſius gabelle ſub dicta pena: his declaratis ⁊ poſitis in p̄nti ordinamento. vꝫ ꝙ ipſum ordinamentū locū ⁊ effectuꝫ habeat. Et intelligatur ēt de illis qui in dcō anno: ⁊ ꝑ maiori pte ipſius anni habitabūt in comitatu Aſiſij: ⁊ ꝙ ipm ordinamētū nō itelligať ⁊ locū nō hēat de illis comitatēſibꝰ q i dcō āno ⁊ ꝑ maiori pte ipſiꝰ āni hitabūt in Aſiſio.

¶ Qualiter colligatur ⁊ exigatur gabella. Rubrica. 263.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ gabella predicta colligatur ⁊ exigatur ſm formaꝫ ſtatutoꝝ dicti cōis/dūmodo nullus poſſit grauari/aut moleſtari cōtra ſuum velle ad componendū ⁊ accordandum ſe dictam gabellam ſoluere pro buccha: ſeu bucchis. Et ſiquis voluntarie voluerit ſe componere aut concordare ſoluere ipſaꝫ gabellam pro bucchis, nō teneatur ſoluere/nec poſſit moleſtari pro dicta gabella vltra octo ſoľ. deñ. ꝑ tpe quo talis emptor gabellam habuerit / pro perſona ſiue buccha eius pro quo cōpoſuerit ⁊ ſe cōcordauerit. ſ. pro dicta q̃ntitate octo ſoľ. deñ. pro buccha: dictus emptor teneať appodixam dicto tali facere: nec poſſit recuſare/dūmodo pro puero vel puella duoꝝ annoꝝ: vel ab inde infra ⁊ non vltra nihil pro dicta gabella macinatus ſoluatur. Nec poſſit aliquiſ cogi ad componendum vel concordandum. Et ad ꝓbanduꝫ ꝙ talis puer: ſeu puella ſint dicte etatis. Sufficiat iuramentum patris vel matris eius: vel alterius ꝓximioris conſanguinei ad penaꝫ. xxv. lib. deñ. pro quolibet contrafaciente ⁊ qualibet vice.

¶ Qꝫ emptor dicte gabelle teneatur dare appodixam petentibus. Rubrica. 264.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ emptores: ſiue emptor/aut collector dicte gabelle qñ de die perſonaliter requirerentur ad locuꝫ conſuetum vbi ſtarent ad colligendum ipſam gabellam: teneanť ⁊ debeant dare ⁊ facere appodixam ꝙ poſſint ire ad macinandum ad quodcunqꝫ molendinū comitatus Aſiſij, voluerint: cuilibet ſoluenti: aut ſoluere volenti dictā gabellaꝫ. Et ſi dictus talis collector: ſeu emptor noluerit dare dicto tali petenti: ⁊ ſoluere volenti gabellam predictam: ꝑdictā appodixā, ſicut ſuperius dictum eſt liceat

dicto tali

dicto tali ire ad macinandū ſine appodixa/vel ſolutione gabelle ſine aliqua pena: ⁊ ad probandum ꝙ petierit appodixam/ac voluerit ſoluere dictam gabellam, ſufficiat iuramentum ipſius cū vno teſte idoneo deponenti. Et quilibet molarius teneatur macinare dicto tali blasdum qđ ad molendinū portauerit, non obſtante ꝙ appodixam non portauerit ſolum habito iuramento ꝙ ipſe talis appodixā petierit. Et ſi dictus talis qui ad macinandū ſine appodixa portauerit/cōmiſerit fraudem: puniatur in dicta pena in qua incurriſſet ipſe molarius: ⁊ etiam ipſe ſm formam ſtatutoꝝ ciuitatis predicte.

¶ Q nullus poſſit macinare niſi cum appodixa. Rubrica. 265.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerūt/ꝙ nullus molarius: vel aliqs alius poſſit macinare aliquod bladū vel multurā: vel aliud niſi primo hēat appodixā gabelle ſolute pro dicto tali blado macinādo: ad penā. xxv. lib. deñ. pro quolibet ꝯfaciente: ⁊ qlibet vice: cuius pene medietas ſit cōis Aſiſij: ⁊ alia medietas ſit emptoris dicte gabelle: qui emptor poſſit accuſare ⁊ denūciare quēlibet ꝯfacientē in pdictis: ⁊ credatˀ ſacramēto ſuo cū iuramēto ⁊ dicto duoꝝ idoneoꝝ teſtiū. Et ꝙ nullus emptor dicte gabelle/vel alius pro eo poſſit ſe cōponere vel ꝯcordare cū aliquo qui deliquerit in pdictis: nec partē aliquā recipere dicta occaſione. Sed ſoluꝫ de illis qui cōdemnabunt per poteſtatē vel capitaneum ciuitatis predicte/ad penā. xxv. lib. deñ. pro quolibet contrafaciente: ⁊ qualibet vice. Et quilibet poſſit denunciare ⁊ accuſare quemlibet contrafacientem: ⁊ habeat medietatem eius qđ venerit in cōi ex ſua accuſa vel denuncia.

¶ Q nullus molendinarius poſſit macinare niſi prehabita appodixa. Rubrica. 266.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ nullus molendinarius poſſit macinare aliqđ bladum, niſi primo habuerit appodixam officialis ſuper hoc deputañ. pena decem lib. deñ. pro quolibet ⁊ qualibet vice.

¶ Q nullus vadat ad macinandum extra comitatum Aſiſij. Rubrica. 267.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerūt: ꝙ nullus audeat vel pſumat ire vel portare aliquod bladum ad macinandum extra comitatum Aſiſij: pena centum lib. deñ. pro quolibet ⁊ qualibet vice ſcituri ꝙ de comitatu Aſiſij ſunt molendina de timia niſi in caſu neceſſitatis: ⁊ tunc cū licētia ⁊ appodixa dñoꝝ prioꝝ.

¶ Q nullus vadat niſi ad molendina declaranda ad macinañ. Rubrica. 268.

Item Q nullus audeat vel preſumat ire ad macinandum aliquam quantitatem bladi ad aliqđ molendinū: niſi ad molendina que declarabuntur per officiales ad hoc eligēdos pena quinquaginta lib. deñ. pro quolibet ⁊ qualibet vice: ⁊ perdat ſalmas ⁊ beſtias que deueniant in cōmuni.

¶ Q nullus molendinarius ſtet ad macinandū ſine licentia officialis. Rubrica. 269.

Item Statuerūt ⁊ ordinauerūt: ꝙ nullus molendinarius audeat vel preſumat ſtare ad macinandū in aliquo molendino ſine licentia officialiuꝫ ſuper hoc deputañ. pena. xxv. lib. deñ. pro quolibet ⁊ qualibet vice.

¶ De electione officialiū ſuper appodixis dandis: ⁊ alioꝝ officialium. Rubrica. 270.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ electiones officialium de quibus ſupra ſit mentio: ⁊ ordinatio prouiſionis dictorum officialium ſicut fuerit opportunum: ⁊ deputatio officialis ad dandū appodixā ſm formam pdicti ſtatuti cum prouiſione opportuna quouſqꝫ dicta gabella macinatus vendetur/remaneāt ⁊ ptineant ad dños Priores populi dicte ciuitatis/dūmodo nullum officialem poſſint eligere ad predicta/niſi fuerint omnes ſex predicti Priores in concordia.

¶ Q; gabella macinatus vendatur ad incantum. Rubrica. 271.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerũt/ꝙ ꝑdicta gabella macinatus vendat̃ ad incantum per cõe in cõſilio generali populi. Et pretium ſoluat̃ quolibet menſe maſſario cõis Aſiſij pro ipſo cõi ſicut continget pro rata ad penam in ſtatuto contentam.

¶ Q; ſoluant̃ quatuor deñ. pro libra de venditione beſtiaꝝ. Rubrica. 272.

¶ De gabella venditionis beſtiaruȝ.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt/ꝙ de venditione alicuius beſtie/vel beſtiarũ fienda in ciuitate vel comitatu Aſiſij. Soluant̃ ⁊ ſolui debeãt per quemlibet quatuor denarij pro libra qualibet precij: quo fiet talis venditio. ſ. duos denarios per libram/per emptorem: ⁊ duos deñ. per librã per venditorem. Hoc addito ꝙ de venditiõe vel venditionibus beſtie, vel beſtiaꝝ que fient/vel fiet octo diebus ante kal. Auguſti: ⁊ die kal̃aꝝ Auguſti: ⁊ duobus diebus poſt ipſas kal. vel aliqua dictaꝝ dierum/ſi venditio / vel emptio fiet inter ciues/vel inter comitatenſes tantum: vel inter ciues ⁊ comitatenſes ſoluantur pro qualibet libra precij beſtie /, vel beſtiarum / ſex denarij per libram. ſ. tres denarij per emptorem: ⁊ tres denarij per venditorem. Si vero venditio: ⁊ emptio fiet inter forenſes / ſoluantur ⁊ ſolui debeant /octo denarij pro qualibet libra precij beſtie, vel beſtiarum vendite/aut venditaruȝ. ſ. quatuor denarij per emptorem: ⁊ quatuor denarij per venditorem. Et ſi dicto tpe ciuis: vel comitatenſis Aſiſij emerit ab aliquo forenſe/vel vendiderit alicui forenſi aliquam beſtiam vel beſtias/ſoluat dictus forenſis pro parte ſua. ſ. pro emptione vel venditione quatuor denarios pro qualibet libra precij beſtie vel beſtiaꝝ empte/vel emptaꝝ/vendite: vel venditaꝝ ciui/vel comitatenſi/vel a ciue/vel a comitatenſe Aſiſij. Et dictus ciuis vel comitatenſis Aſiſij vendens alicui forenſi: vel emens ab aliquo forenſe aliquam beſtiam: vel beſtias: ſoluat ⁊ ſoluere teneatur tres denarios pro qualibet libra precij beſtie/vel beſtiaꝝ/vendite vel empte/venditaꝝ vel emptaꝝ alicui forenſi, vel ab aliquo forenſe. Et forenſis intelligatur quo ad predicta: quicũqȝ non fuerit oriundus in ciuitate, vel comitatu Aſiſij, vel ciuis ciuitatis Aſiſij aſſumptus per conſilia opportuna dicte ciuitatis. Et gabella predicta de venditionibus beſtiaꝝ fiendis octo diebus ante Kal. Auguſti, ⁊ die Kalendaꝝ Auguſti: ⁊ duobus diebus poſt ipſas kal. vendatur ſeparatim a dicta alia gabella venditionum ꝑdictaꝝ. Et ꝑcium ipſius ſoluatur per totam nonam diem menſis Auguſti ad penaȝ dupli. Et interim dicta gabella. vȝ dictis diebus colligi ⁊ exigi non poſſit, vel debeat: dũmodo emptor: ⁊ venditor debeat aſſignare emptori dicte gabelle emptionem ⁊ venditionem fiendam de beſtijs: ſeu beſtia infra qntam diem poſt venditionem, ⁊ poſt alios octo ſoluiſſe ad penã decem lib. deñ. pro quolibet ⁊ qualibet vice. Et dicta alia gabella de vẽditionibus beſtiaꝝ vendat̃ ad incantum in cõſilio generali vel populi. Et ꝑcium eius ſoluatur maſſario cõis quolibet mẽſe ſicut contingit pro rata ad penam dupli. ¶ Hoc tñ declarato ⁊ expecificato ꝙ ꝑſens ſtatutuȝ non vendicet ſibi locum in ſoccitis beſtiarum, ⁊ in diuiſione beſtiarum.

¶ De fraudantibus gabellas ⁊ opponentibus ſe ⁊ eoꝝ pena. Rubrica. 273.

Item Statuerũt ⁊ ordinauerũt, ꝙ qcunqȝ fraudauerit aliquaȝ dictaꝝ gabellaꝝ, vel eaȝ nõ ſoluerit: infra terminũ deputatũ, vel eã ceſſauerit ſoluere ꝯdemnetur ꝑ quolibet ⁊ qualibet vice in duplo q̃titatis quã deberet ſoluere pro gabella, cuius dupli medietas ſit cõis, ⁊ alia medietas ſit emptoris talis gabelle: vel ſi dicta gabella eſſet apud dcm̃ cõe totum dictũ duplũ ꝑtineat ad dictũ cõe. Et nihilominus ipſaȝ gabellã ſoluere teneat̃ dicto cõi, vel emptori qñ eſſet vendita. Et ẽt ꝯdemnet̃ pro quolibet ꝯ̃faciente ⁊ qualibet vice, in. xxv. lib. deñ. dañ. cõi predicto. Et ꝙ emptor, ſiue collector talis gabelle per ſe: ⁊ quem vel quos voluerit, poſſit ⁊ ſibi liceat tollere ⁊ accipere: ⁊ tolli ⁊ accipi facere impune a quolibet nolente ſoluere dictam gabellam pignora: ⁊ eum detineri facere, ⁊ detinere: ⁊ alia remedia ponere ⁊ habere, vt dicta gabella ſoluatur omnino.

¶ Q; nullus opponat contra ordinamenta gabelle. Rubrica. 274.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt, ꝙ nullus audeat vel ꝑſumat: nec liceat alicui pſone directe vel per obliquũ dicere ⁊ allegare aliqd cõtra ordinamẽta gabelle:

⁊ contra officium officialis ⁊ ꝯſeruatoris gabelle ſub pena.xxv.lib.deñ.auferen͂.de facto per dn̄m poteſtaté/vel capitaneū dicte ciuitatis Aſiſij, a ꝯfaciētib⁹ ꝑ dicto cōi.Saluo ꝙ ſi maior pena repiret impoſita p aliqđ ſtatutū vel ordinamétū dicte gabelle ꝙ illa pena auferat:nec p hoc talis maior pena in aliquo remittat:vel remitti intelligat. Sꝫ oīa ea facta ⁊ q̄ fiēt:obſeruent ⁊ executioni mandent p ipſuꝫ dn̄m poteſtaté/vel capitaneū : ꝓut iacent ⁊ ſcripta ſunt ⁊ erunt oī cauillatione/exceptiōe:⁊ allegatiōe obmiſſa:⁊ nō obſtātibus ꝙ in ſuis ꝓceſſibus nō eſſet iudicioꝝ:vel iuris ordo ſernatus ſubſtantialis vel non ſubſtantialis:ſed vt ſibi placuerit inſpecta ſola veritate negotij ſm q̄litaté facti ſuo arbitrio.Et nulli poſſit cómittere idem conſeruator ⁊ officialis ad conſulendum aliquid qđ ſpectet vel pertineat ad officium ipſius conſeruatoris gabelle : ⁊ non obſtante aliquo ſtatuto/ordinamento/vel reformatione ſpeciali/vel generali que in contrarium loquerentur.Et ſi idem officialis fuerit negligens vel remiſſus in predictis puniat pro vice qualibet in decem lib.deñ.per eius ſindicatorem.

Causa gabelle summaria ⁊c.

¶ Q: nullus opponat contra executioné gabellaꝝ. Rubrica. 275.

Item Statuerūt ⁊ ordinauerūt ꝙ nullus dicat/ꝓponat/vel alleget ꝯ ordinamenta gabelle ꝙ nō valeant/vel ꝙ:nō debeāt executioni mādari/ꝓut ſcripta ſunt ſine aliqua interpretatione/vel cauillatiōe ſub pena.xxv.lib.deñ. pro quolibet contrafaciente : ⁊ qualibet vice.Et quilibet poſſit eſſe accuſator:⁊ habeat meditatem banni.

¶ Q: poteſtas ⁊ capitaneus poſſint ꝓcedere per torturam contra fraudantes gabellam habito vno teſte de viſu. Rubrica. 276.

Item Statuerūt ⁊ ordinauerūt/ꝙ ꝯ fraudātes:ſeu aliquā fraudé cómittétes in gabellis ⁊ ꝯ oēs faciētes ꝯ ſtatuta ⁊ ordinamēta gabelle facta/vel fiéda ſup gabellis/vel aliq̄ ipſaꝝ/vel ꝯ ea q̄ ꝑtinerent in eis:ſufficiat ad ꝓbationé vnus teſtis de viſu quo ad torturá qua ꝓbatiōe habita teneant ⁊ debeāt poteſtas ⁊ capitaneus ad regſitioné officialis ⁊ executoris gabelle ciuitatis Aſiſij ꝓcedere ꝯ quos eēt dicta ꝓbatio ad torturá ita ꝙ veritas eruat.Et ſi dicti officiales fuerint negligentes ad p̄dicta ſoluant ⁊ ſoluere debeant cōi Aſiſij.xxv.lib.deñ.per eorum ſindicum auferendas ad petitionem cuiuſcunq;.

¶ Q: milites poteſtatis ⁊ capitanei ſint ad facienduꝫ exequi ordinamēta gabelle:⁊ ad puniendū contrafacientes. Rubrica. 277.

Item Statuerūt ⁊ ordinauerūt ꝙ ad faciédū exeq ordinamēta gabelle:⁊ ad puniédū quélibet ꝯfacięté in dictis ordinamētis/vel aliquo ipſoꝝ ſint ⁊ eē itelligant ⁊ debeāt vnus miles ſotius dn̄i ꝑtātis vel capitanei ciuitatis Aſiſij vno méſe/⁊ ſubſequenter īmediate vnus miles ſoti⁹ dn̄i capitanei ciuitatis p̄dicte vno alio méſe. Et ſic ſucceſſiue d̄ vno in aliū:⁊ de méſe in méſeꝫ ꝓcedat ⁊ fiat. Et ille cui obuenerit ⁊ ꝯtigerit dcm̄ officiū, ſeu ꝑ toto tp̄e ſui officij/teneat ⁊ debeat mane ⁊ ſero q̄lꝫ die.vꝫ a medijs tertijs vſq; poſt tertias : ⁊ a medijs tertijs vſq; poſt veſpas in palatio nouo cōis Aſiſij/ad exercédū ⁊ opandū dcm̄ officiū pſonałr ſtare ad peñ.C.ſol.deñ.ꝑ quolꝫ ⁊ qualꝫ die qua ꝯfecerit.Et teneat dicta ordinamenta:⁊ qđlibet eoꝝ exequi ⁊ ſeruari facere:⁊ ꝯfaciētes punire ⁊ ꝯdemnare in dictis penis/vel pena contenta/vel contentis in ordinamentis predictis vel aliquo ipſorum.

¶ De pena auferentiū contra vel preter formá ordinamentoꝝ gabellę. Rubrica. 278.

Item Statuerūt ⁊ ordinauerūt/ꝙ ſiqs gabellari⁹/vł aliq̄ pſona exigeret vł accipet ꝑ aliq̄ gabella vltra/vel p̄ter formá in p̄ńtibus ſtatutis ⁊ ordinamētis denotatam ⁊ expſſaꝫ puniat ⁊ ꝯdénet per dn̄m poteſtaté vel capitaneū dicte ciuitatis de facto abſq; alio ꝓceſſu in.x.lib.deñ.pro quolibet ⁊ qualibet vice . Et quilibet poſſit ꝯfacientem accuſare ⁊ denunciare ꝯfacientl.Et ad reſtitutl.ablatarum vltra debitum teneatur, ⁊ habeat medietatem dicte pene.Et nihilominus poſſit ⁊ debeat procedi per inquiſitionem ex officio per p̄dictos dn̄os vel alteꝝ eoꝝ:⁊ habeatur pro plena fide:⁊ probatione contra predictum contrafacientem probatio vnius teſtis de veritate:vel quatuor teſtium de fama ſufficiat.

¶ De ſolutione gabellę carnium. Rubrica. 279.

Item Prouiderunt ⁊ ordinauerunt:ꝙ imponat:⁊ ex nunc habeat ⁊ ſit impoſita gabella carnium recentium beſtiaꝝ infraſcriptaꝝ.vꝫ porcoꝝ / caſtratorum

maſculoꝝ:porcellarum/ſcrofaꝝ:pecudum:capraꝝ:hyrcoꝝ:vitellaꝝ de lacte/bobum/vaccha
rum ⁊ vituloꝝ occiſaꝝ:⁊ que occidentur ⁊ vendentur ad minutum vel in groſſum in ciuitate
burgis ⁊ ſub burgis:⁊ comitatu Aſiſij:⁊ quolꝫ,ſiue aliquo dictoꝝ locoꝝ.De quibus quideꝫ
carnibus:⁊ qbuſlibet ipſaꝝ,de qualibet ⁊ pro qualibet libra alicuius carniuꝫ ṗdictaꝝ ſoluāꝰ
dno denarij ꝑ macellarios ſiue beccharios:⁊ alios vēdentes carnes occiſas in ſupradictis lo
cis/vel aliquo ipſoꝝ ad minutū vel in groſſuꝫ:quā quidē ſolutionē predicti:⁊ quilibet eoꝝ fa
ciāt:⁊ facere teneanꝰ maſſario cōis Aſiſij pro ipſo cōi recipiēti:vel emptori dicte gabelle qñ
ipſa gabella erit vendita/ſine aliqua diminutiōe vel fraude ad terminos ⁊ ſm terminos infe
rius annotatos.Et debeāt oēs ⁊ ſingulas beſtias occiſas ꝑ ipſos beccharios ⁊ macellarios:
⁊ alios carnes vendentes/vel aliquem eoꝝ ponderare iuſto pondere:⁊ videre : ⁊ ſcire quot
libre carnium ſunt illius beſtie.Et ponderenꝰ per emptorem dicte gabelle vel per alium per
eum deputandum.Et hoc ſcito ſtatim preſente becchario ⁊ macellario:vel alio vendēte car/
nes redigere in ſcriptis:⁊ dicta ſcriptura facta/ipſam beſtiam ſic ponderatā bullare ⁊ ſigilla
re in vno mēbro vel pluribus:vt eis:vel alteri eoꝝ videbiꝰ ⁊ placebit.Et de numero ⁊ pōde
re ipſaꝝ carniū ⁊ libraꝝ ſteꝰ ⁊ credaꝰ ṗdicte ſcripture.Nulluſ vero dictoꝝ beccharioꝝ/⁊ ma
cellarioꝝ:vel alioꝝ facientiū carnes audeat vel ṗſumat aliquā beſtiā expezare, aut vēdere ali
cui aliquo modo:niſi prius ꝑ dictū emptorē:vel per eū deputandū:vt ſupra ipſa beſtia:vel be
ſtie fuerint ponderate:⁊ bulla gabelle bullate . Nec ṗſumat vel audeat/aliquas carnes non
bullatas vendere vel vendi facere ſimulate vel abſcoſe:vel cuꝫ carnibus ponderatis ⁊ bulla-
tis miſcere ad penā.xxv.lib.deñ.pro quolibet ꝯfaciente ⁊ qualibet vice in qua ꝯdēneꝰ. Poſ-
ſint ēt dictus emptor:ſeu ponderator:⁊ officialis extraordinarioꝝ, ⁊ qlibet ipſoꝝ/⁊ teneanꝰ
⁊ debeant eoꝝ auctoritate intrare apothecas ⁊ ſtationē ipſoꝝ beccharioꝝ:⁊ macellarioꝝ:⁊
alioꝝ vendentiū carnes, ⁊ cuiuſlibet eoꝝ ſepe ſepius:⁊ diligēter inueſtigare ſi eēnt in ea alie
carnes q̄ nō eſſent ponderate ⁊ bullate.Et ille in cuius ſtatione/vel apotheca carnes nō bul
late inuēte fuerint teneatur ad penam.x.lib.deñ.ſibi de facto aufereñ.ꝑ dñm poteſtatē vel ca/
pitaneū ciuitatis Aſiſij pro cōi ſine aliquo ꝓceſſu.Teneanꝰ etiā ṗdicti becchari ⁊ macellarij
⁊ alij vendentes carnes ⁊ eoꝝ famuli ṗdicti emptoribus/ſiue emptori ⁊ ponderatori ⁊ offi/
ciali ⁊ cuilibet ipſoꝝ de his de quibus eos interrogarent:dicere veritatē:⁊ in eoꝝ manibus
iurare:⁊ nō recuſare iurare ad dictā penā.Et qcūqꝫ dictoꝝ beccharioꝝ:⁊ macellarioꝝ vel vē
dentium carnes:vel alterius eoꝝ fecerit:uel dixerit ṗdictis emptori:ſiue ponderatori ⁊ offi-
ciali/uel alteri ipſoꝝ:uel alicui officiali dicte gabelle aliquā iniuriaꝫ dicto:uel facto ꝯdēneꝰ ꝑ
dñm poteſtatē/uel capitaneū dicte ciuitatis in duplū illius pene in qua alias deberet ꝯdem-
nari ſm formaꝫ ſtatutoꝝ ⁊ ordinamentoꝝ dicte ciuitatis:de quibus oibus ⁊ ſingulis dñi po
teſtas ⁊ capitaneus dicte ciuitatis ⁊ quilibet eoꝝ poſſit teneanꝰ ⁊ debeant ingrere cognoſce
re ⁊ ꝓcedere:⁊ delinquentes condemnare.Inſup dicti becchari ⁊ uendētes carnes teneanꝰ
q̄libet hebdomada in die ueneris:uel in die dominico ſoluere dicto emptori dictam gabellaꝫ
pro carnibus per eos uenditis ſecundum ordinem predictum.

¶ Qꝫ gabella carnium uendatur ad incantum. Rubrica. 280:

Item Prouiderūt ⁊ ordinauerūt ꝙ ṗdicta gabella uendaꝰ ad icantū in generali ꝯſi
lio plus offerenti infra duos mēſes a die qua dicta gabella incipieꝰ colligi . Et
ꝙ dñi priores populi dicte ciuitatis teneanꝰ fieri facere vēditionē ṗdictā.Et ṗcium ipſius ga
belle ſoluaꝰ:ꝑ emptorē ipſius gabelle in fine cuiuſlibet menſis ſicut ꝯtigit pro rata ad penaꝫ
dupli.Et quilibet vendens carnes ṗdictas ut dictū eſt : teneaꝰ ſoluere gabellam ṗdictam in/
fra terminum ſibi ordinatum ⁊ ſtatutuꝫ/ut ſupra eſt dictum:ad penam dupli : qđ duplum ſit
emptoris ipſius gabelle qñ erit uendita : uel cōis Aſiſij/quando non erit uendita.Et ꝙ pe-
ne de quibuſcunqꝫ delictis cōmittendis in predictis/uel aliquo predictorum : ⁊ circa ea ſint
cōis Aſiſij:⁊ duret dicta gabella vno anno a die qua ſtabelletur.

¶ Qualiter macellarij debeant habere carnes abundanter. Rubrica. 281.

Item Prouiderūt ⁊ ordinauerūt/maxime ad euitandū diminutionē ⁊ fraudem que
poſſet cōmitti in gabella ṗdicta:ꝙ becchari ⁊ macellarij:⁊ uēdētes carnes ad
minutū teneantur ⁊ debeant quolibet die habili ad uendendum carnes ⁊ macellandum:ma
cellare:⁊ in banchis macelli habere adminus octo caſtrones bonos ⁊ ueroſ:⁊ qui eiecerint
adminus duos dentes pro quolibet:decem porchos bonos ⁊ veros / maſculos etatis ſupra
annuꝫ.Saluo ꝙ qualibet die ſabati teneanꝰ macellare quindecim caſtratos adminus modo

p̄dicto: ⁊ duas vitellas de lacte: ⁊ duodecim porcos. Et qualibet die iouis octo caſtrones/ ⁊ decem porchos: vt ſupra de caſtratis ⁊ porcis dictum eſt. Quos quidez caſtratos/ porchos ⁊ vitellas vt dictū eſt: teneat̄ ars macellarioꝝ ⁊ camerarius ipſiuſ artis ꝯſignare ſingulis diebus p̄dictis notario dn̄oꝝ prioꝝ qui pro tp̄e fuerit: ⁊ emptori gabelle carnium qn̄ dicta gabella erit vēdita ad penā .xxv. lib. den̄. pro qualibet vice in qua fuerit ꝯ̄factū. Jn qua pena dicta ars ⁊ camerarius artis macellarioꝝ p̄ dn̄m poteſtatē vel capitaneū dicte ciuitatis debeāt ꝯdemnari, de qua ꝯdemnatione quarta pars ſit officialis forenſis ⁊ exequētis ꝯdemnationē de eo quod venerit in cōi: ⁊ ad manus maſſariȷ̄ dicti cōis, ⁊ alia quarta pars ſit accuſatoris vbi accuſator interuenerit, ⁊ reſiduum cōis. Et quilibet macellarius teneat̄ ⁊ debeat parere ⁊ obedire ſuo camerario ⁊ mādatis ipſius in faciēdo penam: ad quam/ ⁊ in qua tenet̄ camerarius ⁊ ars p̄dicta/ vt dictum eſt/ de tali delicto: dūmodo macellariȷ̄: ⁊ beccbariȷ̄: ⁊ vendentes carnes ad minutū qui ſoliti ſunt a ſex menſibus ꝓxime p̄teritis retro facere ⁊ macellare carnes extra dictum macellum non teneantur cōtribuere ad predicta in predictis. Jta tn̄ ꝙ quilibet ipſoꝝ qui ſoliti ſunt facere carnes extra macelluz teneantur quolibet die predicto facere ⁊ macellare adminus vnum bonum caſtronem ⁊ vnum bonum porchum pro quolibet ad penam decem lib. den̄. pro quolibet contrafaciente ⁊ qualibet vice.

¶ Q̄ priores poſſint ꝓuidere de carnibus fiendis tp̄e ꝯten̄. in capitulo. Rubrica. 282.

Item Prouiderunt ⁊ ordinauerunt ꝙ p̄dictum ordinamentū ⁊ contenta in eo de quātitate carniū facienda: ⁊ numero beſtiaꝝ occidendaꝝ/ ſicut ſuperius dictū eſt/ duret ⁊ effectū habeat a kal. Septēbris. vſqz ad carnis priuiū ꝓxime ventuꝝ. Sz a paſchate reſurrectionis dn̄i noſtri Jeſu Chriſti in antea ⁊ in eſtiuo tp̄e remaneat ⁊ ſit libera auctoritas ⁊ poteſtas dn̄is prioribꝰ populi dicte ciuitatis q̄ pro tp̄e fuerint cū regulatoribꝰ dicte ciuitatis in ordinādo/ ⁊ fieri ⁊ macellari faciēdo carnes in ea q̄titate q̄ eis videbit̄ ⁊ placebit.

¶ Q̄ gabella carnium duret per annum. Rubrica. 283.

Item Prouiderunt ⁊ ordinauerunt ꝙ gabella predicta de carnibus/ ſicut dictum eſt/ duret ⁊ durare debeat vno anno a die ſtabilitionis ſicut ſuperius dictū eſt.

¶ De ſolutione gabelle carniū ſalitaꝝ: ⁊ ꝙ nō ſoluat̄ niſi ſemel tm̄. Rubrica. 284.

Item Prouiderūt ⁊ ordinauerunt/ ꝙ de carnibus ſiccis/ ſiue ſalitis/ ⁊ lardo porcinis q̄ vendunt̄ ad minutū vel in groſſuz in ciuitate burgis ⁊ ſub burgis, ⁊ comitatu Aſiſiȷ̄/ vel aliquo dictoꝝ locoꝝ/ ſimili modo ſit ⁊ ſoluatur gabella. ſ. duos den̄. p̄ qualibet lib. dictaꝝ carnium ⁊ lardi. Et ad hoc vt fraus valeat euitari nulla pſona audeat/ vel preſumat vēdere vel vēdat aliquam libram dictaꝝ carniū vel lardi/ aut minorē vel maiorē quātitatem niſi prius latus ſiue alia pecia dictaꝝ carnium, vel lardi fuerit ponderatus per dictum emptorem/ ſiue per alium eū deputandū ſiue deputatū, ⁊ ſigillata. Jta ꝙ bene ⁊ euidēter appareat cū ſigillo gabelle: ⁊ ſigillata ipſo ſigillo gabellariȷ̄ p̄dicti ad penā .xxv. lib. den̄. pro quolibet contrafaciente/ ⁊ qualibet vice. Hoc etiaz in ſingulis ordinamētis predictis ⁊ infraſcriptis declarato/ appoſito/ ⁊ expreſſo/ ꝙ de carnibus de quibus fuerit ſoluta ſemel dicta gabella/ plus vel iterum gabella predicta ſolui non poſſit/ nec debeat.

¶ De ponderatione carniū. vz capituz ⁊ gambarum: ⁊ de ſolutione gabelle pro capretis ⁊ porchettis: vt in capitulo continetur. Rubrica. 285.

Item Prouiderūt ⁊ ordinauerūt, ꝙ capita ⁊ gambe/ ac pedes beſtiaꝝ occidēdaꝝ de qbus debet ſolui gabella/ vt ſupra dictuz eſt/ ponderent̄ ⁊ cōputent̄ in pondere: ⁊ in numero pōderis ⁊ libraꝝ talis beſtie/ vel beſtiaꝝ cuiuſ ſunt. Jta tn̄/ ꝙ de dicto pondere ⁊ numero pōderis ⁊ libraꝝ eximant̄ ⁊ detrahant̄ decē libre carniū pro quolz centenario libraꝝ carniū p̄dictaꝝ ad eandē rōnē pro rata: de qbus decē libris pro cētenario non ſoluatur gabella. Hoc declarato ꝙ caprecti ⁊ caprecte/ ⁊ agni ⁊ agne: qui non vendunt̄ ad lib. ⁊ porchette que aſſant̄: non ponderent̄/ nec de eis ſoluatur gabella ſm̄ ꝑondus ⁊ libr̄ ipſoꝝ ⁊ ipſarum. Sed pro quolibet caprecto ⁊ caprecta/ agno ⁊ agna qui occiſi venduntur ſoluantur nomine predicte gabelle octo denariȷ̄, ⁊ pro qualibet porchetta que aſſatur/ ſoluātur nomine gabelle decem ⁊ octo den̄. Que quidem gabelle ſoluantur ⁊ ſolui debeant ad terminuz ⁊ ſm̄ modum ⁊ ad penam ſupra in aliȷ̄s declaratos.

¶ De macellarijs debentibus exercere artem. Rubrica. 286.

Item Prouiderunt ⁊ ordinauerunt ad tolleñ. oẽm fraudem que poſſet cõmitti in macellarijs: ſiqui forte renuerent dictam artem ⁊ eam exercere non vellent/ ꝙ macellarij intelligantur ⁊ obligentur: ⁊ obligati ſint ad predicta in quibus ſupra macellarij/ ſiue beccharij tenentur ⁊ obligantur omnes ⁊ ſinguli qui a tribus annis proxime preteritis citra exercuerunt ⁊ fecerunt artem predictam.

¶ De bannimento fiendo pro carnibus vendendis. Et ꝙ macellarij teneantur vendere libram vno deñ. pauciore. Rubrica. 287.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt/ ꝙ banniat̃ ſi aliquis vult facere carnes ⁊ dare in abundantia. Et ſi aliquis inuenietur poſſit vendere carnes prout vendunt̃
¶ Mos Fulginei in vendendis carnibus.
in ciuitate Fulginei. Et quilibet alij macellarij ⁊ vendentes carnes recentes ad minutum teneantur vendere carnes predictas vno denario pauciore precio ſupradicto/ ad penam. xxv. lib. deñ. pro quolibet contrafaciente ⁊ qualibet vice.

¶ Q: non poſſit fieri aliqua cõcordia cum delinquente ↄ̃ gabellã. Rubrica. 288.

Item Prouiderunt ⁊ ordinauerũt ꝙ emptor ſiue emptores dicte gabelle/ vel aliqs eoꝝ non poſſint vel debeant ſe cõcordare cũ aliquo pretextu vel occaſione alicuius delicti ꝙ diceret̃ cõmiſiſſe vel cõmiſiſſet in aliquo ↄ̃ dicta ordinamẽta dicte gabelle: vel aliquod eoꝝ: nec aliquod accordium facere cuꝫ aliquo predictoꝝ ad penã quinquaginta lib. deñ. pro quolibet ↄ̃faciente ⁊ qualibet vice. Et ꝙ nulla pars alicuius ↄdemnationis ferende contra aliquem occaſione ⁊ vigore dictoꝝ ordinamentoꝝ gabelle: vel alicuius eoꝝ detur vel debeatur dicto emptori: vel emptoribus: vel alicui eoꝝ/ aliquo modo: ratione vel cã/ ſed totũ ſit cõis Aſiſij. Niſi tantũmodo duplum gabelle predicte exigende ab illis qui non ſoluunt dictam gabellam infra terminum/ vt dictum eſt ſupra. Quod duplum ſit dictorum emptoris ſiue emptorum dum dicta gabella vendita erit.

¶ Q: gabella vini vendatur ad incantum. Rubrica. 289.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt/ ꝙ gabella vini muſti ⁊ aceti vendatur ad incantũ p doños priores populi dicte ciuitatis iuxta formã traditã in vẽditiõe aliaꝝ gabellaꝝ. Jta tñ ꝙ bãniat̃ ⁊ plus offerenti detur ſm formam dictoꝝ ſtatutoꝝ.

¶ De gabella vini venditi in groſſum ſoluenda. Rubrica. 290.

¶ De vini gabella plene conſequenti.
Item Prouiderũt ⁊ ordinauerunt ꝙ ſi aliqua perſona ciuitatis vel comitatus Aſiſij vel aliunde venderet, ſeu vendiderit vinum: ſeu muſtũ in dicta ciuitate: uel comitatu Aſiſij in groſſuꝫ: ⁊ dictus venditor non ſoluerit gabellam infra tp̃s in infraſcriptis ordinamẽtis contentũ. Et poſt dictum tempus dictus venditor non eſſet ſolueñ. vel cogi non poſſet per officiales dicte ciuitatis Aſiſij ad ſoluendũ dictã gabellã: ꝙ tunc emptor dicti vini: ſeu muſti infra decẽ dies poſt terminũ quem habebat dictus venditor ad ſoluendũ dictaꝫ gabellã teneat̃ ⁊ debeat ſoluere gabellam predictã ad penã. xxv. lib. deñ. applicañ. dicto cõi pro quolibet ↄ̃faciente ⁊ qualibet vice. Et nihilominus gabellaꝫ teneat̃ ſoluere duplicatã emptori predicto: vel maſſario cõis qñ nõ eſſet vẽdita. Jta tñ ꝙ ſi dictus emptor cogeret̃ ſoluere ⁊ ſolueret dictam gabellã habeat regreſſuꝫ ↄ̃ dictũ uenditorẽ ⁊ eius bona pro duplo ⁊ ad duplum eius quantitatis qꝫ ſoluerit ⁊ expenſas quas propterea fecerit ⁊ ſubſtinuerit.

¶ De aſſignatione fienda de vino vendito, gabellario. Rubrica. 291.

Item Prouiderunt ⁊ ordinauerũt ꝙ quicunqꝫ vendiderit uinum in groſſuꝫ ad ſalmã uel ad barile, vel aliter quomodocũqꝫ in groſſuꝫ teneat̃ ⁊ debeat uẽditor uenditionẽ predictam: ⁊ nomen emptoris ⁊ precium uini: ⁊ uegetem, carratum, ſiue barile vel aliud uas in quo uel qua fuerit dictum uinum uenditum aſſignare emptori dicte gabelle uel deputando per eum: uel camerario cõmunis quando eſſet uendita de ciuitatę infra tres dies: ⁊ infra quinqꝫ dies de comitatu poſt uenditionem predictam. Et poſt dictam aſſignationem teneatur ⁊ debeat dictus uenditor menſurari: uel arbitrari facere per aliquem publicum menſuratorem dicte ciuitatis uel comitatus Aſiſij: infra octo dies, poſt dictos tres

dies de ciuitate ⁊ quinqʒ dies de comitatu. Et ſm relationem dicti menſuratoris ⁊ prout dictus menſurator arbitrabitur vel menſurabit vegetē/carratū/vel barile plenam/ſiue plenū/ vacuam/ſiue vacuum: teneat̃ ⁊ debeat dictus venditor ſoluere gabellā predictam. vʒ ſolidos tres pro qualibet libra/prout capiet ſm relationem predictam infra quindecim dies poſt relationē predictā, pena. xxv. lib. deñ. applicañ. cōi Aſiſij pro quolibet ꝯfaciēte ⁊ q̃libet vice. Et nihilominus dictus vēditor teneat̃ ſoluere dictā gabellā duplicatā emptori gabelle predicte.

¶ De ſigillatione ⁊ aſſignatione vegetum ⁊ alioꝝ vaſoꝝ qñ venditur vinum vt in capitulo continetur. Rubrica. 292.

Item Prouiderunt ⁊ ordinauerunt ꝙ qcunqʒ vendiderit vinum exiſtens in vegete/carrato/vel barile/vel alio vaſe ad minutū/teneatur ⁊ debeat dictus vēditor aſſignare emptori gabelle predicto: vel deputando per eum / vel camerario cōis qñ non eſſet vendita vegetem: carratum barile/vel aliud vas in quo dictum vinum vendeñ. exiſteret. Et ipſam vegetem carratum barile/vel aliud vas ſigillari facere. ſ. ſigillo dicti emptoris predicte gabelle vel deputañ. per eū: vel maſſarij qñ nō eēt vendita. Ita ⁊ taliter ꝙ non poſſit aliquo modo incipere: nec incipiat vendere dictum vinum ad minutum niſi primo fuerit aſſignatum: ⁊ ſigillata veges carratum barile vel aliud vas ad infraſcriptam penam. Et poſt dictaʒ venditionem teneatur ⁊ debeat dictus venditor facere menſurari/vel arbitrari per aliquem publicum menſuratorem de ciuitate vel comitatu Aſiſij infra octo dies computandos a die venditionis perfecte quantum uinum venditum eſt, ⁊ ad quantum: ⁊ ſm relationem fiendaʒ dicto emptori/vel camerario qñ non eſſet vendita per menſuratorem prefatum: teneatur ⁊ debeat venditor talis vini venditi ſoluere gabellam predictam emptori dicte gabelle/uel camerario quando non eſſet vendita ad rationem trium ſolidorum pro qualibet libra deñ. precij vini venditi prout capiet ſm relationem predictam infra quintam diem poſt dictam relationem que relatio fiat ⁊ fieri debeat infra dictos octo dies pena decem lib. deñ. applicanda dicto cōmuni pro quolibet contrafaciente ⁊ qualibet vice tam venditore q̃ʒ menſuratore qui menſurabit vel arbitrabitur tale vas ⁊ nihilominus dictus venditor talis vini teneatur ſoluere gabellam predictam duplicatam dicto emptori gabelle: vel camerario quando non eſſet vendita. Hoc etiam declarato/ꝙ nullus poſſit vendere dictum vinum ad minutum: niſi primo ſigillari fecerit vegetem/carratum/barile: uel aliud vas vbi fuerit tale vinum vendenduʒ ad minutum per emptorem dicte gabelle / vel deputandum per eum: ſiue per camerarium quando non eſſet vendita: ⁊ habuerit licentiam a dicto emptore: vel deputando per eum: vel a camerario quando non eſſet uendita, uendendi dictum uinum expreſſa quantitate ⁊ precio quo ad quantum dictum uinum vendi debet/ad penam decem lib. deñ. applicañ. dicto cōmuni pro quolibet contrafaciente: ⁊ qualibet uice. Et ꝙ emptor predictus antedicte gabelle teneatur ⁊ debeat ad penam quinquaginta lib. deñ. applicañ. dicto cōmuni pro qualibet vice/ ea die/qua ſibi petitum fuerit/dare ⁊ concedere licentiam/cuilibet petenti uendendi uinum ⁊ ire vel mittere ad ſigillandum/⁊ ſigillare/vel ſigillari facere vegetem/uel carratum barile ſiue aliud uas in quo fuerit tale uinum uendendum. Et nihilominus talis petens licentiam vendendi dictum uinum adhibitis duobus teſtibus quando petet dictam licentiam uendendi dictum vinum niſi eam dederit ⁊ conceſſerit ei dictus emptor gabelle: ⁊ ſigillauerit/vel ſigillari fecerit uegetem: carratum/barile/uel aliud uas ut eſt dictum: ipſa eadem die poſſit: ⁊ ſibi liceat, ſine pena: uel alia grauitate pro libito a dicta die in antea uendere dictum tale vinum de quo licentiam petierit ab emptore gabelle coram teſtibus antedictis. Et ad idem teneatur camerarius in caſu ⁊ quando dicta gabella non eſſet vendita. Et ſi contigerit ꝙ uenditor alicuius vini ad minutum: primo declarauerit ⁊ expoſuerit tale vinum uendendum pro aliquo precio, ⁊ quantitate: ⁊ poſtea uoluerit ipſum uinum uendere: ⁊ exponere uendendum ad minus precium: ⁊ minorem quantitatem quandocunqʒ ⁊ qualitercunqʒ: ꝙ cuilibet liceat teneatur ⁊ debeat ducere emptorem dicte gabelle, uel camerarium quando non eſſet uendita ⁊ ſibi monſtrare ⁊ ſigillari facere: uegetem carratuʒ: barile uel aliud uas in quo fuerit tale uinum ⁊ ſignuʒ ponere. Et dictus emptor ſiue camerarius ad penā ꝑdictā teneatur ⁊ debeat ire uel mittere ſtatim ea die ad petitionē cuiuſlibet ad videndū ⁊ ſignū recipiēduʒ ⁊ ſigillandū, ⁊ ſigillet: ⁊ ſignū recipiat. Ita ꝙ plene clare ⁊ vere ſciat̃ q̃ttitas uini: ⁊ ad quātum uendituʒ fuit: ne gabella predicta poſſit diſtrahi: vel fraudari

ꝛ nemo vltra veritatem, ꝛ rectitudinem dicta cā valeat grauari, vel moleſtari. Et ꝙ emptor dicte gabelle ſiue camerarius qñ non eſſet vendita teneaṫ ad penā centuz lib. deñ. pro qualibet vice, ꝛ ſatiſſactionis: ꝛ intereſſe dicti cōis ſcribere: vel ſcribi facere per deputandū ꝑ eum ordinate in quodā libro ꝑ ſe, ꝛ aperte oēs ꝛ ſingulas aſſignationes ſibi: vel deputādo per eū fiendas ꝛ ēt ſigillationes quas faciet, vel fieri faciet: ꝛ oēs licētias quas ipſe, vel deputādus per eū faciet vel ꝓcedet de vēditione cuiuſlibet vini. Et ſimiliter qñ vinū fuerit expoſitū vēdi ad vnum preciū: ꝛ minuereṫ ꝑciuz dicti vini: ꝛ ēt relationes que fient per mēſuratorē: vel mēſuratores ꝑdictos in oibus caſibus expreſſis in ordinamento pñti. Ita ꝙ clare ꝛ lucide appareant oia ſupradicta: ꝛ ſciri poſſit ueritas ꝛ claritas vini venditi ꝛ gabelle predicte, ꝛ ire uel mittere quotiens fuerit reqſitus. Et qcunqꝫ augumētauerit, ſiue in maiori q̄ꝫtitate ꝛ ꝑcio vendiderit vinū vltra q̄ꝫ dixerit emptori ꝑdicto: uel deputando ꝑ eum ſine licentia ꝛ ſigillatione dicti emptoris: vel deputandi per eū: ſiue camerarij qñ nō eſſet uendita: de qua appareat patenter ꝛ ordinate in libro ꝑdicto: condemneṫ dicto cōi pro quolibet ꝛ qualibet vice in. xxv. lib. deñ. Et ꝙ nullus hoſpitator, vel alius tam ciuis q̄ꝫ forenſis poſſit uendere uinum ad barile: uel de barile, vel alio uaſe, niſi ſit ſigillatū tale barile vel uas ſigillo dicti emptoris quando eſſet uendita, vel dicti camerarij: non obſtante ꝙ habuerit ſignum vegetis de qua extraheret dictum uinum, ad penam predictam applicandam camere.

¶ De gabella vini ꝛ muſti forenſis. Rubrica. 293.

Item Prouiderūt ꝛ ordinauerūt ꝙ de quolibet muſto ꝛ vino forenſe, uel nō nato in comitatu Aſiſij uendēdo: ꝛ qđ uendeṫ ad minutū uel in groſſuz in ciuitate uel comitatu Aſiſij, ſoluaṫ ꝛ ſolui debeat gabella ſex ſoſ. deñ. pro qualibet libra deñ. ꝑcij talis muſti, uel vini forenſis uenditi emptori dicte gabelle muſti ꝛ vini, uel camerario cōis Aſiſij qñ nō eſſet uēdita infra terminos ꝛ ſ̄m modos ꝛ ad penas ſupra ꝯtentos ꝛ ꝯtentas ꝛ de, ꝛ in uendētibus uinū natum in comitatu Aſiſij in groſſuz uel ad minutū. Et ſi aliquis forenſis q teneret ſoulere dictā gabellam uini ꝛ muſti eā nō ſolueret dicto emptori infra terminos ordinatos incurrat penas in pñtibus ordinamētis ꝯtentas. Et nihilominus dñs domus in qua dictū vinū ꝛ muſtū uenditū fuerit teneaṫ ꝛ debeat ſoluere gabellā ꝑdictā obmiſſaꝫ ſolui per dictuz forenſeꝫ ꝓut ꝛ ſicut ipſe talis forenſis eandem gabellam ſoluere tenebatur.

¶ Ꝙ qlibet poſſit accuſare facientes cōtra ordinamēta, ꝛ de ipſoꝝ parte. Rubrica. 294.

Item Prouiderūt ꝛ ordinauerunt ꝙ qlibet poſſit denūciare ꝛ accuſare quemlibet ꝯfacientē in aliquo ꝯ̄ formam ſupradictoꝝ ordinamentoꝝ ꝛ cuiuſlibet uel alterius eoꝝ. Et intelligaṫ ꝛ ſit uerus ꝛ idoneus accuſator ꝛ denūciator, ꝛ ſtetur ꝛ credaṫ dicto ꝛ ſacramēto dicti accuſatoris uel denūciatoris cū ſacramento duoꝝ teſtiū idoneoꝝ ꝛ fide dignoꝝ, ꝛ habeat medietatē ꝯdemnationis ferende ex ſua denūciatione, uel accuſatione. vꝫ de eo qđ uenerit in cōmuni. Et nihilominus dñs poteſtas uel eius iudex ciuitatis Aſiſij, teneaṫ ꝛ debeat adminus ſingulis quindecim diebus inquirere de predictis ꝛ repertos culpabiles punire ꝛ condemnare in penis ſuperius declaratis.

¶ Ꝙ nullus opponat contra dicta ordinamenta. Rubrica. 295.

Item Prouiderūt ꝛ ordinauerūt ꝙ nulla pſona audeat uel pſumat aliqd dicere: opponere uel arrēgare in iudicio uel extra ꝯ̄ dictā gabellā: uel ordinamenta ſupra ꝯdita: uel aliquod eoꝝ ad penā centum lib. deñ. pro quolibet ꝛ qualibet vice. Et nihilominus talis oppoſitio, allegatio uel dictū nō ualeat. Et eis: uel aliquo ipſoꝝ non obſtañ. dicta ordinamenta: ꝛ quodlibet eoꝝ ſeruentur ꝛ exequantur in ſingulis ſicut ſuperius ſcripta ſunt.

¶ Ꝙ nullus poſſit extrahere extra comitatū Aſiſij muſtum vel acetum, niſi ſolutꝫ. gabellis in capitulo conteñ. Rubrica. 296.

Itē Prouiderūt ordinauerūt ꝛ declarauerūt ꝙ nulla pſona ciuis uel comitatēſis Aſiſij, ſiue forēſis cuiuſcūqꝫ ꝯditiōis fuerit audeat vł pſumat: vł poſſit: aut debeat portare vel portari facē extra comitatū Aſiſij: aliqđ uinū muſtū uel acetū, niſi ꝑ̄ facta fuerit ſolutio dicte gabelle dicti talis uini muſti uel aceti: ad rōnē triū ſoſ. deñ. ꝑ qualꝫ libra ſ̄m formā precedentis capituli ꝛ decreti; uel niſi facta fuerit conſignatio, uel cautio idonea de ſoluendo

ipſam gabellã ꝛ camerario cõis Aſiſij qñ nõ eſſet vendita dicta gabella: vel emptori dicte gabelle qñ ipſa gabella eſſet vendita ad penã q̃nquaginta lib. deñ. pro quolibet ꝯfaciente ꝛ qualibet vice/ auferẽ. ſũmarie ꝛ de facto ꝑ dñm ꝯſeruatorem/ ſiue dñm capitaneũ populi/ ſiue ꝑ dñm iudicẽ iuſtitie dicte ciuitatis: ꝛ ꝑditionis beſtie ſiue beſtiaꝝ ſuper qua vel q̃bus portaret̃ tale vinũ muſtuꝫ/ vel acetũ ꝯ formam ꝑdictam: ꝛ ẽt perditionis ipſius talis vini muſti/ vel aceti. Que ꝛ q̃d ſtatim vendi debeãt. Et q̃libet tam ciuis q̃ꝫ comitatẽſis Aſiſij/ q̃ꝫ ẽt forenſis poſſit capere/ tornare/ accuſare/ ꝛ denunciare/ quemlibet ꝯfacientẽ: ꝛ pñtare dicto dño ꝯſeruatori/ vel capitaneo populi, vel iudici iuſtitie dicte ciuitatis: ꝛ habeat ꝛ lucretur medietatem dictarum ꝯdemnationuꝫ beſtiaꝝ ꝛ ſalmaꝝ. Et reliqua medietas deueniat in cõi ꝑdicto. Jta tñ q̃ dñs ꝯſeruator ſiue dñs capitaneus populi/ ſiue iudex iuſtitie dicte ciuitatis qui executionẽ realiter ꝛ perſonaliter fecerit de ꝑdictis/ habeat pro ſua ꝓuiſione tres ſol. deñ. pro qualibet libra de omni eo/ q̃d fecerit venire effectualiter ꝛ realiter in dicto cõi: deducẽdos de parte cõtingente dicto cõi. Declarãtes pro maiori certitudine, ꝛ ad euitandũ omne dubium q̃ ſi fuerint plures q̃cũq̃ꝫ vnã ꝛ eandẽ ſalmã ꝛ beſtiã: ſiue ſalmas ꝛ beſtias, vel pſonaꝫ / ſiue pſonas tornantes/ accuſantes, ſiue denũciantes/ vna pars tñ debeat̃ ꝛ detur oĩbus predictis ꝛ non vltra/ de ꝯdemnationibus beſtijs ꝛ ſalmis: ſm modos ſupra expreſſos.

¶ Q̃ volẽtes extrahere de comitatus Aſiſij vinũ/ muſtũ, vel acetũ debeat oñdere vegetẽ vl aliud vas ꝑmo maſſario/ vel emptori gabelle ꝑ obſeruatã ꝯtentoꝝ in capl'o. Rica. 297.

Item Ad obuiandũ ne fraus aliqua poſſit fieri: vel cõmitti circa delationẽ/ ſiue extractionẽ alicuius vini/ muſti/ ſiue aceti extra comitatũ Aſiſij. Prouiderũt/ ordinauerunt ꝛ decreuerunt q̃ nullus ciuis/ vel comitatenſis Aſiſij/ vel forenſis cuiuſcũq̃ꝫ cõditionis fuerit poſſit extrahere extra comitatũ Aſiſij aliquod vinum/ vel muſtũ/ ſiue acetuꝫ: niſi dictũ tale vinũ, ſiue muſtũ vel acetũ vendditũ ꝛ emptũ fuerit vero: ꝛ iuſto ꝑcio in dicta ciuitate ꝛ eius comitatu. Et ſiquis vellet extrahere ꝛ portare extra dictum comitatum, aliq̃d vinuꝫ/ vel muſtum ſiue acetũ q̃d non eſſet venditũ: vel emptũ in dicta ciuitate vel eius comitatu anteq̃ꝫ ipſum extrahat de vegete: vel alio vaſe in qua, vel quo fuerit: ipſum tale vinum: muſtuꝫ: vel acetũ: debeat oſtendere camerario cõis Aſiſij qñ gabella non eſſet vẽdita: vel emptori gabelle ꝑdicte qñ gabella eſſet vendita: dictam talem vegetẽ vel aliud vas, ꝛ facere menſurari, ſiue arbitrari per aliquẽ menſuratorẽ dicte ciuitatis: vel comitatus Aſiſij, ꝛ ſoluere ſiue accordare ſufficienter de ſoluẽ. gabellam predictam triuꝫ ſol. deñ. pro qualibet libra deñ. precij ꝛ valoris talis vini: vel muſti, ſiue aceti ſm extimationẽ ꝯgruam valoris ꝛ precij talis vini: vel muſti/ ſiue aceti fiendam: vel que fieri debeat per tres bonos hoĩes: quoꝝ vnus eligat̃ ꝑ dños priores populi dicte ciuitatis: ꝛ alius ꝑ emptorẽ dicte gabelle qñ dicta gabella eſſet vẽdita, vel ꝑ camerariũ dicti cõis qñ dicta gabella nõ eſſet vẽdita. Et iſtoꝝ duoꝝ bonoꝝ hoiuꝫ: eligẽdoꝝ tpe pñtium dñoꝝ duret pro preſenti electione vſq̃ꝫ ꝛ ꝑ totuꝫ tp̃s pñtiuꝫ dñoꝝ prioꝝ ſucceſſiue. Aut fiat electio ꝑdictoꝝ duoꝝ bonoꝝ hoĩum ꝑ ſucceſſores priores: ꝛ per emptoreꝫ dicte gabelle. Siue per camerariũ in caſu ꝑdicto in principio cuiuſlibet prioratus. Et duret electio ꝑdictoꝝ ſic eligendoꝝ toto tpe ipſius prioratus. Et alter tertius bonus homo eligatur ꝑ illum: cuius vinum: muſtũ, vel acetum extimabitur. Et in qualibet extimatione ſint ſalteꝫ duo de dictis tribus bonis hoĩbus in ꝯcordia. Et debeant feciſſe dictam extimationẽ in vnaꝫ dieꝫ naturalem: a die notificationis facte per dictũ talẽ, cuius vinũ: muſtũ: vel acetũ extimari petit̃ ad penã. xxv. lib. deñ. pro quolibet dictoꝝ extimatoꝝ, ꝛ qualibet vice. Et in ſingulis alijs caſibus ſupradictis ſit pena cuilibet ꝯfacienti, vel delinquenti q̃nquaginta lib. deñ. pro quolibet: ꝛ qualibet vice, auferẽ. ſũmarie ꝛ de facto. Cuius pene, medietas ſit dicti cõis: ꝛ alia medietas accuſatoris ꝛ denunciatoris. Et q̃libet taꝫ ciuis: q̃ꝫ comitatẽſis: q̃ꝫ officialis: q̃ꝫ ẽt forenſis poſſit denunciare ꝛ accuſare: ꝛ habeat partem predictam.

¶ Vendentes vel ementes vuuas vinee que piſtabuntur teneantur aſſignare officiali ꝛ ſoluere gabellam. Rubrica. 298.

Item Prouiderũt ꝛ ordinauerũt q̃ quicunq̃ꝫ, vendet: vel vendiderit: emet vel emerit vuas vinee que piſtabunt̃: ꝛ de eis muſtuꝫ trahet̃ ꝛ fiet: teneat ꝛ debeat taꝫ emptor: q̃ꝫ venditor aſſignare officiali ꝑdicto: ꝛ gabellã ſoluere de muſto q̃d fiet ꝛ trahet̃ de vuis ꝑdictis in termino ꝛ ad penas prout ꝛ ſicut ſupra de muſto eſt expreſſum in precedẽti.

¶ Q; pro gabella tranſitus tñ vini/muſti/ ⁊ aceti ſoluant. x. ſol. pro qualibet ſalma. R. 299.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ Berruarij dominoꝝ Poteſtatis ⁊ Capitanei qui ꝓ tempore fuerint teneantur ⁊ debeant caperẽ exbanitos pro debito: vel debitis, ⁊ debitores/contra quos conceſſa fuerit licentia de capiendo ad petitionem creditorum/vel creditoris, dũmodo cum licentia Judicis: Poteſtatis: vel Capitanei, Qui Berruari habeant pro quolibet ipſoꝝ: ⁊ pro quolibet quem pro debito caperent in platea communis: duodecim denarios: ⁊ alibi in ciuitate intra muros ipſius ciuitatis/duos ſolidos denarioꝝ, ⁊ extra portas in comitatu in qualibet parte ipſius comitatus/quatuor ſolidos denarioꝝ dũmodo in platea, vel in Ciuitate/vel in comitatu ire non poſſint niſi duo Berruarij tantum qui ſalarium recipiant, Et ipſi Berruarij vel eoꝝ alter: aut aliquis ꝓ eis nõ poſſint nec debeant aliquo colore queſito vel cauſa aliquid percipere: vel habere ab aliquo occaſione ſalarij cõmeſtionis: vel alia de cauſa vltra ſalarium ſupra eis conceſſum, vel ordinatũ: Et ſi quis eoꝝ cõtrafecerit in pdictis/vel aliquo pdictorum condemnetur ꝑ futuros Sindicos pro quolibet: ⁊ ꝑ qualibet vice in. xxv. lib. deñ. comuni Aſiſij applicañ. Et quilibet admictatur ad denunciãdum ⁊ accuſandum, cuius penę medietas ſit communis: ⁊ alia accuſatoris: Et ſemper de licentia ipſis Berruarijs, vel alteri ipſoꝝ data ad capiendũ aliquem ꝓ debito/appareat ⁊ apparere debeat apud acta, dũmodo nullum capere poſſint in domo propria habitationis ſue, vel in aliqua eccleſia: ſeu apotecha per eum conducta.

¶ Qꝫ cauſę cõpromictantur: inter quaſcunqꝫ perſonas: ⁊ de officio ⁊ Poteſtate arbitrorum. Rubrica. 17.

Preſenti Capitulo duximus ſtatuendum ꝙ cauſe: lites: queſtiones: ⁊ controuerſie tam inter conſanguineos ⁊ affines/ꝙ̃ alias quaſcunqꝫ perſonas debeant compromicti iuſſu dñi Poteſtatis/vel Capitanei/vel Judicis ipſoꝝ, corã quo erit lis cauſa: vel controuerſia: Et intelligatur eſſe cauſa/lis/queſtio/vel controuerſia ꝑ porrectionem libelli/vel aliqualis ſimplicis narrationis facti inſcriptis ⁊ vnicam citationem: Et quilibet predictoꝝ officialium additus ſuper pdictis/teneatur ⁊ debeat ſuper pdictis cauſis infraſcriptum modum obſeruare videlicet/ꝙ ſtatum ꝓducto libello: ſiue facta ſimplici narratione ſuper quo compromiſſum debet fieri/teneatur Judex ⁊ debeat ad inſtantiam actoris citari facere per publicum Baiulum comunis Aſiſij perſonaliter: vel ad domum ſue ſolite habitationis reum/vel conuentum ad recipiendum terminum de accipiendo copiam libelli: ſeu narrationis facti: ⁊ opponendum contra, ⁊ ipſo conuento reo exiſtente in cõtumacia predicta/tunc Judex cauſæ terminum duorum dierum ad opponendum contra dictam petitionem in abſentia dicto reo teneatur aſſignare, ⁊ ſibi notificari facere: ⁊ ſi per reum cõuentum vel fuerit oppoſitum: dictus Judex ad cõpromiſſum faciendũ teneatur ⁊ debeat ꝓcedere ſecundum formam inferius traditam. Si vero reus per ſe/vel aliũ legitime comparuerit: ⁊ exceptionem dilatoriam/vel declinatoriam oppoſuerit/ipſas exceptiones probare teneatur ⁊ debeat infra duos dies/a die obiectionis ipſarum: Super quibus exceptionibus dictus Judex infra alios duos dies imediate ſequẽtes poſt dictos duos dies/teneatur vt iuris fuerit ꝓnunciare, ⁊ deniqꝫ in cauſa procedere ad compromiſſum faciendũ ſi ꝑ ipſum Judicem dictæ exceptiones fuerint reiectę. Poſſint tamen ad impediendum compromiſſum, vltra dictas exceptiones dilatorias vel declinatorias opponi exceptio rei iudicate, exceptio preſcriptionis inducte per formã ſtatutoꝝ comunis Aſiſij: exceptio ſolutionis ⁊ ſatiſfacionis probandę tamen per publicum inſtrumentum: Quas exceptiones opponens debeat probaſſe infra terminum duorum dierum a die productionis ipſarum: Alias ipſarum obiectio non impediat compromiſſum: Et ſi dictę exceptiones non fuerint probatę/vel nihil fuerit

oppoſitum:ſtatim infra vnum diem proxime ſequentem poſt terminum datum huiuſmodi
exceptionibus:vel poſtquã nihil fuerit oppoſitum teneatur ⁊ debeat dictus Judex corã quo
queſtio verteretur:mandata legitima pronũciare:ſi ꝑ procuratorẽ ageretur:⁊ cõpromiſſum
in cauſa fore ⁊ eſſe fiendum per partes:ſiue agatur per principalẽ:ſiue ꝑ procuratorem:nec
poſſet dictus Judex dictas exceptiones vel aliquam eaꝝ partibus reſeruare:ad hoc vt veni-
ant diſcutiendę poſtea ꝑ arbitros elligendos tanq̃ merita cauſę concernentes ſub pena ipſi
Judici quingentaꝝ lib. deñ. ſindicatus tempore ſibi auferẽ de facto per ipſius ſindicatores
ſi in ꝑdictis aliter ſe habuerit. A qua pronunciatione per dictum Judicẽ fienda in cauſis ꝑ-
dictis vel aliqua predictaꝝ/nõ poſſit nec debeat ꝑ aliquam ex partibus/modo aliquo:direc-
tę/vel indirecte appellari ſiue ad aliquem reclamari:nec aliquis recurſus haberi vel de nul-
litate dici ſiue opponi. Et appellans/recurrens/vel de nullitate dicens non audiatur:⁊ ni-
hilominus incurrat penam quingentaꝝ lib. deñ. auferẽ.ꝑ Judicem qui ꝑdicta pronuncia-
uerit, Et cauſę predictæ lites/vel cõtrouerſię compromictantur ⁊ compromicti debeant/ſi-
ne lis cauſa queſtio/vel controuerſia fuerit inter ciuem ⁊ ciuem, ſiue inter ciuem ⁊ comita-
tenſem/vel diſtrictualem ⁊ forenſem. Siue inter forenſem ⁊ forenſem, ſiue inter clericum ⁊
ſecularem, ſiue maiorem ⁊ minorem vigintiquinq̧ annis. Siue inter maiorem ⁊ minorem
etiam pupillum vel pupillos. Si tamen prius Judex viderit ipſos legitimos habere defen-
ſores. Siue etiam cauſa eſſet cum filijs familias, ſiue cũ aliqua vniuerſitate corpore vel col/
legio. Volumus tamen ꝙ cauſę debeant peti ꝙ cõpromictãtur infra duos dies ꝑ actorem a
die dati libelli/vel porecte narrationis facti. Per reum autem debeat peti cauſam compro
micti/ſi compromiſſum voluerit infra tres dies a die prime citationis facte de eo. Teneant
inſuper dicti Judices cogere realiter ⁊ ꝑſonaliter partes litigantes ad compromictendum
ipſam cãm q̃ſtionẽ, vel cõtrouerſiam quę vertereẽ iuxta formam ꝓnũciationis factę ꝑ ipſum
Judicem, ⁊ facere ꝙ dicte partes litigantes infra tres dies a die dicte ꝓnunciationis factę
compromictant de iure ⁊ de facto, ⁊ de veritate, ⁊ de equitate in duos arbitros ⁊ arbitrato-
res/amicabiles compoſitores, ⁊ bonos viros infra dictã diem a die pronunciationis facte,
per dictum Judicem ſuper cauſa compromictẽda, pena tã dicto Judici negligẽti infra dic-
tum tempus partes predictas ad compromictendum cõpellere q̃ parti ad faciendũ com-
promiſſum non comparenti ꝑ ſe, vel legiptimam perſonam quingentaꝝ lib. deñ. Et ſi pars
conuenta ad ipſum compromiſſum faciendũ legitime monita ſeu citata ſe abſentauerit, vel/
latitauerit vel comparere noluerit infra dictum tempus trium dieꝝ a die huiuſmodi citatio-
nis ſeu monitionis per ſe, vel per perſonam habentem mandatum ad compromictendũ, Et
tunc auctoritate ꝑſentis ſtatuti Judex cauſę poſſit teneatur ⁊ debeat / ad penã quingentaꝝ
libraꝝ denarioꝝ ad requiſitionem actoris vel perſone legitime ꝓ actore/eligere ꝓ parte cõ-
uenti arbitrum ⁊ arbitratorem quem crediderit idoneũ:⁊ in talem eligẽ. Ac etiam in eli-
gendo ꝓ parte actoris compromiſſum facere, ⁊ ipſum cõpromiſſum ſic per Judicem factuȝ
nomine conuenti ꝑ inde vires ⁊ effectum habeat in omnibus, ac ſi per ipſum conuentũ fac-
tum eſſet: ⁊ ipſe ſic eligendus in omnibus habeatur / ac ſi per conuentum preſentem eſſet
electus, Et e conuerſo/eodem modo in omnibus ⁊ per omnia fieri debeat per ipſum Judi-
cem ſi pars actoris ſe abſentauerit/⁊ infra dictũ terminũ trium dieꝝ ad cõpromiſſum facien-
dum per ſe/vel procuratorem legitimũ minime comparuerit/pena ſimiliter ipſi Judici cõ-
tra facienti/quingentaꝝ libraꝝ deñ. de quo expreſſe debeat ſindicari ꝑ Sindicatores tempo
re ſindicatus, Et dicti arbitri ⁊ arbitratores, ⁊ amicabiles cõpoſitores ſic electi ꝑ Ambas
partes/vel ꝑ alteram partium ⁊ Judicem, cogantur ſtatim ꝑ Poteſtatẽ vel Capitaneum,
vel eoꝝ Judicem, coram quo queſtio verteretur anteq̃ vnq̃ diſcedant de Palacio/eligere
tertium arbitrum ⁊ arbitratorem ⁊ amicabilem cõpoſitorem, Et ſtatim facta electione ter-
tij/ipſe tertius arbiter cogatur infra duos dies a die electionis ipſius tertij realiter ⁊ perſo-
naliter, Ita ꝙ infra dictum tempus duaꝝ dierum omnino acceptet, pena Poteſtati vel ca-
pitaneo/vel eoꝝ Judici/corã quo queſtio verteretur pro quolibet ⁊ qualibet vice quingen-
tarum lib. deñ. ſi in predictis, vel aliquo predictoꝝ fuerint negligentes. Volumus inſuꝑ
ꝙ dictus tertius arbiter omnem cauſam queſtionem/vel cõtrouerſiam quę corã eo vertere-
tur, ⁊ de qua factum eſſet cõpromiſſum poſſit teneatur ⁊ debeat cognoſcere ſũmarie ſimpli-
citer ⁊ de plano ꝓ vt ipſi tertio arbitro/⁊ arbitratori videbitur ⁊ placebit ⁊ teſtes recipere
ad iuramenta, ⁊ ad teſtificandum partibus preſentibus, vel abſentibus, ⁊ partibus, ⁊ teſti-

bus

bus citatis vel non: Dummodo examinatio dictorum teſtium fieri debeat per collateralem Domini Poteſtatis/vel Capitanei vna cum ipſo tertio arbitro niſi partibus placuerit ꝙ examinatio teſtium fieret coram aliquo iuris perito de voluntate partium electo. Et ad predictam examinationē primi duo arbitri eſſe non debeant. Et ſi ſecus fuerit factum nōn teneat vllo modo. Et ipſos teſtes quos partes coram arbitro induxerint: ſeu inducere voluerint: Dominus Poteſtas vel Capitaneus: vel eorum Judex ad petitionem alterius ex partibus litigantibus compellere teneatur pignoribus captis ⁊ multa in dicta ad iurandum ⁊ teſtificandum coram tertio arbitro ſub forma ſuperius declarata: Et ipſam cauſam litem vel queſtionem teneantur ⁊ debeant ipſi arbitri ⁊ arbitratores infra viginti dies / a die acceptionis ipſius tertij diffinitiue ſententialiter terminaſſe: Jta ꝙ de cetero inter ipſas partes ſuper re/de qua factum fuit compromiſſum nullo vnqꝫ tempore poſſit aliquod litigium exoriri pena ipſis arbitris ⁊ arbitratoribus cauſam litem queſtionem vel controuerſiam diffinitiue: vt dictum eſt/non terminantibus infra predictum tempus/quingentarum lib. deñ. eis ⁊ cuilibet eorum defacto auferenda per quemcunqꝫ officialē ciuitatis Aſiſij/applicanda camere comunis Aſiſij. Volumus etiā ꝙ dictus tertius arbiter: ⁊ arbitrator poſſit ſi voluerit habere cōſiliū: vel colloquiū de cauſa: ſeu cauſis de q̄bus factū eſſet cōꝑmiſſuꝫ cū aliquo ſapiēte vno vel pluribus expēſis partiū ꝑ vt ei videbiť ⁊ placebit. Et ꝑ̄dicta nō vēdicent ſibi locū vbi peterež executio inſtrumēnti ꝯfeſſionati vľ alterius ſcripturꝰ habētis vim inſtrumēti cōfeſſionati ex forma ſtatutoꝝ comunis Aſiſij: ſuper quibus cōꝑmiſſuꝫ nō poſſit peti. Jn ſuꝑ volumus ꝙ contra aliquod arbitramentum ſeu laudum: vel declarationem dandum per dictos arbitros ⁊ arbitratores: vel ſaltim per duos ex eis concordes: non poſſit nec debeat per aliquā perſonam aliquid allegari/opponi ⁊ excipi quoquo modo: nec contra ipſum laudum: vel arbitramentum: vel arbitratores: vel perſonam alicuius eorum poſſit vel debeat aliquis recurſus haberi: nec etiam peti reductio ad arbitrium boni viri/ad aliquem iudicē/vel perſonam ſub quacunqꝫ dignitate exiſtentem: nec poſſit in integrum reſtitutio peti / aliqua ratione vel cauſa: etiam ſi ille qui petere vellet diceret ſe fuiſſe minorem ⁊ leſum occaſione dicti laudi vel arbitramenti: Et ſi aliquis recurſus haberetur cōtra ipſum arbitramentum vel arbitros nō valeat ipſo iure / nec teneat quod incontrarium factum eſſet. Et nihilominus qui contrafecerit incurrat in penam quingentarum lib. deñ. de facto applicandarum camere communis Aſiſij ad petitionem cuiuſcunqꝫ petentis/eadem pena iminente Poteſtati: vel Capitaneo ſi ſtatim dictam penam non exegriint ⁊ negligentes fuerint: de quo expreſſe debeant ſindicari. Et ꝙ laudum talium arbitrorum/⁊ arbitratorum / ⁊ amicabilium compoſitorum: vel duorum ex eis vt dictum eſt ſuper cauſa lite/queſtione/vel controuerſia compromiſſa/latum habeatur pro ſententia diffinitiua: que transiuit in rem iudicatam: a qua non liceat appellari. Sed obſeruari debeat per ipſas partes cum effectu. Volumus etiam ꝙ ſi aliquis dictoꝝ trium arbitrorum diuerſam ſententiam ferret: adeo ꝙ duo ex eis non eſſent concordes/ꝙ ex tunc/⁊ eo caſu cogantur dicti arbitri ⁊ tertius ſupra electus: ⁊ cogi debeant per Poteſtatem vel Capitaneum ⁊ eorum Judices: prout de ipſorum proceſſerit voluntate/⁊ carcerentur ſi opus fuerit donec ⁊ quouſqꝫ fuerint concordes ſaltim duo ex eis: ⁊ tulerint dictam ſententiam ſiue arbitramentum. Et eorum ſententia per inde habeatur: ac ſi per omnes tres fuiſſet lata: ⁊ pleniſſimam obtineat roboris firmitatem. Volumus etiam ꝙ cauſe a decem libris deñ. infra: nullatenus poſſint peti compromicti nec in eis locum habeat preſens capitulum de compromiſſis: Sed ipſas tales cauſas a decē libris infra volumus ꝙ iudex vel alius officialis coram quo tales cauſe verterentur determinet ⁊ diffiniat ſummarie ſimpliciter ⁊ de plano ſine ſtrepitu: ⁊ figura Judicij. Nec etiam poſſint litigantes cogi ad compromiſſuꝫ faciendum: ſi actor reo: vel reus actori ſuper tota cauſa voluerit de ferre iuramentum, Sed potius eo caſu: cauſa debeat ꝑ iuramentū terminari pena centum librarum denariorum iudici coram quo queſtio verteretur qui aliter procederet in predictis: de quo per eius ſcindicatores debeat expreſſe condemnari: Et ꝙ nullum compromiſſum factum in Judicio: ſiue extra ſiue de iure tantum ſiue de facto tantū: vel alio modo duret/nec durare poſſit vltra duos menſes: niſi fuerit maius vel minus tempus a partibus appoſitum in compromiſſo: vel niſi prorogatum fuerit de ipſarum partium voluntate. Addentes ꝙ poſtqꝫ cauſa fuerit ſemel compromiſſa ad petitionem actoris non poſſit ad eiuſdem actoris petitionem iterum peti compromicti; ſed ſolum Rei. Et ꝙ in cauſis predictis non ſoluatur nec ſolui debeat

aliquod ſalarium cauſarum ciuilium non obſtante ſtatuto poſito ſupra ſub rubrica: De ſalario ponendo in conteſtatione litis: nec aliquo alio ſtatuto incontrarium diſponente.

¶ Pro paſtu Animalis in tenutam dati: quid detur. Rubrica. 18.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ ſi detur tenuta contra debitorem de aliquo animali dentur pro paſtu animalis / ⁊ concedantur pro qualibet die. Scilicet pro quolibet Equo/Mulo/vel Mula: vel mulecto tres ſolidi denariorum. Pro quolibet Aſino: Boue: vel vaccha/duo ſolidi denariorum. Pro Porcho: ſiue Capra/quatuor denarij. Pro Pecude: ⁊ his ſimilibus pro qualibet duo denarij. Et ſi aliquã ipſarum beſtiarum ſomeggiauerit/vel equitauerit/ſeu fructus aliquos perceperit/ſeu alteri accommodauerit: ꝙ pro illa die nihil recipiat pro paſtu.

¶ Contra contumaces: modus exequendi in q̃ſtionibus ciuilibus. Rub. 19.

ITem Statuerunt: ⁊ ordinauerunt ꝙ contra contumaces Judex Communis Aſiſij ⁊ quilibet alius ſecundum ſuam iuriſdicionem pro modo ſue petitionis actorem micti faciat per Baiulum Communis Aſiſij in poſſeſſionem bonorum contumacis primo mobilium: ſecundo ſtabilium: tertio nominum debitorum. Jta tamen ꝙ ſi reus venerit perſonaliter infra decem dies: bonorum mobilium / ⁊ ſtabilium bonorum infra viginti dies a die datę tenutę: vel inductionis computandos: ſeu antedationem tenutę: ⁊ reſtituerit omnes expenſas Juramento actoris: ⁊ maxime ſalarium. Curie et Aduocatorum: Procuratorum: Scripturarum ⁊ Baiulorum data taxatione Judicis precedente: Et de Judicio ſiſti: ⁊ iudicato ſoluendo Jdoneam dederit cautionem/recipiat tenutã amiſſam. Si vero per decem dies: vel viginti dies predictos a die date tenutę ⁊ inductionis numerandos contumax in ſua durauerit contumacia: ⁊ perſonaliter fuerit requiſitus: vel ad domum ſue ſolitę habitationis cum termino trium dierum vtrum velit contra dictam tenutam opponere / vel recolligere ⁊ infra dictum terminum non oppoſuerit / vel recollexerit, vel non apparuerit de ſolutione ſatisfatione/aut quietatione rei iudicate/vel alia exceptione legitima. Dum tamen a ſententia non fuerit appellatum, Poteſtates: vel Capitaneus, vel eorum Judices cogant talem contumacem in perſona ⁊ rebus ad recolligendum tenutam cuiuſcunq̃ fuerit poſſeſſionis pro qua illa fuerit data: adeo ꝙ totaliter ſatisfaciat creditori, dummodo de dicto debito ſine aliqua cognitione, vel ſollemnitate: aut per teſtes receptos: aut recipiendos conſtiterit ſummarie ⁊ de plano, omni ſollemnitate iuris obmiſſa, ante ſententiam dationis inſolutum, Et ſi infra dictum tempus decem vel. xx. dierum non comparuerit vt dictum eſt: Judex ipſam tenutam faciat extimari ſecundum modum qui in ſtatuto de executione inſtrumentorum continetur. Et det creditori inſolutũ tribus ſubaſtationibus precedentibus: quarum quelibet ſit vnius diei: non computato die dati banni: vel vendatur per Judicem premiſſis publice vt ſupra tribus ſubaſtationibus, ⁊ plus offerenti detur, ⁊ de pretio ſatisfaciat creditori: Et reſiduum pretij ſeu eſtimationis debitori reddatur. Et ꝙ nulla licentia capiendi tenutam ⁊ poſſeſſionem alicuius rei immobilis poſſit dari per aliquem ſeu aliquos officiales Cõmunis Aſiſij niſi primo ⁊ ante omnia poſſeſſor fuerit legitime bis citatus ⁊ requiſitus per Baiulos Communis Aſiſij perſonaliter vel ad domum: ſi domum habet in ciuitate, vel comitatu Aſiſij. Si vero reperiri non poterit perſonaliter: ⁊ domum non habet in ciuitate vel Comitatu Aſiſij citetur vt ſupra dictum eſt Jn poſſeſſione quę petitur apprehendi vt intra tertiam diem; a die citationis in antea debeat coram iudice comparere ad contradicendum ⁊ opponendum quicquid voluerit, quare licentia non detur petenti apprehendendi tenutam; Et ſuper defenſionibus ⁊ iuribus ſuis poſſeſſor admictatur ſi legitimam cauſam habuerit poſſidendi: ⁊ iura meliora habuerit: alias procedatur iuxta formam dicti ſtatuti. Et hoc habeat locum in tertio poſſeſſores. Et ſi aliter fieret licentia data non valeat nec teneat ipſo iure, ⁊ per Judicem reuocetur de facto ad petitionem poſſidentis ad penam quinquaginta librarum denariorum. Et ſi tenuta de bonis debitoris contumacis dari non poterit, quia non reperirentur de bonis debitoris, ſecundum relationem actam per Baiulum Communis ⁊ creditor voluerit ꝙ debitor ſuus ponatur in banno/au

datur per Judicem citatione ſeu citationibus prius legitime factis vt ſupra: dūmodo ante
banni dationem liqueat de debito ꝑ inſtrumenta/ vel teſtes receptos vel recipiendos ſum-
marie ſine ſtrepitu ⁊ figura Judicij: Si debitum fuerit a decem libris ſupra, ⁊ in decem li-
bris: ⁊ a decem libris infra non ſit neceſſe ꝙ conſtet de debito: in quo bāno terminus quinqʒ
dierum aſſignetur ciui ⁊ comitatenſi octo dierum die dati bāni minime computato ad ſol-
uendum ſatiſfaciendum ⁊ ſe concordandum cum creditore de debito ⁊ expenſis: quod ban-
num notificari debeat debitori ꝑ baiulum cōmunis perſonaliter, vel ad domum eius ſolite
habitationis in die dati bāni vel ſequenti: ⁊ aliter bannum non valeat neqʒ teneat ipſo iure.
Et ſi infra terminum banni creditor comparuerit audiatur de iure ſuo: prius per eum refec-
tis expenſis legitimis creditori. Et data per eum ⁊ preſtita Jdonea cautiōe de iudicio Si-
ſti: ⁊ iudicato ſoluendo. Et ſi infra terminum banni non comparuerit: abinde inante nō au-
diatur in aliquo ſuo iure ciuili contradictum creditorem. Sed ad petitionem ipſius credito-
ris poſſit capi ⁊ perſonaliter detineri in palacijs ⁊ carceribus communis Aſiſij, vſqʒ ad in-
tegram ſatiſfactionem debiti.

¶ Qr fiat ius ſummarium in dotibus ⁊ de ordine ſeruando. Rubrica. 10.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ per Poteſtatem ⁊ Capitaneum ⁊ Judi-
ces eorum ⁊ quemlibet alium in officio ſibi cōmiſſo fiat ius petentibus de
queſtionibus rerum mobilium ⁊ dotis hoc modo: ꝙ habens Jdoneum pignus pro dote: ip-
ſo pignore idoneo quod habuerit ſit contenta. Et vir eius ⁊ dans pignus inquietari nō poſ-
ſit. Et Poteſtas ⁊ Capitaneus ⁊ quilibet ipſorum ⁊ Judices eorum in poſſeſſione dicti pi-
gnoris teneantur ipſam ꝯſeruare qđ ſi vero pignus non fuerit Jdoneum omnia bona viri:
⁊ Jllius qui fecerit vel faceret promiſſionem de reſtituenda dote ſint mulieri dotate obliga-
ta. Voluerunt etiam ꝙ mulierem dotatam Jdoneum pignus pro dotibus ſuis: ſiue pigno-
ra habentem dotium ſuarum Poteſtas: vel Capitaneus: vel eorum Judices teneantur ip-
ſam ſiue eius procuratorem in poſſeſſione ſui pignoris, quando ab ea, vel ſuo ꝓcuratore fue-
rint requiſiti, manutenere ſi eſſet in poſſeſſione alterius ſemper ſaluo habentis iura potiora,
ſine ſalario, ſummarie ⁊ de plano ſine libelli oblatione: ⁊ ſine ſtrepitu ⁊ figura Judicij in ca-
ſu ⁊ caſibus reſtituende dotis: ⁊ in quolibet caſu, Jn quo mulier non eſſet in poſſeſſione pi-
gnoris ponatur ſine ſalario etiam non facta excuſſione contra principalem debitorē, vel eius
heredē, ſiue ſit ſpecialis, ſiue generalis obligatio. Et pignus pro dotibus obligatum ex ob-
ligetur reſtituta dote, ⁊ dimictatur pro ea parte ſecundum formam Statutorum Ciuitatis
Aſiſij. Et ſi quis vel ſi qua vndecunqʒ fuerit qui vel que vult vel voluerit aliquid petere ſu-
per re dotali: ⁊ de re dotali querimoniam facere: faciat primo citari dominā ⁊ ſi domina vi-
rum habet faciat citari virum. Si autem ſocerum habeat ⁊ non virum faciat citari ſocerū.
Si autem habeat filium: faciat citari filium. Si autem non habuerit filium faciat citari fra-
trem carnalem ſi habeat: ⁊ ſi non haberet fratrem carnalem faciat citari conſobrinum, ſi ha-
beat: ⁊ ſi non habeat: faciat citari proximiorem conſanguineum eius, ſi vult cōtradicere ali-
quid aut opponere tali querimonie aut his, que ſuper re dotali petere voluerit ⁊ intendit.
Qr qbus viro ſocero ⁊ alijs perſonis ſupradictis liceat ipſam mulierem ⁊ res dotales de-
fendere ſine aliquo alio mādato ac ſi legitimi eſſent tutores ⁊ curatores ſeu Procuratores.
Et per preſens Capitulum intelligatur eſſe ſufficiens: ⁊ idonea perſona: ⁊ ſi aliter procede-
retur contra rem dotalem per Poteſtatem vel Capitaneum vel eorum iudices aut aliquem
officialē cōmunis Aſiſij non valeat nec teneat proceſſus ⁊ in aliquo iure mulieris: aut poſſi-
dentis ipſam rem dotalem preiudicari non poſſit: Et hoc locum habeat in preteritis preſen-
tibus ⁊ futuris: ⁊ in quolibet dictorum caſuum citetur domina ſi viueret: Et idē ius ſummariū
fiat heredibus ⁊ ſuccedentibus mulierum ſimiliter deceſſerit: in dote ⁊ pignore dotium ⁊
ſi aliquis Creditor voluerit eidem domine offerre ⁊ cum effectu dare dotem ſiue quantita-
tem dotis contenctam in dicto inſtrumento: teneatur ⁊ compellatur dicta domina pignus,
⁊ pignora obligata eidem pro dotibus ſupradictis dicto Creditori aſſignare: que idem
creditor poſſit accipere ⁊ tenere pro quantitate ſatiſfactionis debiti quod accipere teneretur
vſqʒ quo creditori fuerit ſolutum ⁊ eidem debito fuerit ſatiſfactum pro menſura ſui debiti:
poſtq̄ʒ dicto creditori fuerit ſatiſfactum de vero debito predicta relaxare penitus teneatur,
⁊ hoc capitulum ſit preciſum. Jta tamen quod pignore durāte mulier faciat fructus ſuos.

¶ Q: Mulier dotata vel dotãda non poſſit venire ad hereditatẽ. Rub. 21.

AD Conſeruationem iurium cuiuſlibet de Ciuitate vel Comitatu Aſiſij: Et ne hereditates ⁊ ſucceſſiones ad alios qui non eſſent de domo ex linea maſculina perueniant. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ ſi qua mulier dotata vel dotanda a patre vel a matre: fratre vel fratribus, Auo vel auia: vel aquocunqꝫ non poſſit nec debeat: ipſa nec eiuſ filij: ex ea deſcendentes recurere vel venire ad hereditatem: vel ſucceſſionem alicuius predictorum dotantium, vel non dotantium, nec aliquid petere: vel habere de bonis ⁊ ſuper bonis cuiuſlibet predictorum quoquomodo quouſqꝫ ex predictiſ vel aliquo predictorum fuerit vel remanſerit filius, nepos: vel pronepos: vel here s maſculus ex legitimo matrimonio natus deſcendens ex eo, vel ea, veniens In ſucceſſione predicta cum tali muliere dotata vel dotanda: Sed ipſa mulier ſit dotata vel dotanda eſſe debeat ſua dote contenta. Declarantes ꝙ etiam mulier dotata ſiue dotanda non poſſit ſubcedere fratri vel fratribus: decedenti: vel decedentibus donec ⁊ quouſqꝫ ſuperſtiterint frater vel fratres/nepotes vel pronepotes ex linea maſculina deſcendentes. Et ipſa nec aliquis ex ea pueniens: vel ſuccedens in bonis alicuius predictorum non poſſit aliquid petere vel habere, teſtamentis vel vltimis volũtatibuſ donationibus vel conceſſionibus ⁊ alienationibus in talem mulierem ⁊ pro ea vel ex ea venientibus ⁊ deſcendentibus factis ⁊ fiendis ſemper ſaluis.

¶ Q: Mulier vidua filijs infra. xviij. an. decedentibus non ſuccedat. Rub. 22.

PRO Conſeruatione bonorum cuiuſlibet domus de Ciuitate ⁊ comitatu Aſiſij: ⁊ ne bona ⁊ hereditates deueniant ad extraneas perſonas non deſcedentes ex propria linea. Statuerunt ⁊ ordinauerunt, ꝙ ſi qua mulier remanſerit vidua cum filijs: vel filiabus mariti defuncti: ⁊ aliquis vel aliqua dictorum filiorum vel filiarũ deceſſerit vel deceſſerint in pupillari etate vel poſtea: vſqꝫ ad decimum octauum annum completum ab inteſtato non poſſit ſubcedere in bonis ⁊ hereditate predictorum filiorum ⁊ filiarum ſic decedẽtium: Et ſi omnes predicti filij vel filie decederent ab inteſtato modo predicto: ꝙ tunc ⁊ eo caſu bona ⁊ hereditas predicta dictorum filiorum ⁊ filiarum deueniant ⁊ deuenire debeant ad patruos ⁊ ad filios maſculos nulla habita gradus prerogatiua: Teſtamentis ⁊ alijs vltimis voluntatibus ⁊ conceſſionibus quibuſcunqꝫ in dictam mulierem: ⁊ quomodocũqꝫ factis ⁊ faciendis ſemper ſaluis.

¶ Q: Mulier non poſſit teſtari, ꝯtrahere alienarẽ niſi put infra in Capło. Rub. 23.

PRO Tranquillo ⁊ pacifico ſtatu hominum Ciuitatis Aſiſij, ⁊ comitatus eiuſdẽ ⁊ ad conſeruationem iurium ipſorum. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ nulla Mulier Ciuitatis Aſiſij vel comitatus eiuſdem cuiuſcunqꝫ conditionis ⁊ ſtatus exiſtat poſſit/nec debeat modo aliquo teſtari codicillari: donare: ſeu aliquam vltimam voluntatem facere vel diſponere: ſeu venditionem: permutationem donationem conceſſioem: tranſactionem: vel aliquam alienationem/ſeu obligationem cuiuſcunqꝫ generis ⁊ conditionis exiſtat facere ſine preſentia ⁊ conſenſu ſui viri ⁊ patris: Si virum ⁊ patrem habeat. Et ſi patrem tantum haberet ⁊ non virum/ſine preſentia ⁊ conſenſu patris. Et ſi virum habeat ⁊ nõ patrem/ſine preſentia ⁊ conſenſu viri. Et ſi virum ⁊ Patrem non haberet: ſed filios maſculos/vel filium/qui poſſit vel poſſint conſenſum preſtare ⁊ eſſent/vel eſſet prope Ciuitatem Aſiſij per triginta miliaria ſine preſentia ⁊ conſenſu dicti ſui filij vel filiorum legitimi/vel legitimorum maſculorum, ſi plures haberet. Et ſi careret filio vel filijs/ſine preſentia nepotum vel nepotis ex filio vel filijs. Et ſi predictis careret ſine preſentia filij vel filiorum ex filia vel filiabus: Et ſi careret predictis perſonis ſine preſentia, ⁊ conſenſu fratris carnalis legitimi modo predicto. Et ſi careret fratre carnali/ſine preſentia ⁊ conſenſu modo predicto nepotis deſcendentis ex fratre/vel fratribus carnalibus modo predicto. Et ſi plures nepotes haberet q̃ vnum ſine preſentia ⁊ conſenſu modo predicto omnium ſuorum nepotum. Et ſi predicte perſonę, vel aliqua earum/preſtare non poſſent modo predicto preſentiam, ⁊ conſenſum cõmode ꝙ tunc illi/vel illis liceat preſtare preſentiam ⁊ conſenſum per Procuratorem per eos ad hęc ſpecialiter conſtituendum. Et tunc requiratur preſentia predictorum: ſi predicti preſtare debentes preſentiam ⁊ conſenſum eſſent etatis vigintiquinqꝫ annorum. Liceat tamen dictis mulieribus: ſine preſentia ⁊ conſenſu dictarum perſonarum teſtari codicillari ⁊ vltimam voluntatem diſponere ⁊ facerę de bonis ipſarũ ⁊ dotibus ea-

rundem vſqꝫ in quantitatem viginti librarum denariorum pro quolibet centenario dotiſ ipſius mulieris ⁊ bonorum omnium que habet; Et etiam pro neceſſitatibuſ ſuiſ inter viuoſ alienare vſqꝫ in dictam quantitatem ſupradictam prohibitione in aliquo non obſtante. Et ſi fieret teſtatio/vẽditio/ſeu alienatio/permutatio/ſeu ceſſio/tranſactio ⁊ obligatio: ⁊ alia quelibet obligatio forma predicta nõ ſeruata ſint caſſa/ Irrita ⁊ nullius valoris. Et predicta omnia ⁊ ſingula locum habeant in preteritis preſentibus ⁊ futuris: Et etiam ipſis mulieribus liceat procuratorem vnum/vel plures conſtituere: ac etiam curatorem ⁊ actorem vnum: vel plures ad agendum ⁊ defendendum/ſupradicta prohibitione In aliquo non obſtante. Et vir intelligatur ille ad preſtandum preſentiam ⁊ conſenſum modo predicto: qui cum muliere contraxerit matrimonium ⁊ conſumauerit vel cum ea ſteterit publice tanqꝫ vir in vna ⁊ eadem domo ſaltim per duos menſes. Et ad probandum conſumationem matrimonij ſufficiat iuramentum viri ⁊ vxoris. Et ſi contra predictam formam / Aliqua alienatio: venditio ceſſio/donatio/vel aliquis alius contractus factus ſeu facta: Seu dominium vel poſſeſſio in/alium vel alios transferatur/non valeat nec teneat ipſo iure. Et Poteſtas ⁊ Capitaneus ⁊ officialis vtriuſqꝫ ipſorum: coram quibus petitum fuerit: ſeu contra predictam formam factum fuerit / teneatur ⁊ debeat ſuccedentem/vel ſuccedentes legitime tali mulieri ponere mictere/⁊ manutenere in poſſeſſione rerum ⁊ bonorum dictæ mulieris obligatorum ſeu alienatorum contra predictam formam: Et ipſum vel ipſos in dicta poſſeſſione ſiue poſſeſſionibus manutenere ⁊ defendere: ad penam quingentarum librarum denariorum. Et nulla perſona talem ſeu tales ſic ſuccedentes: audeat vel preſummat moleſtare nec inquietare: nec ipſas poſſeſſiones ſeu poſſeſſionem laborare: nec aliquo iure vti ſine licentia dicti ſuccedentis: ſeu ſuccedentium: pena pro quolibet contrafaciente: ⁊ qualibet vice Centum librarum denariorum. Et quicunqꝫ opponeret aliquam exceptionem ꝙ dictum Statutum non valeret quacunqꝫ de cauſa: non audiatur per aliquem officialem. Et nihilominus ex tali oppoſitione ⁊ exceptione condemnetur in centum libris denariorum per Poteſtatem vel capitaneum dicti cõmunis. Et predicta tamen non extendantur ad relicta ⁊ alienata ad pias cauſas.

¶ De venditione facta per Matrem de bonis filiorum. Rub. 24.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerũt ꝙ ſi qua vẽditio facta fuerit a matre de bonis filiorum poſt mortẽ viri: vel mater vẽdiderit ſeu obligauerit de dictis bonis tanqꝫ tutrix; vel priuata perſona; ⁊ per legitimam probationem poſſit probari ꝙ pretium rei vendite fuerit conuerſum in vtilitatem filiorum talis venditio ⁊ obligatio ſit firma. Et filij dicte mulieris ſi repeterent non audiantur. Et hoc Capitulum Poteſtas ⁊ Capitaneus teneantur obſeruare: ⁊ ſi negligentes fuerint perdant pro quolibet ipſorum de ipſorum ſalario centum libras deñ.

¶ De forma ſeruanda ſi res alteri reſtituenda relinquatur ⁊ de relictis ſpurio factis ⁊c. Rubrica. 25.

SI alicui Eſſet aliquid iniunctum: vel relictum de aliqua re vel pecunia tanimo vt alteri reſtituatur, vel detur. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ teneatur illud ius pecuniam, ſiue rem: reſtituere, etiam pro quo ſibi factum fuerit inſtrumẽtum. Et predicta fieri faciat dominus Poteſtas vel Capitaneus populi dictę Ciuitatis infra octo dies poſt querelam depoſitam, ſummarie: ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij: Et poſtqꝫ rem relictam rehabuerit ille pro quo fuerit relicta vel vendita non poſſit ipſe poſſidens ab aliquo conſanguineo vel alia perſona modo aliquo moleſtari: ſi relicta vel data fuit de bonis teſtantis: concedentis: vel vendentis. Et ſi moleſtaretur non audiatur ab aliquo officiale cõmunis Aſiſij ſub pena centum librarum denariorum: Et hoc locum habeat in preteritis pendentibus ⁊ futuris. Voluerunt etiam ⁊ ſtatuerunt ꝙ quilibet maſchulus pater familias qui fuerit etatis legitime teſtandi ⁊ bone conſcientię conſtitutus poſſit teſtari ⁊ teſtamentum facere ⁊ ſua bona relinquere ſpurio, ⁊ naturali vt voluerit, ⁊ ſecundum ꝙ ſibi placebit. Et ꝙ teſtamentum factum vel faciendum valeat ⁊ teneat auctoritate preſentis ſtatuti: Aliquo ſtatuto, vel lege que incontrarium loqueretur non obſtante.

¶ Qui poſſederit per decẽnium verus ſit Dominus ⁊c. Rub. 26.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ quicunqꝫ iuſto titulo pacifice ⁊ quiete inter preſentes poſſederit aliquam rem ſtabilem ſpacio decem annorum: ſit ipſius rei verus dominus ⁊ poſſeſſor. Et non poſſit ab aliquo in ius vocari inquietari: vel

moleſtari occaſione illius rei per eum ſic poſſeſſe. Et ſi aliquis contra predicta/vel aliquod predictorum facere attemptauerit/directe/vel per obliquum nõ audiatur ab aliquo per poteſtatem: vel Capitaneum, vel alium quemcunq; officialem Ciuitatis Aſiſy. Et talis contrafaciens cogatur per Poteſtatem vel Capitaneum vel alios officiales dicti Communis reſtituere omnes expenſas damna ⁊ intereſſe vocato: vel moleſtato/eius ſacramento credendo: Dum tamen dicta preſcriptio minoribus non preiudicet. Sed in eis iura communia ſeruentur.

¶ De inſtrumentis Mutui, ⁊ Depoſiti a .x. an. retro factis. Rub. 27.

OMnia Et ſingula inſtrumenta mutui ⁊ depoſiti facta a decem annis retro: de quibus non eſſet petita, vel facta executio per ſententiam, vel per pronunciationem. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ ſint caſſa ⁊ vana ⁊ nullius valoris ⁊ exequi non poſſint: nec probent: nec fidem faciant in executione. Probent tamen ⁊ fidem faciant ſuper defenſione poſſeſſionis quam teneret ⁊ non aliter. Et vbi non appareret inſtrumentum mutui vel depoſiti non poſſit ſimiliter repeti per teſtes elapſo termino decem annorum/a die mutui vel depoſiti facti. Et predicta omnia ⁊ ſingula locum habeant in preſentibus preteritis ⁊ futuris: dũmodo predicta non preiudicent minoribus in inſtrumentis, vel teſtibus ipſorum ⁊ abſentibus.

¶ De rebus alienis in loco publico emptis. Rubrica. 28.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ quecunq; res fuerint emptę in platea Cõmunis Aſiſy in ſtratis publicis dictę Ciuitatis vel in mercato inſulę romaneſchę, vel in quolibet alio Mercato publico in Ciuitate vel extra ciuitatem ⁊ comitatum Aſiſy coram teſtibus publice ⁊ palam. Et dictę res emptę ab aliquo repeterentur ea occaſione ꝙ eſſent ſubtracte alicui ꝙ ipſa res vna vel plures debeant reſtitui dummodo emptor pretium ſuum non amictat. Sed recuperans ipſam rem: vel res reſtituat pretium emptori predicto. Et ſi Poteſtas vel Capitaneus contra predicta facerent perdant de eorum ſalario quinquaginta lib. deñ. in quibus per ſuos ſcindicos debeant condemnari.

¶ De obligationibus Luſorum Prędtitori. Rubrica. 29.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ pignorationes ⁊ obligationes alienationes ⁊ donationes a luſoribus factę cuicunq; prędtitori ad ludum: vel occaſione ludi non valeant nec teneant ipſo iure. Sed ſint caſſe ⁊ vane, ⁊ nullius valoris. Et ſi conſtiterit per duos teſtes de predictis, vel aliquo predictorum ſibi fuiſſe aliquam pignorationem: promiſſionem venditionem: ceſſionem: tranſactionem, vel aliquam obligationem ipſarum rerum factam: Illa pignoratio promiſſio venditio, ceſſio, tranſactio: vel obligatio aliqua reſcindantur totaliter ⁊ caſſentur in totum ipſo iure. Et caſſari ⁊ iritari poſſint ⁊ debeant per dominum Poteſtatem vel Capitaneum: ⁊ recipientem cogere ad reſtitutionem rerum illi vel illis a quo vel quibus reciperent ſine aliqua reſtitutione pecunie ſummarie: ⁊ de facto. Et ad caſſationem cuiuſcunq; obligationis factę ipſi preſtitori occaſione predicta. Illi autem qui ad ludum pręſtant aliys ſe obligent: Sed non aliy eis, Non obſtante huic Capitulo: Illo quod loquitur de executione inſtrumentorum nec aliquo alio Capitulo obſtante: Et ſit licitum tales exceptiones opponere ⁊ proponere ſine pena. Et hoc Capitulum ſit precilum ⁊ ſeruetur ⁊ ad preterita ⁊ futura ſe extendat.

¶ De contractibus ⁊ oblig. Minor. ⁊ forma ſeruanda. Rubrica. 30.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ nullus audeat vel preſumat cum aliquo minore vigintiquinq; Annis: Siue iuret ſe contractum ratum habiturum: ſiue renunciet beneficio minoris etatis vel etiam ſi affirmet ſe maiorem: vel quocunq; alio modo ſe obliget vel promictat: ſiue habeat curatorem vel non: Siue ſit maior quatuordecim annis, ſiue non, Et ſi habet curatorem, vel non, Aliqua de cauſa contractum aliquem facere poſſit: alienationem/permutationem/ceſſionem/obligationem/tranſactionem pignorationem: nec aliquam ipſarum ſine preſentia domini Poteſtatis vel Capitanei vel ſui Iudicis vocatis ad hoc duobus proximioribus conſanguineis maſculis actinentibus talibus minoribus ſeu minori vſq; ad tertium gradum: ⁊ ad predicta venire volentibus ſi habuerit in ciuitate vel comitatu Aſiſy. Et ſi non habuerit poſſit contractum facere cum legitimo tutore: vel curatore. Si vero dictis Poteſtati vel Capitaneo/vel eorum Iudici qui erit vel fuerint appareat de ipſius minoris dictorum duorum conſanguineorum preſentia ⁊ voluntate cum dictis mino-

ribus ad contractum obligationem, ſeu alienationem ⁊ ad alia licita peruenire: ⁊ ea forma ſeruata ſupradicta: ſint ⁊ maneant perpetuo valitura ⁊ executioni mandentur. Et ſi aliter fieret non valeat nec teneat niſi / vt dictum eſt. Et hoc idem duxerunt eſſe ſeruandum in omnibus alijs minoribus viginti quinq̃ annis / qui ſui iuris ſunt non obſtante huic capitulo: Statuto quod loquitur de executione Inſtrumentorum: ⁊ Preceptorum: nec aliquo Capitulo ⁊ conſtituto: quando aliquid predictorum fecerint ſine preſentia Poteſtatis / vel Capitanei Populi / vel ſui Iudicis: Et alijs obmiſſis ſuperius ſpecificatis: Et illud Capitulum de executione Inſtrumentorum in alijs in ſuo robore permaneat. Et ne talia poſſint in periculum redundare quolibet menſe ſemel in Conſilio generali / vel Populi dicti Cõmunis / Capitaneus Populi: vel Poteſtas legi faciat hoc Capitulum vt ſeruetur: ⁊ vt a predictis ſe poſſit quilibet precauere: Et cum aliqui iniquitatis filij contra huiuſmodi Statutum Ciuitatis Aſiſij ſe duxerunt ⁊ ſeducant tota die minores ⁊ mulieres ad faciendum venditiones, ⁊ obligationes bonorum ſuorum / forma Statuti obmiſſa: facientes ipſos minores ⁊ mulieres iurare ad Sancta Dei Euangelia vendicionem / contractum / obligationem / ratum ⁊ ratam habere ad hoc / vt vendicio: contractus: ſeu obligatio teneat, quia Iuramentum valere facit: quod non valet. Voluerunt ⁊ ſtatuerunt q̃ nulla perſona cuiuſcunq̃ ſtatus exiſtat vtatur tali Iuramento, in iudicio: vel extra: facto ſuper venditione ⁊ contractu minoris: n ſi ſeruata forma preſentis Statuti, ⁊ alterius de contractu venditionis, ⁊ obligationis Mulieris ſine preſentia viri ſui: filij: fratris carnalis, vel nepotis, prout preſentia requiritur per formam ſtatut. Et qui contrafecerit: ab officiale coram quo verteretur de facto auferatur ab eo illa quantitas pecunię quę continetur in Inſtrumento: ſiue venditione: contractu ſeu obligatione. Et nihilominus cogatur ad caſſationem venditionis ⁊ Inſtrumenti cuiuſlibet alterius obligationis, non obſtante Iuramento predicto: Ad penam quingentarum librarum denariorum officiali negligenti facere: ⁊ ad implere predicta. Et hoc Capitulum voluerunt Inuiolabiliter ⁊ preciſe obſeruari ex certa ſcientia futuro tempore ⁊ imperpetuum valiturum.

¶ Q᷑ Officiales nil petant pro decret. ⁊ viaticis. Rubrica. 31.

QUia ut plurimum officiales ſunt cupidi: ⁊ eorum ſalarijs quandoq̃ non ſtant contenti: Sed pro quolibet decreto ⁊ viatico conantur pro poſſe ſibi ſolui: Statuerunt ⁊ ordinauerunt q̃ predicti Domini Poteſtas ⁊ Capitaneus: vel eorum Iudices: ⁊ officiales quodamodo abinuitis per quirerẽt aliquid habere pro interpoſitione alicuius decreti / vel viatici in Ciuitate Aſiſij: teneantur ad penam viginti quinq̃ librarum denariorum pro qualibet vice: de quibus debeant ſpecialiter ſcindicari. Et vltra dictam penam teneantur ad reſtitutionem de omni eo quod habuerint in duplum.

¶ De filiorum fa. contractibus ⁊ obliga. Rubrica. 32.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt q̃ Filij familias minores viginti quinq̃ annis ⁊ qui ſe obligant pro eis non poſſint nec debeant cum aliquo aliquem contractum facere: nec fieri facere promiſſionem, obligationem, alienationem: vel aliquod aliud, vel dare pignus ſine expreſſo conſenſu Patris / vel Matris: ſi Patre careret / manu publica apparente: ⁊ qui contrafecerit / vel aliquis ex eis / talis contractus promiſſio: ⁊ obligatio: vel pignoratio, nec aliqua ipſarum nullam obtineat roboris firmitatem: ⁊ pro caſſa ⁊ caſſis habeantur: ⁊ tales contractus ⁊ obligationes dominus Poteſtas: vel Capitaneus cogat: ⁊ agere teneatur partes ad canſſandum ⁊ ad nullandũ: ⁊ ad faciendum datum venditum: ⁊ alienatum / vel pignoratum reſtitui Patri / vel Filio familias ante decem dies / ſi fuerit querela expoſita coram ipſo: Saluo q̃ ipſi filij familias poſſint ſibi alios obligare: ⁊ non ſe alteri, non obſtante huic Capitulo / Statuto quod loquitur de executione Inſtrumentorum ⁊ preceptorum: nec aliquo Capitulo vel ſtatut. quod contra aliquod predictorum appareret. Si vero interuenerit Patris / vel Matris conſenſus: tunc illud Capitulum in ſuo robore permaneat. Et q̃ artiſtę ſiue minores ſiue non minores / dũmodo exerceant artem ſe obligare poſſint: ſiue filij familias ſiue non: preter q̃ in mutuo: vel occaſione mutui.

¶ De Muliere non retinenda pro debito ciuili. Rubrica. 33.

ITem Pro honeſtate mulierum Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ nulla Mulier poſſit detineri in perſona pro debito: vel pro aliquo inſtrumento debiti: cuiuſcunqȝ conditionis vel cauſe inueniatur obligata non obſtante huic capitulo: aliquo Capitulo incontrarium loquente: Et maxime ſtatuto quod loquitur de executione inſtrumentorum.

¶ De repreſalijs tollendis expenſis debitorum. Rubrica. 34.

QUicunqȝ Contraxerit aliquod debitum extra Ciuitatem Aſiſij ⁊ eius diſtrictum cū aliquo forenſe: ⁊ dicta de cauſa fuerint repreſalie conceſſe contra cōmune Aſiſij vel ſingulares perſonas. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ tunc dictę repreſalię tollantur expenſis illius qui fecit dictum debitum: Et hoc locum habeat in preteritis ⁊ futuris. Et hoc capitulum etiam ſit preciſum quod tolli non poſſit: non preiudicando capitulo aliquo ſupra vel infra poſito de repreſalijs conceſſis: vel concedendis: Et maxime capitulo ſupra poſito ſub rubrica de repreſalijs tollendis.

¶ De iure Forenſibus ſeruando. Rubrica. 35.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ inter Forenſes fiat ⁊ ſeruetur illud ius quod ⁊ ſicut fit ⁊ obſeruatur inter ciues oriundos ciuitat. Aſiſij. Et idem inter ciues ⁊ forenſes etiam duximus obſeruandum: Et ꝙ non poſſit aliquis forenſis ad petitionem alterius forenſis habentis iura ſine inſtrumenta ceſſionis capi nec detineri. Et predicta inuiolabiliter obſeruentur aliquo ſtatuto tam in ciuili q̄ȝ in criminali in contrarium non obſtante.

¶ Q̄ Aduocatus vel Procu. quando reſpondetur poſitionibus: non interſit: ⁊ de pena negant. offi. mortem paterni ⁊ filiationi. Rubrica. 36.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ Poteſtas vel eius Iudex: ⁊ Capitaneus vel eius Iudex non permictant ꝙ aliquis Aduocatus: vel coadiutor reſpōdentis: quando fierent poſitiones ⁊ reſponſiones: ⁊ iuramentum calumnie inter parteſ ipſis poſitionibus interſint. Et quicunqȝ maior quatuordecim annis negauerit aliquem de Aſiſio qui exercuerit artem Not. vel iudicatus maleficiorum officium exercuiſſe: ſiue mortem alicuius defuncti: vel paternitatem: vel filiationem: vel Poteſtatem vel Capitaneum: aut aliquem officialem cōmunis Aſiſij/de quibus vel altero eorum ſit publica vox ⁊ fama in ciuitate Aſiſij pro quolibet iuramento ſoluat decem librarum denariorum. Item ſi quis dixerit aliquem tabellionem ſuſpectum habere ꝙ Iudex alium Notarium addat partibus non ſuſpectum/conſtito prius de ſuſpitione allegata.

¶ Q̄ in dona. cauſa mor. ⁊ in vlti. volun. quinqȝ teſtes Maſculi etiam nō rog. ſufficiant. Rubrica. 37.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ in donatione cauſa mortis: ⁊ in teſtamento: ⁊ qualibet vltima voluntate ⁊ diſpoſitione ſufficiant quinqȝ teſtes maſculi ⁊ idonei; etiam non rogati: ⁊ hoc locum habeat in preteritis ⁊ futuris.

¶ Satisfacto debito: de inſtrumentis cancellandis ⁊ reſtitutionibus fiendis. Rub. 38.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ quilibet creditor maſculus vel femina ⁊ eius heredes teneantur reddere inſtrumentum cancellatum: vel non cancellatum poſtq̄ȝ fuerit ſibi de debito ſatisfactum: ⁊ ſibi faciat refutationem. Et ſi creditor dixerit eſſe perditum inſtrumentum: ⁊ iuramento preſtito ab eo ꝙ dolo non deſierit poſſidere. Et ſi ad eius manꝰ peruenerit: reſtituet debitori inſtrumentum tunc refutationis facere compellatur. Et dictus creditor vel ſiue heredes ſi contra predicta facerent: vel aliquo predictorum in penam in inſtrumento debiti contēptam cōdemnetur: Cuiuſ penę medietas ſit cōmunis Aſiſij: ⁊ alia medietas ſit debitoris accuſantis. Et nihilominus compellatur dictum Inſtrumentū facere cancellari ſuis expenſis. Item ſi quis de Aſiſio ⁊ eius comitatu: ab aliquo accōmodatore: vel feneratore qui de Aſiſio non eſſet oriundus petierit ꝙ ſibi fiat generalis refutatio: vel quietatio de eo ꝙ ſibi fuiſſet obligatus: teneanẗ poteſtas ⁊ capitaneus: ⁊ q̄libet ipſoꝝ: ⁊ iudices ipſoꝝ pena centū lib. deñ. talem accomodatorē cogere: ⁊ ipſaȝ q̄etationē facere fieri. Saluo ꝙ ſi talis accomodator infra. xx. dieſ docuerit ꝙ petitor ſibi in aliquo teneaẗ qđ p̄dicti dñi: vel alter ipſoꝝ ⁊ coꝝ iudices faciant ſibi dari, ⁊ deinde q̄etationē fieri faciāt generalē

Item ꝙ ſi debitor petierit creditori: ꝙ quietationem faciat de eo quod ſatiſfecerit: ⁊ non fecerit quietationem: vel facere renunciaret: ⁊ debitor ſolutionem probauerit ſoluat creditor nomine pene decem libras denariorum in quibus dicto cõmuni debeat condemnari. Et nihilominus refutationem facere teneatur infra duos dies. Et ad predicta per officiales predictos ſummarie ⁊ de plano compellatur.

¶ De muro Cõmuni ⁊ eius refectionem ⁊ de edificijs ſuper ſtrata. Rub. 39.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ liceat cuilibet habenti murum cõmune inter ſe ⁊ vicinum ſuum ſi voluerit edificare diſcoperto muro ſaluo ꝙ ſi eſſet ad cretam murus: ⁊ alter ſociorum non poſſit cum eodem murare liceat ſibi ipſum deſtruere ⁊ deſtrui facere ⁊ de nouo ad calcinã murare ⁊ in altum eleuare quantum fuerit opportunum/etiam nolente ſocio expenſis cõmunibus ipſorum vicinorum. Si vero ſtaret murus ad calcinam ⁊ ſocius contradiceret / ſtetur iudicio duorum magiſtrorum apponendorum per partes predictas. Et ſi noluerint dicti Magiſtri concedere dictum murum deſtrui facere poſſit: ⁊ in priorem altitudinem reponere ſuis ſumptibus ⁊ expenſis: dummodo faciat meliorem. Et ab inde ſupra ſi voluerit poſſit in maiorem altitudinẽ ponere ſiue mictere. Et nullas habitationes habere poſſit ſocius ſiue vicinus de ipſo muro niſi primo reſtituerit omnes predictas expenſas pro medietate. Et hoc locuꝫ habeat in muro de calce deſtructo hoc modo. Item ꝙ quicunqꝫ voluerit hedificare murum quem habet contiguum cum muro ſuo, liceat eidem de terreno vtriuſqꝫ accipere: ⁊ murum ſuper eo edificare. Et ſi quis ex conſortibus non pateretur Iudex Poteſtatis vel Capitanei compellat ipſum ad hoc, vt ſotius quouſqꝫ non ſatiſfecerit: ⁊ non emendauerit expenſas ad dictum duorum magiſtrorum, nullum lignum poſſit mictere vel habilitatem facere vel habere. Item ꝙ ſi murus Communis inter vtrunqꝫ vicinum minatur ruinam de quo dubitaretur: ſtetur dicto duorum magiſtrorum quĩ dixerint minari ruinam vel ſi eſſet ad cretam debeat deſtrui: ⁊ a conſortibus refici omnibus eorum expenſis. Et Poteſtas ⁊ Capitaneus compellat alterum vicinorum facere quandocunqꝫ ab altero peteretur ſi fuerit requiſitus. Item ſi fratres carnales vel conſobrini venerint ad diuiſionem domorum ꝙ partes debeant fieri cõmunibus expenſis. Et quicunqꝫ haberet domum vel murum ex vtraqꝫ parte vie/vel domos vel muros: liceat ſibi edificare, ⁊ omne edificium facere ⁊ ponere pro vt voluerit: Ita ꝙ ire poſſit de vna domo in aliam: ⁊ de vno muro in alium dũmodo edificet a quindecim pedibus ſupra. Et dictum edificium fieri poſſit qualibet ſtrata ſeu via ciuitatis ⁊ comitatus Aſiſij: Exceptis ſtratis que pretendũt ab eccleſia ſancti Franciſci ad portam perlaſij, ⁊ a platea Cõmunis vſqꝫ ad portam ſancte Clare nouam: Super quibus ſtratis exceptuatis, vel aliqua ipſarum in aliqua parte edificium aliquod fieri non poſſit.

¶ Qꝫ Sufficiat publica vox ⁊ fama de morientibus in caualcata. Rub. 40.

AD Probandum quorundam mortuorum vel quarundam, qui vel que obirent in exercitu vel caualcata: ſeu in captiuitate vel alio modo vel loco ꝙ ſufficiat publica vox ⁊ fama probata per quattuor teſtes ꝙ ſit mortuus vel mortua. Et idem intelligatur in filiatione ⁊ paternitate.

¶ De venditionibus factis animo recuperandi infra terminum. Rub. 41.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ venditiones facte, vel inſtrumenta facta, animo recuperandi infra terminum ſi venditores voluerint reddere denarios, ſiue precium quo vel quibus res vendite fuerunt, ſiue res vendita fuerit, Poteſtas ⁊ Capitaneus, vel eorum Iudices cogant tenentes dictas res ſiue rem vel eius heredes, aut qui eam emerit venditori vel ſuis heredibus rem pro eodem precio reddere non obſtante ſi terminus recuperandi ſit elapſus: infra decenium. Et predicta fieri faciant infra menſem ſine aliqua iuris ſollemnitate poſtqꝫ fuerint requiſiti, ſi de ipſa venditione conſtiterit per publicum inſtrumentum, Et ſi inde non fuerit inſtrumentum intelligantur probationes ⁊ preſumptiones facientes ad cauſam. Et ſi Poteſtas vel Capitaneus vel alter ipſorum ⁊ eorum Iudices contrafecerint perdant de ſuo ſalario vigintiquinqꝫ libras denariorum, ⁊ deueniant in cõmuni: Et idem dixerunt eſſe ſeruandum in venditoribus qui cogantur per Poteſtatẽ ⁊ Capitaneũ: ⁊ coꝝ Iudices reſtituere pretiũ emptoribus ſupradictis: Si ab emptore poteſtas aut capitaneus, vel coꝝ iudices fuerint reqſiti cogeꝛ venditorẽ purã ⁊ ꝑfectã facere vẽditionẽ emptori de re vẽdita q̃ fuiſſet data, ⁊ facta. Et ſi emptor eſſet abſens a ciuitate

⁊ comitatu Aſiſij ⁊ venditoꝛ vellet recolligere rē venditā ⁊ ꝑtium reſtituere: ꝙ tunc adman
datū iudicis teneaꝰ realiter, ⁊ vere pretiū deponere penes fidum mercatoꝛem reſtituendū ⁊
dandum dicto emptoꝛi: Et tunc dictus venditoꝛ recuperet: rem ſuam venditam ⁊ ipſaȝ poſ/
ſit tenere fructare ⁊ habere ſicut poterat ante venditionem dicte rei per eum factam: Et ſi
dictus emptoꝛ reuerteretur aliquo tempoꝛe cogatur Inſtrumentum venditionis: ſiue reuen/
ditionis dicto primo venditoꝛi facere: Et ſi venditoꝛ eſſet abſens a ciuitate ⁊ comitatu Aſiſij
⁊ emptoꝛ vellet recuperare pretium: vel rem habere liberam: ꝙ tunc citato dicto venditoꝛe
ad domum eius ſolite habitationis ſaltim bis: Ut infra duos menſes veniat ad recipiendū
ſuam pecuniam: vel ad liberandum dictam rem. Et ſi infra dictum terminum non veniret:
ꝙ tunc dicta res vendita ſit libera dicti emptoꝛis. Et de cetero non poſſit ſuper ipſa re a dic
to venditoꝛe moleſtari. Item ſi qua donatio facta fuerit animo recuperandi: vel conſeruan/
di illi qui donauerit ꝙ cogatur ille qui receperit ad reſtitutionem donationis Patri, filioꝛ
ſoꝛoꝛi: vel fratribus faciendam: Et hoc locum habeat in donationibus a viginti annis citra
a minoꝛibus ⁊ maioꝛibus. Et Poteſtas ⁊ Capitaneus: ac ipſoꝛum quilibet ſummarie: ſi/
ne ſtrepitu ⁊ figura Iuditij facere, ⁊ executioni mandare penitus teneantur predicta/ad pe/
nam vigintiquinqꝫ librarum denarioꝛum pro quolibet de ipſoꝛum ſalario retinendam: Et
predicta etiam vendicent ſibi locum in illis qui rem aliquam poſſiderent pacifice ⁊ quiete
ſpacio decem annoꝛum numerandoꝛum a tempoꝛe celebrati contractus cū titulo.j. Et ꝙ om
nes contractus quocunqꝫ nomine cenſeantur: ⁊ ſub quacunqꝫ foꝛma verboꝛum qui appa/
rerent celebrati fuiſſe: vel qui modo aliquo celebrari poſſint, facti ⁊ celebrati preſumantur
⁊ intelligantur dolo fraude vel metu, In quibus nulla numeratio pecunie vel traditio ali
cuius rei interuenerit ⁊ caſſentur ⁊ annullentur: ⁊ pro caſſis/ vanis ⁊ irritis habeantur au
ctoꝛitate preſentis ſtatuti: Et ꝙ omnes venditiones/ ceſſiones ⁊ alienationes: vel obliga
tiones quocunqꝫ modo facte de rebus In mobilibus: de quibus vendens recolliget: vel re
colligerit fructus per tempus decem annoꝛum, ꝙ talis venditio/vel alienatio: ſeu obligatio
ſit ⁊ eſſe intelligatur facta in fraudem: ⁊ animo conſeruandi: ⁊ pro ſimulat. habeatur ⁊ in
telligatur: Nec exequi/nec ipſarum executio peti poſſit. Et ſi peteretur nō audiatur ab ali
quo officiali Ciuitatis Aſiſij: Et petens condemnetur per officialem coram quo peteretur
in centum libras denarioꝛum dicto cōmuni Aſiſij applicandoꝛum: Et nihilominus ad pe/
titionem petentis cogatur ad caſſandum irritandum ⁊ annullandum dictum inſtrumentum
qualitercunqꝫ factum.

¶ De habentibus murum ſuuȝ pꝛopꝛium: inter ſe ⁊ vicinuȝ. Rubrica. 42.

UT Impoſterum diſcoꝛdia, ſeu ſcandalum non poſſit nec debeat inter ciues/ vel
comitatenſes Ciuitatis vel comitatus Aſiſij qui ſint vicini contigui aliqua ſeu
aliquo exoꝛiri de muro pꝛopꝛio alterius vicini contigui: qui murus eſſet inter domos vicino
rum contiguoꝛum contiguus. Statuerunt ⁊ oꝛdinauerunt ꝙ quecunqꝫ perſona cuiuſcūqꝫ
conditionis ⁊ ſtatus exiſtat in Ciuitate vel comitatu, Aſiſij habet vel in futuruȝ haberet mu
rum ſuum pꝛopꝛium ſiue domui cōtiguum pro pariete habitationis inter ſe: ⁊ eius conuici
num teneatur ⁊ debeat illi ſuo tali conuicino non habenti dimidiam partem in dicto muro
pꝛopꝛio alterius conuicini ſui cuius eſſet murus: vendere ⁊ alienare medietatem dicti muri
ſuper quam medietatem dicti muri talis conuicinus poſſit: ⁊ ſibi ſit licitum ponere ⁊ immic
tere ligna: ⁊ alia edificia facere ⁊ oꝛdinare in ſua medietate muri pꝛout voluerit ⁊ placuerit
dicto tali conuicino qui petierit ſibi vendi medietatem muri predicti ab altero conuicino ad
quem dictus murus pꝛopꝛius ꝑtineret pro iuſto ⁊ competenti pꝛetio: ad quem murum apꝛe
ciandum ⁊ eſtimandū pꝛo vt dicto conuicino petenti dimidiam partem contigerit ponan
tur vocentur ⁊ eligant duo boni ⁊ legales magiſtri lapidū de ciuitate vel comitatu Aſiſij vi
delicet vnus a qualibet parte: quem murū in quo pars dimidia peteret: dicti magiſtri lapidū
videre ⁊ cognoſcere teneantur ⁊ debeant: ac etiam extimare. Et ſi dicti duo magiſtri ad fa
ciendum eſtimationem dicti muri: ſic electi non fuerint in concoꝛdia: Alter magiſter terti/
tius ponatur: ⁊ eligatur per dominos Poteſtatem vel Capitaneum: vel eoꝛum Iudices.
Et illud ꝙ predicti tres Magiſtri lapideum vel duo ipſoꝛum in plana concoꝛdia exiſten
tes dixerint ⁊ eſtimauerint valeat ⁊ teneat ⁊ effectui mandetur: ⁊ talis conuicinus petens
dimidiam partem in dicto muro alteri conuicino: A quo peteretur pro medietate dicti mu/
ri. Et ipſum pretium pro medietate ſua dare ⁊ integre ſatiſfacere teneatur ⁊ debeat. Et

Poteſtas, ⁊ Capitaneus, vel eorum alter, vel eorum: vel alterius eorum Iudex vinculo Iu-
ramenti: ⁊ ad penam quinquaginta librarum denariorum de eorum ⁊ cuiuſcꝫ eorum ſala-
rio teneantur ⁊ debeant egere realiter ⁊ perſonaliter, prout eis placuerit: vel alteri ipſo-
rum: predictum talem conuicinum cui eſſet proprietas muri ad vendendum ⁊ alienandum
predicto tali conuicino petenti dimidiam partem predictam ad ipſius requiſitionem medie-
tatem ſui muri proprij pro illo pretio quod dicti tres magiſtri/vel duo in cócordia exiſtentes
dixerint ⁊ declarauerint. Et ſi predictus conuicinus cuiuſcunqꝫ ꝯditionis ⁊ ſtatus exiſteret
noluerit recuſauerit, vel denegauerit ſeu vendere medietatem dicti ſui muri proprij alteri
ſuo conuicino petenti dictam dimidiam condemnetur ⁊ puniatur per predictos Poteſta-
tem vel Capitaneum in vigintiquinqꝫ libras deñ. Cómuni Aſiſij applicandorum pro quo-
libet contrafaciente ⁊ qualibet vice: ⁊ nihilominus cogatur ad venditionem predictam fa-
ciendam per dictos Dominos / vel alterum ipſorum. Et Domini Poteſtas ⁊ Capitane-
us qui pro tempore fuerint ad penam quinquaginta librarum denariorum pro quolibet ip-
ſorum de eorum ſalario cogant / ⁊ cogere teneantur ⁊ debeant perſonaliter ⁊ realiter dic-
tum emptorem ad dandum ⁊ ſoluendum pro medietate dicti muri quem emerit illi tali con
uicino venditori illud pretium quod per dictos tres Magiſtros vel duos ipſorum pro me-
dietate dicti muri fuerit declaratum. Et hoc non habeat locum in muris: ⁊ de muris qui ha
bent ſeruitutem vel ſeruitutes ſtillicidiorum: Sciaquatoriorum, formellorum ſiue termino-
rum in muro predicto immiſſorum, ⁊ aliquas alias ſeruitutes ſuper terrenum, vel domum
alterius conuicini quibus in aliquo non preiudicet nec preiudicare poſſit aliqua ratione ſeu
modo. Et ꝙ nulla perſona de ciuitate vel comitatu Aſiſij: vel aliunde In re ſua: vel domo
faciat / vel fieri faciat per ſe vel alium aliquid opponendo faciendo vel deuaſtádo in ea par-
te ꝙ preſtet vel preſtare poſſit aliquod impedimentum in re vicini / vel conſortis ſui ad pe-
nam ⁊ Bannum vigintiquinqꝫ librarum denariorum. Et ſi faceret vel fecerit, vel poſuerit
vel deuaſtauerit illud remouere: ⁊ reactare teneatur ad petitionem petentis. Et licet ſupe-
rius de muro predicto / ⁊ Stillicidijs in eo exiſtentibus ſpetialis mentio facta appareat ⁊
reſeruatio nihilominus. Voluerunt ꝙ ipſis exiſtentibus ille qui habet dictum murum: ⁊
Stillicidia predicta ſuper eo pretendentia ſuper tecto / vel re vicini / ſeu conſortis ſui tenea-
tur ⁊ debeat ſub dicta pena ad petitionem talis vicini habentis tectum appodiatum in dic-
to muro ſub dictis ſtillicidijs: ⁊ parte muri pertinentis tali conſorti vendere modo ⁊ ordi-
ne ac pretio ſupradictis: dummodo aquam ſupra dictorum ſtillicidiorum colligat ⁊ recipi-
et dictus emptor ſuper re ſua. Et ꝙ ſi aliquis ex talibus vicinis ſeu conſortibus habens ali-
quod edificium deſtructum in tecto: ſiue parietibus/propter quam deſtructionem damnum
per aliquam aquam fluentem ad partem inferiorem alterius vicini / vel conſortis ſui infera
tur in rebus ſuis ꝙ tales conſortes tale edificium ſic deſtructum habentes ad petitionem al-
terius ſic damnum recipientis / ad reparationem dicti edificij ac tecti fiendi, ⁊ cum effectu
coperiendum infra quindecim dies cogantur realiter: ⁊ perſonaliter per Dominos Po-
teſtatem/vel Capitaneum: vel eorum Iudices ⁊ ipſaꝫ reparationem facere teneantur ad pe
nam quinquaginta lib. deñ. Et nihilominus ad emendationem damni recipientis occaſio-
ne dictę deſtructionis: ⁊ aque predictę fluentis ⁊ expenſarum dicto conſorti damnum ſic re
cipienti compellatur ad petitionem dicti conſortis vel damnum recipientis. Item ꝙ qui-
cunqꝫ vicinus vel alius quilibet habens Ius vel partem aliquam in muro domus conui-
cini: vel iuxta murum: vel domum ſui conuicini: vel habens partem muri exteriorem do-
mus vicini iuxta viam iuxta quam partem muri ſiue murum exteriorem: vel ius quod
habet in muro / non haberet formellum terrenum / ſeu ſciaquatorium: vel dentem lapide-
um deſignantem terrenum iuxta ipſum murum: ꝙ ad petitionem talis ſui vicini habentis
domum cogatur: ⁊ cum effectu compellatur talis vicinus habens murum/vel partem mu-
ri exteriorem / vel in muro/ſummarie ⁊ de facto ſine ſtrepitu ⁊ figura Iudicij vendere dic-
to vicino petenti pro precio condecenti declarando ꝑ duos magiſtros ponendos ad eſtima-
tionem predictam. Et ſi talis vicinus recuſauerit/vel noluerit vendere penaꝫ.xxv.lib.deñ.in-
currat dicto cómuni Aſiſij applicandoꝝ: ⁊ ipſam venditionem facere compellatur. Et ſi pre
dicti domini: vel alter ipſorũ fuerint negligentes in qnquaginta lib.deñ.de ipſoꝝ ſalario de-
beant dicto cómuni condemnari. Et hoc capitulum ſit preciſum nó obſtante huic Capitulo
aliquo alio ſupra vel infra poſito.

ℭ Q̄ in aduentu dotis reſtituende tertia pars remaneat viro. Rub. 43.

ITem Statuerunt ⁊ ord. ꝙ in aduentu reſtituendę dotis/tertia pars ſumme totius dotis ſaltim remaneat apud virū: ⁊ ſolūmodo ad reſtitutionem duaꝝ partium teneatur in aduentu reſtituende dotis / huic Capitulo aliquo alio dicti cōmunis ⁊ populi incontrarium non obſtante. Et hoc locum habeat ⁊ intelligatur in originalibus ciuibus ciuitatis Aſiſij: ⁊ in omnibus alijs eiuſdem comitatus ⁊ diſtrictus: ⁊ in mulieribus forenſibus quas homines de Aſiſio habent ⁊ haberent pro vxore. Et intelligatur ⁊ locū habeat in preteritis pendentibus ⁊ futuris: ⁊ in alijs quoꝝ matrimoniū non eſt ſolutum. Et ſi aliqua mulier deſponſata viro nō patiatur tranſduci a ſponſo / quinimo ea recepta monaſterium ingrediatur ille qui obligauit ſe ad dotem ſoluendam tertiam partez dotis pollicite ſpōſo huiuſmodi ſoluere cōpellatur: quam tertiam partem ſibi lucri faciat ſponſus ꝓdictus. Et ꝙ ſi quis vel ſi qua de ciuitate vel diſtrictu Aſiſij intrauerit / vel intrare voluerit deinceps ⁊ intraret aliquam religionem ſeu monaſterium: vel habitum ceperit ⁊ portauerit ꝑ ānum religioſuz habitum: ⁊ ꝓfeſſionem legitime fecerit ꝙ nō poſſit nec debeat ad bona paterna: vel materna: aut fratrum/vel ſororum/auunculorum: ſeu auuncularuz: nec alicuius alterius eius conſanguinei: vel conſanguineorum recurrere: nec de cetero de ipſis bonis petere aliquid: vel exigere modo aliquo ſeu iure. Salua tamen ⁊ reſeruata quacūqꝫ diſpoſitione inteſtamento vel teſtamentis vel alia vltima voluntate ſeu diſpoſitione in quibus prohibitio ſupradicta nō vendicet ſibi locū: aut ꝑiudicare non poſſit nec intelligatur. Et ſi quis de Aſiſio: vel eius diſtrictu/ceperit aliquam in vxorem: ⁊ ad domum ſuam patris vel matris duxerit ⁊ tractauerit eam in vxorem: ⁊ ꝓ vxore tenuerit: Et poſtmodū talis nupta: vel pro vxore ad domū viri tradita vel habita aliquod monaſteriū ingreſſa fuerit: ſeu religionem: ſeu habitum ceperit monialem ⁊ ꝓfeſſionem fecerit: ꝙ eius dotes amittat ⁊ amictere debeat: ⁊ ipſi viro debeant totaliter applicari. Et ꝓdicta habeant ⁊ vendicent ſibi locum in preteritis pendētibus ⁊ futuris: ac ꝑſentibus. Et ſi talis recipiatur in monaſterio de voluntate viri ſui ꝙ in dicto caſu perdere non debeat dotes ſuas. Et ꝙ in caſu reſtituēde dotis dn̄i Poteſtas ⁊ Capitaneus qui ꝓ tempore fuerint: ⁊ quilibet ipſoꝝ petenti: ⁊ cui deberet reſtitutio dotis faciant ſūmariū ius in perſona ⁊ rebus: ꝓut petitum fuerit: recepta fide ꝑ inſtrumenta vel ꝑ teſtes: vel ꝑ ſcripturaz libri mercatoris: qualiter fuerit dos ſoluta: quę ſcriptura recepta in libro mercatoris habeatur ꝓ publica ⁊ publico inſtrumento: Et in dicto caſu vt publico inſtrumēto fides plena adhibeatur. Et quantum ad fidē adhibendam ſcripturę libri mercatoris locum habeat in ꝑteritis tantum: de alijs autem ſupra vel infra poſitis in preſenti capitulo locum habeant in preſentibus lege ſeu ordinamento incontrariū loquentibus nō obſtantibus: Et ꝓdicta fiant ſūmarie ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij infra vnum menſem a die facte petitionis ad penam vigintiquinqꝫ librarum den. de ipſoꝝ ſalario retinen.

ℭ Q̄ Poteſtas ⁊ Capitaneus debeat cogere principales debitores ad requiſitionem fideiuſſoris. Rubrica. 44.

ITem Statuerunt ⁊ ord. ꝙ Poteſtas ⁊ Capitaneus dictæ ciuitatis: ⁊ quilibet eoꝝ ⁊ cuiuſlibet eoꝝ Judices ad reqſitionem ⁊ petitionez cuiuſcūqꝫ ꝑſone fideiuſſoris ꝓ quocūqꝫ debito cuiuſcūqꝫ quantitatis pecunie in perſona ⁊ rebus cogere: ⁊ cogi facere teneantur ⁊ poſſint ꝑ eoꝝ familiares ⁊ baiulos cōmunis Aſiſij ꝓ vt petitum fuerit de facto ⁊ ſūmarie ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij ⁊ ſine ſalario aliquo principales debitores: vel ipſoꝝ heredes ad ſoluendum ⁊ ſatisfaciendū creditori ſeu creditoribus de quātitate: vel quantitatibus in qua vel quibus apparerent obligati vna cū dicto fideiuſſore in inſtrumēto debiti: Jta ⁊ taliter ꝙ dictus fideiuſſor deliberetur ⁊ abſoluatur in totū viſo publico inſtrumēto cōſeruationis indemnitatis abſqꝫ aliqua citatione: Et idem intelligatur in quolibet alio fideiuſſore qui damnum aliquod ſubſtineret pro debito alicuius occaſione fideiuſſionis quam fecerit / vel fecit aut faciet in futurū ⁊ in approbatore. Et ꝙ creditores teneantur primo agere ⁊ experiri ⁊ executionem facere debeant contra principales debitores: ⁊ vbi dicti principales ſufficientes non apparerent: ꝙ tunc agere poſſint/⁊ eis licitum ſit agere ⁊ experiri cōtra fideiuſſores. Et fideiuſſores intelligantur qui habent inſtrumentū conſeruationis indēnitatis: vel qui ꝓbarent legitime ꝑ teſtes ꝙ fuerint fideiuſſores. Et idem intelligatur ⁊ fiat in approbationibus fideiuſſoꝝ qui facta excuſſione demum contra principalem ⁊ fideiuſſorem huiuſmodi: ⁊ non repertos ſoluendo: ⁊ conueniri poſſint in ſubſidium: ⁊ in illis fideiuſ-

ſoribus

ſoribus ⁊ approbatoribus qui ſoluiſſent : ⁊ ſoluerent in futurum animo rehabendi ab ali/
quo:de qua ſolutione animo rehabendi facta appareat per publicam ſcripturam . Et pre/
dicta locum habeant in preteritis preſentibus ⁊ futuris . Et ſi aliter fieret/ageretur:ſeu ex/
periretur proceſſus non valeat ⁊ audiri non debeat per Judices aſiſinates:vel alterum ip/
ſorum . Et predicta omnia etiam locum habeant/obſeruentur ⁊ fiant/per dictos dños offi/
ciales ⁊ quemlibet eorum ad penam centum librarum denariorum pro quolibet ⁊ qualibet
vice contrafecerint ipſi:vel alter eorum in quam per eorum futuros ſcindicos debeant con/
demnari dũmodo nullus principalis/vel fideiuſſor ad petitionem Judeorum / vel alicuius
eoꝝ capi nec detineri poſſit ꝓ aliquo debito ad quod eſſent : vel eis vel alteri eoꝝ obliga/
ti nec ad petitionẽ fideiuſſoris/vel fideiuſſorum principalis ſeu principales capi poſſint:nec
detineri . Et fideiuſſores intelligantur habentes inſtrumentum conſeruationis indemnita/
tis:vel eandem quantitatem ad quam obligati eſſent:vel aliter per teſtes probaretur . Et ſi
per aliquod Statutum ſupra vel infra poſitum aliquod benefitium eſſet conceſſuꝫ alicui per
ſone quod ipſi benefitio renunciari non poſſit. Et ſi renunciatum fuerit/ipſa renunciatio nõ
valeat nec teneat ipſo iure.

¶ Ꝙ donatio excedens decem libras fiat coram poteſtate. Rub. 45.

AD fraudis ⁊ malitię materiam tollendam : Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ que/
libet donatio excedens ſummam vel quantitatem rei ſtabilis valentis decem li/
bras deñ. fiat coram Poteſtate/vel Capitaneo populi / vel ſuo Judice cõmunis predicti.
Et ſcribatur per aliquem Notarium de Aſiſio . Et ſi ſecus fieret dicta donatio non valeat:
nec teneat . Et hoc locum habeat in donationibus inter viuos tantum.

¶ De exbanditis pro debito ad petitionem creditoris. Rub. 46.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ omnes ⁊ ſinguli qui Sbanniti/aut condemna/
ti eſſent pro debito ad petitionem alicuius creditoris in cauſa ciuili ⁊ ſe concor/
dauerint cum creditore habeantur pro rebannitis : ⁊ ad penam aliquam nullatenus te/
neantur.

¶ De habentibus conſortes in molendino. ⁊c. Rub. 47.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ ſi aliquis habet cum Conſortibus aliquod
molendinum in aliquo flumine:⁊ alius conſors eſſet requiſitus ⁊ nollet in re/
paratione molendini ⁊ ferramentorum exponere ⁊ expendere aliquid in reparatione pre/
dicta:ꝙ ipſe qui exponeret ſine contradictione conſortis habeat ⁊ habere debeat fructum
⁊ molturam molendini : ⁊ percipiat quouſqꝫ ſatiſfactum fuerit ſibi de expenſis omnibus ꝓ
rata:Et ſtetur de expenſis dicto Magiſtrorum qui opera fecerint in molendino predicto.

¶ Ꝙ opus nunciatum per iacturam lapillorum non procedatur vlte/
rius . Rub. 48.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ cuicunqꝫ nunciatum fuerit nouum opus per
iacturam lapillorum vel alio modo in dicto opere non procedat vlterius pe/
na decem librarum denariorum:Et ꝙ nunciator teneatur ⁊ debeat comparere coram iudi/
ce Poteſtatis / vel iudice Capitanei prout ſibi placuerit:⁊ aduerſarium facere citari:⁊ in/
fra decem dies a die nuntiationis vtiles computandos teneatur ⁊ debeat probare de iure
ſuo infra dictum terminum : Et ſi probauerit infra dictum terminum per iudicem pro dic/
to nunciatore pronuncietur . Et nihilominus quod edificatum fuerit defacto tollatur ⁊ de/
ſtruatur ⁊ demoliatur . Et ſi dictus nuncians non probauerit nuntiationem legitimam/ſeu
ius nunciandi habere:ꝙ elapſo dicto termino ille cui nunciatum fuerit libere poſſit in dicto
opere procedere non obſtante nunciatione predicta . Et nihilominus nuncias ꝑdictus par/
ti damnum, ⁊ intereſſe:⁊ expenſas reficere per dictum Judicem condemnetur. Et vltra hoc
dicto communi in decem libris deñ. debeat condemnari . Et ꝙ a dicto termino decem die/
rum inantea terminetur, ⁊ debeat dicta cauſa infra quinqꝫ dies vtiles ſine debito terminari.
Et quicunqꝫ de dicta re infra dictum terminum non probauerit, deinde nullatenus audia/
tur : Et hoc locum habeat in preteritis ⁊ futuris niſi ſopita eſſet per ſententiam .

¶ Ꝙ fideiuſſori detur terminus quinqꝫ dierum ad repreſentandum princi/
palem. Rub. 49.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ detur terminus fideiuſſori quinqꝫ dierum ad re
preſentandum principalem qui ſi idoneus non fuerit ; ⁊ repreſentatus ſoluen/

do non eſſet creditor habeat recurſum ad fideiuſſorem ⁊ in queſtione procedatur. Item ꝙ quicunqꝫ pro aliquo forenſe fideiuſſerit in perſona ſiue rebus: recurſum habeat ad illum ꝑ quo fideiuſſit. Voluerunt etiam ꝙ ſi aliquis aſiſinas in ſolidum ſe obligaret cum aliquo foretano aliquem foretanum habitatorem Aſiſÿ: vel diſtrictus ⁊ publicum inſtrumentum factum fuerit ꝙ foretanus promiſerit conſeruare indemnem dictum aſiſinatem, per tale inſtrumentum cõſeruationis idemnitatis habeatur Aſiſinas fideiuſſor: ⁊ nomine fideiuſſoris ſe obligaſſe. Et non poſſit creditor habere recurſum ad aſiſinatem/niſi primo foretanus conuenerit principalem forenſem qui cum aſiſinate in ſolidum ſe obligauerit. Item ſi fideiuſſor preſentauerit principalem in curia aſiſinatenſi in criminali cauſa ante ſentẽtiam vel fuerit in fortia dicti cõmunis Aſiſÿ detentus ꝙ ille talis fideiuſſor non teneatur vlterius. Sed poſt ſententiam conſtringatur fideiuſſor ad condemnationem ſoluendam. Et ille talis principalis ad inſtantiam fideiuſſoris ſic ſoluentis conſtringatur per poteſtatem in perſona ⁊ rebus ꝓut placuerit dicto fideiuſſori quonſqꝫ ſoluerit: Et hoc ſi principalem coram poteſtate: vel Capitaneo: vel eoꝝ Iudic. vel curia ꝑſonaliter preſentaret. Et ſi plures eſſent fideiuſſores pro aliquo condemnato vnus ex ipſis fideiuſſoribus ſoluerit: vel fuerit conſtrictus ad ſoluenduꝫ condemnationem: ꝙ ille fideiuſſor habeat recurſum contra alium: vel alios fideiuſſores: ⁊ cogatur ad ſoluendum: ⁊ ſatisfaciendum ſoluenti pro rata: eis vel ei obuenienti de dicta cõdemnatione ſoluta: Et ſemper fideiuſſor recurſum habeat contra principalem: Et hoc locũ habeat in preteritis ⁊ futuris in quolibet fideiuſſore tam in ciuili q̃ in criminali ferÿs ⁊ tempore feriato non obſtantibus. Et ſi aliquis dictorum dominorum cõtrafecerit ſoluat nomine pene vigintiquinqꝫ libras deñ. cõmuni Aſiſÿ applicañ.

¶ De emptoribus alicuius gabelle ⁊c. Rubrica. 50.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ quilibet emptor alicuius gabelle: aut redditus vel prouentus, ⁊ quilibet debens: vel qui debebit ſoluere aliquam condemnationem a qua non ſit appellatum: teneatur: ⁊ debeat in die termini vel ſequenti ſolutionis fidē de talis gabellę redditus: vel prouentus aut condemnationis apportare ſotio militi domini Capitanei vel Poteſtatis ſcriptam manu Notary camere Cõmunis Aſiſÿ quę contineat: ⁊ fidem faciat qualiter dicta ſolutio facta fuerit intermino. Et ꝙ dictus emptor vel condemnatus: ſi hoc vt predicitur facere obmiſerit intelligatur eſſe malpagus ⁊ non ſoluiſſe in termino: Et contra ipſum fiat ⁊ fieri debeat executio cum duplo: ⁊ ſalario exactionis per dictũ ſotium militem: qui ſotius miles pro ſuo ſalario talis exactionis quam fecerit: habeat ⁊ habere debeat duos ſolidos deñ. pro qualibet libra ſoluendos per condemnatum predictum. Et ꝙ nullam executionem dictus dominus miles: vel alius officialis poſſit recipere vel habere a debitoribus alicuius gabelle redditus vel prouentus dicti cõmunis: vel acultoribus alicuius impoſite vel imponende: Immo ⁊ ipſe executiones teneatur ⁊ debeat dictus ſocius miles facere ſine aliquo ſalario, vel prouiſione ſub pena ⁊ ad penam quinquaginta lib. deñ. ⁊ reſtitutionis accepti in duplũ. Et ꝙ dicta talis executio fieri poſſit ⁊ debeat realiter ⁊ perſonaliter: non ſolum contra dictum malpagam principalem: verum etiam contra fideiuſſores ipſius malpagbi: ⁊ quemlibet ipſorum: Et ita poſſint ⁊ debeant cogi ad ſoluendum dicti fideiuſſores ⁊ quilibet ipſorum ſicut dictus principalis: tam pro dictis: vel aliquo ipſorum q̃ pro maleficio: vel malefitÿs capi perſonaliter in domibus ſuis: vel alienis: ⁊ alibi vbicunqꝫ in diebus feriatis ⁊ non feriatis tam principales q̃ fideiuſſores eoꝝ. Et ſi quis vellet a tali executione appellare: non audiatur appellans per aliquem officialem: ad penam officiali audienti centum florenorum auri retinendoꝝ de ſuo ſalario pro cõmuni predicto. Et ꝙ dicti fideiuſſores ⁊ quilibet ipſorum ſic cogi ⁊ capi poſſint ⁊ debeant: non obſtante ſtatuto dicti communis continente in effectu ꝙ primo cogatur principalis q̃ fideiuſſor: quod beneficium ipſius ſtatuti non poſſit vel debeat per ipſos fideiuſſores: vel aliquem ipſorum allegari vel peti: Et per officialem dicti cõmunis nullatenus admittatur. Et ꝙ preſens ordinamentum locum ⁊ effectum habeat: ⁊ habere intelligatur: ac obſeruetur ⁊ obſeruari debeat tam pro preterito tempore q̃ pro futuro. Et ꝙ predictus ſocius miles ea die qua receperit dictaꝫ ſcriptam teneatur ⁊ debeat ad penam ſupradictam ſibi auferendam pro cõmuni predicto: eam aſſignare cancellario dicti cõmunis. Et predicta omnia valeant ⁊ obſeruẽtur: aliquo ſtatuto

reformatione vel ordinamento dicti cõmunis loquente vel diſponente aliqualiter in contrarium predictorum non obſtante.

¶ Q Poteſtas ⁊c̃. non habeat nec petat aliquid pro conſilio in queſtionibus. Rubrica. 51.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ nec Poteſtas: nec Capitaneus: nec eorũ Judices poſſint habere conſilium nec a partibus aliquid querere pro conſilio habendo in queſtionibus decem librarum denariorum non obſtante capitulo de appellationibus.

Q Poteſtas faciat ius ſũmarium in queſtione alimentorũ. Rub. 52.

POteſtas Et Capitaneus ⁊ eorum: ⁊ cuiuſcunqꝫ ipſorum iudices ⁊ officiales: ⁊ quilibet ipſorum. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ teneantur ⁊ debeant ſũmarie: ⁊ ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij omni iuris ⁊ ſtatuti ſollemnitate obmiſſa infra quindecim dies continuos ad plus decidere: terminare: atqꝫ decernere queſtiones alimentorũ coram eis: vel aliquo eorum petitorum ordine infraſcripto: pena centum lib. deñ. de eorum vel alterius eoꝝ ſalario: Et ſi quidẽ pater a filio, ⁊ e contra peterent ſe alimentari: ⁊ nõ haberent aliunde vnde ſe ſubſtentare poſſent: ꝙ tunc habita numeratione filiorum illius a quo dicta alimenta peterentur: ⁊ eius perſona pro vna computata: ⁊ habita computatione artificij illius qui peteret a quo peteretur: Jta ꝙ de eo quod lucraretur: ſeu lucrari ponit de dicto artificio debeat habere partem pro numero perſonarum. Si autem pater plures habens filios aliquos diuites aliquos pauperes: ſeu idoneos: ꝙ predicti idonei diuites: ⁊ quilibet eorum teneantur ⁊ debeant ſecundum facultates eorum alimenta preſtare. Et quicunqꝫ Pater: ſeu Mater: vel frater fecerit micti in carcerem aliquem ſuum filium: vel fratrem exigentem malefacta ſua: vel alia iuſta de cauſa: ⁊ talis filius ſeu frater carceratus: non habeat vnde ſe poſſit ſubſtentare in dicto carcere: ꝙ teneantur predicti: vel ille ad cuius: vel quorum petitionem fuerit carceratus de predictis alimenta preſtare tali carcerato: ſeu carceratis ſecundum facultatem ipſorum. Et ſi dicta alimenta denegarent ꝙ dicti domini officiales teneantur talem carceratum/vel carceratos facere relaſſari. Si autẽ vxor a viro peteret alimenta ꝙ comode cum viro morari non poſſit: teneatur vir preſtare alimenta condecẽtia dicte vxori ſue ſecundum facultatem viri habito reſpectu mulieris ⁊ quantitatis dotis: ⁊ ea conſiderata dũmodo honeſte viuat. Si autem contigerit caſus dotis reſtituende conſtante matrimonio ꝙ vxor teneatur preſtare alimenta marito de fructibus dotium ſuarum ſi vir aliter ſubſtentari non poſſit ſemper habita conſideratione filiorum qui eſſent ex dicto matrimonio ⁊ perſona mulieris in quorum numero vir debeat computari. Si autem mulier remanſerit vidua: teneatur heres viri: ſeu ad quos bona deuenerint preſtare alimenta infra annum a tempore mortis viri: niſi dotem in pecunia numerata: ſeu poſſeſſionibus dotalibus in continenti reſtituere vellent: ad quarum dotium reſtitutionem: ſi dicta alimenta denegarent ſiue decreta per Judicem: Siue in teſtamento relicta omnimode compellantur: omni condicione: appellatione: ⁊ exceptione remotis. Si vero aliqua dixerit habere filiũ ex aliquo: de quo eſſet fama: ⁊ alia indicia in vicinato mulieris ꝙ dictuſ talis qui diceretur pater: teneatur preſtare dicto filio: ſeu matri pro eo/alimenta condecentia ſecundum ſuam facultatem: dũmodo dicta mulier nõ fuerit publica meretrix: ⁊ tunc nulla alimenta preſtentur. Et ꝙ dictũ eſt ſupra de patre ⁊ matre intelligatur in auo: ⁊ auia paterna: ⁊ nepote ex filijs vel filiabus: ⁊ in quolibet caſu predictoꝝ alimentorum fiat ſũmarium ius per dictos officiales: ⁊ quemlibet eorum ad predictam penam centum lib. deñ. ꝑ quolibet: ⁊ qualibet vice. Et idem ſeruetur contra creditores habentes debitores eoꝝ detentos ⁊ carceratos: vt teneantur eis alimenta preſtare in carcere.

Q decedens in teſtamento ⁊ reliquerit tutorem filijs ⁊c̃. Rub. 53.

QUicunqꝫ decedens in ſuo teſtamento reliquerit tutorem filijs: guardianum: conſeruatorem: cuſtodem: gubernatorem: ſeu filios ſuos pupillos alicui recomendauerit. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ ꝑdicti tales ſic relicti: in quorum cuſtodia gubernatione ⁊ conſeruatione fuerint relicti pupilli intelligantur veri ⁊ legitimi tutores ſalua ſemper ſuſpicione: ⁊ cauſa ſuſpicionis contra predictoſ alleganda ⁊ probanda. Et ꝙ ſi aliqua mater remanſerit ſiue non remanſerit tutrix filiorum: ⁊ trãſiuerit ad ſecunda vota: ꝙ nullus attinens dictis pupillis ex linea materna tantum poſſit dari tutor,

nec debeat ſi habuerit propinquiores ex parte partis vſq₃ in quartum gradum: Et ꝙ victricus non poſſit eſſe tutor ſui priuigni vel priuigne vnius vel plurium.

¶ De non habentibus viam: ad eius vineam ſiue terrenum. Rub. 54.

Si quis habet vineam ſiue terrenum: ad quam non habeat viam. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ Poteſtas vel Capitaneus: vel alter ipſorum teneatur compellere vicinum dare viam ſiue terrenum pro ea quantitate que capiet pro precio duplicato; Et qui inter ſe communiter haberent aliquam ſeruitutem per terram vineam vel clauſuram eundi / vel redeundi claudere teneantur dūmodo poſſint ipſam ſeu iter facere ad eundum ad poſſeſſionem predictam. Et ſi melior via eſſet ſtetur dicto duorum vicinorom. Itē ſi quis habet ius eundi: ⁊ redeundi per rem alterius: ſiue iuxta rem alterius: Et ille cuius eſſet res ſiue terrennum: tali: vel talibus habentibus ſeruitutem eundi voluerit dare viam: vel iter ex parte altera rei ſue poſſeſſionis ampla amplitudine vie antique: que erat: Poteſtas ⁊ Capitaneus ⁊ ipſorum Judices ⁊ officiales faciant eam terminare per diffinitores. ⁊ teneātur cogere tales perſonas relaſſare viam et ſeruitutem antiquam: ⁊ per viam nouam ⁊ non per antiquam: poſtq̃ fuerit terminata: Ire ⁊ reddire debeant ⁊ poſſint: quam terminationem fieri faciant ſupradicti domini Poteſtas ⁊ Capitaneus ad petitionem cuius eſſet terrenum: ⁊ ſi aliquis iret per viam antiquam poſtq̃ fuerit terminata noua via condemnetur pro vice qualibet in decem ſol. denariorm. Et ad hoc probandum ſufficiat iuramentum domini rei cum vno teſte. Voluerunt etiam ꝙ dicta mutatio ⁊ manutentio fiat a tali parte ꝙ poſſit quis ad ſuam poſſeſſionem comode ire; ⁊ ꝙ vie antique debeant inueniri niſi mutate eſſent in nouam cum cōmoditate: ⁊ meliorament. Et ſi dicti domini: vel alter ipſoꝝ fuerint negligentes / perdat quilibet de ſuo ſalario vigintiquinq₃ libras denarioꝝ. Et quicunq₃ ad poſſeſſionem ire non poſſet niſi per terrenum alterius ꝙ liceat ⁊ ſibi licitum ſit ire ⁊ redire comode per terrenum: ⁊ viam alterius per locum minus damnoſum ad dictam talem poſſeſſionem cum beſtie ⁊ ſine beſtijs: per ſe ⁊ familiares ſuos / atq₃ nuncios ſine pena ⁊ bāno: Et de acceſſu ⁊ receſſu voluerit ꝙ accuſari non poſſint, niſi probaretur damnum eſſe datum per dictos tales euntes ⁊ redeuntes perſonaliter: vel cum beſtijs in arboribus vel fructibus in ipſis vineis: ſeu poſſeſſionibus exiſtentibus per quam: vel quas tranſitum facerent ad eorū poſſeſſiones per teſtes: vel aliam legitimam probationem.

¶ Si quis habet iter, ꝑ rem alicuius contigue rei ſue vēdatur ei. Rub. 55.

Ad Omnium materiam ſcbandali tollendam. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ ſi quis habet iter vel aditum: ⁊ quantuncūq₃ per terram vel rem alicuius contigue rei ſue habuiſſet vel haberet: dūmodo habeat aditum vel viam: compellatur ad vendendum ꝑ pretio / quod per menſuratores fuerit declaratum ad penam vigintiquinq₃ librarū denariorum pro quolibet contrafaciente ⁊ qualibet vice, cōmuni Aſiſij applicandarum.

¶ De habētibus arbores ſup territorio in preiuditiū alicuius. Rub. 56.

Quicunq₃ habet arborem / vel arbores ſuper territorio in preiudiciū alicuius. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ teneatur ille cuius eſt terra vendere illi in cuius preiudicium ſunt pro iuſto pretio / vel eleuare. Et teneantur diffinitores dictas arbores eſtimare aut ſtetur dicto duorum proximiorū vicinorum. Et habeant pro eorum viatico ſex denarios per libram. Et ſi quis arborem iuxta rē vicini habet: ⁊ querimonia inde fuerit propoſita coram iudice Cōmunis Aſiſij ipſe Judex debeat ipſam querelam ſedare: ⁊ ipſam arborem facere eleuari totaliter que ſupereſt rei vicini: ⁊ ab ipſa ſententia non poſſit appellari: nec appellatio a Judice audiatur.

¶ De rogationes ſcripte in libro notariorum ⁊ cācellate ⁊c̄. Rub. 57.

Ad omnemm Scandali materiam euitandam ⁊ defectus ſupplendū: Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ omnes rogationes ſcripte ⁊ ſcribende in prothocollis ſeu libro Notariorum ciuitatis Aſiſij: vel eius diſtrictus: reperte, Inducte, ⁊ cancellate de partium voluntate pro caſſis vanis ⁊ irritis habeantur: ⁊ nullius valoris atq₃ momenti: ad quorum vel alterius eorum refectionem ſi refectio peteretur nullus Notarius cogi debeat nec poſſit. Et quicunq₃ ipſorum Notariorum contrafecerit ſol

dat nomine pene vigintiquinqꝫ libras denarioꝝ. Et hoc Capitulum ſit preciſum: Et hoc locum habeat in preſentibus ꝛ futuris: ꝛ Et domini Poteſtas ꝛ Capitaneus: ꝛ quilibet eorum officiales teneantur ꝛ debeant preſens Capitulum obſeruare ꝛ obſeruari facere: Et ſi fuerint negligentes perdant de eorum ſalario centum libras denariorum qui deueniant in cómuni. Et in cancellandis in futurum Notarij ponant ꝛ ponere teneantur teſtes qui cancellationi predicte adherint: alr non teneat.

¶ De diſſipatoribus ꝛ male vtentibus ſuis ſubſtantijs. Rub. 58.

PRo Bono ꝛ augumento Ciuitatis ꝛ diſtrictus Aſiſij. Statuerunt ꝛ ordinauerunt ꝙ ad denunciationem cuiuſlibet pſone diſſipator bonorum: ꝛ qui de ciuitate ꝛ diſtrictu Aſiſij male vtitur factis ſuis ꝛ ſubſtantijs eorum: Ad tollendum talibus hominibus materiam non deueniendi ad inopiam Poteſtas: vel Capitaneus populi dicte ciuitatis: ꝛ eius officiales bonorum adminiſtrationem interdicát hoc modo ꝙ Si conſtiterit dicto Poteſtati: vel Capitaneo: vel ſuo iudici per publicam famam: vel alio legitimo modo aliquem publicum luſorem eſſe: ſeu prodigum / vel ꝙ male vtatur ſua ſubſtantia: tunc in generali conſilio: vel populi Cómunis Aſiſij publice interdicat ne aliquis cum tali aliquem cótractum / vel obligationem quocúqꝫ modo vel colore queſito ineat: vel faciat. Et Idem interdictum bániri faciat in platea cómunis ꝛ per totam Ciuitatem in locis conſuetis ſono tube premiſſo: Ita ꝙ nullus poſſit de predictis ignorantiam pretendere: Et predicta requiſitio facienda per dictum dominum Poteſtatem vel Capitaneum de huiuſmodi perſonis ꝛ interdictum, ꝛ bánimentum ſcribantur per vnum ex Notarijs dicti Domini Poteſtatis, vel Capitanei In uno libro, Ita ꝙ de predictis ſemper poſſit haberi copia. Et ſi quis poſt dictum inter dictū, ꝛ inhibitionem factam cum tali aliquem contractum: ſeu obligationem fecerit, condemnetur in decem libris denariorum pro quolibet contractu: Et nihilominus ſūmarie ꝛ de facto: ꝛ ſine ſtrepitu ꝛ figura Judicij cogatur per dictum dominum Poteſtatem vel Capitaneum: ꝛ eius Officiales, realiter ꝛ perſonaliter ad reſcidendum dictam obligationem ꝛ contractum: ꝛ ad reſtitutionem ſi quam pecuniam, vel rem aliam appareat recepiſſe. Et nihilominus talis contractus ipſo iure non valeat. Et ꝙ nec Poteſtas: nec Capitaneus: nec aliquis alius officialis dicti cómunis / vel alicuius eoꝝ Judex / vel officialis / dicta inſtrumenta / vel aliquod eorum exequi debeat: Nec aliquem audire de predictis contra tales / ſeu eius bona quibus interdictum eſſet factum. Et nihilominus ille cuius bonorum adminiſtratio fuerit interdicta in carcerem cómunis mictatur: ſi hoc videbitur duobus conſanguineis proximioribus: ſiue ex parte patris: ſiue ex parte matris: ꝛ de dictis carceribus non relaſſetur niſi in predictis fuerit conſenſus / ſiue voluntas predictorum conſanguineorum: Et ſi contigerit aliquem contractum fieri de bonis predictorum ꝙ neceſſitas, aut debitum vrgeret: ꝙ tunc talis contractus, vel obligatio quocúqꝫ nomine cenſeatur: fiat ꝛ fieri debeat in preſentia Domini Poteſtatis vel Capitanei populi predicti: vel ſui Judicis, cum auctoritate: ꝛ preſentia ꝛ iuramento duoꝝ proximiorum conſanguineorum dicti talis: vel cui fuerit interdictum iurantium ꝛ aſſerentium talem cótractum fore vtilem ꝛ neceſſarium eſſe dicto prodigo cui fuerit interdictum: ꝙ Poteſtas dicte Ciuitatis eligere faciat in generali Populi conſilio tempore electionis aliorum officialium duos bonos homines pro qualibet porta, qui Jurent ꝛ iurare debeant Domino Capitaneo / vel Poteſtati predicto quemlibet malefacientem facta ſua referre: ꝛ dicto duorum ex eis ſtetur ꝛ declaretur. Et ꝙ predicta omnia ꝛ ſingula bániantur ſemel tempore regiminis p̄dictoꝝ dominoꝝ. Et nihilominus dictum capitulū dominus Capitaneus vel poteſtas p̄dictus legi faciat in dicto cóſilio per vnum ex ſuis Not. in principio ſui regiminis. Et ſi in predictis vel in aliquo predictoꝝ predicti dn̄i fuerint negligentes perdat quilibet de ſuo ſalario quinquaginta lib. den̄. non obſtante quocúqꝫ ſtatuto loquente de executione inſtrumétoꝝ ꝛ alioꝝ cótractuū.

¶ De ſubſtinétibus dánum: pro debito alicuius. Rubrica. 59.

QUicunqꝫ De Aſiſio ſubſtineret damnum aliquod in perſona: vel rebus p̄ debito alicuius de Aſiſio / vel diſtrictu: vel alicuius occaſione aliquod damnum ſubſtinuerit / aliquis cogatur per poteſtatem / vel capitaneū in perſona ꝛ rebus damnum paſſo emendare: ꝛ reficere: ꝛ omne damnū quod ſubſtinuiſſet talis perſona

pro debito alicuius occaſione predicta ſũmarie ⁊ de facto: ⁊ ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij: ⁊ ſine libelli oblatione: ⁊ non obſtante tempore feriato. Et hoc capitulum predicti domini ⁊ quilibet ipſorum obſeruare teneantur: ⁊ debeant pena vigintiquinqꝫ lib. den̄. pro quolibet contrafaciente in quibus per eorum futuros ſindicos debeant condemnari, ⁊ deueniant in cõmuni.

¶ Q̄ ſi quis ſuſpicaretur: ne offenderetur ab aliquo: habeat cautiones idoneas. Rubrica. 60.

PRo Bono ſtatu Ciuitatis Aſiſij: ⁊ ſpecialium perſonarum eiuſdem, ſtatuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ ſi quis ſuſpicaretur: ne offenderetur ab aliqua perſona ꝙ Poteſtas ſiue Capitaneus quando peteretur eis: vel alteri eorum: teneantur ⁊ debeant cogere infra octo dies illos ſiue illum dare Idoneas cautiones de non offendendo illuꝫ ſeu illos petentem vel petentes Idonee caueri inſpecta qualitate perſonaꝝ ⁊ cauſa ſuſpicionis allegata. Et ſi poteſtas ⁊ capitaneus in predictis erunt negligentes penam centum libraꝝ denarioꝝ pro quolibet incurrant dicto cõmuni Aſiſij applicandoꝝ dũmodo de dicta ſuſpicionis cauſa conſtet ſaltem per aliquam euidentem coniecturam cũ petentis iuramento.

¶ De teſtamentis factis ad pias cauſas. Rubrica. 61.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ pro ſalute animarum perſonaꝝ quæ fecerunt teſtamenta ꝙ in relictis in teſtamentis eoꝝ: ⁊ eorum vltime voluntatis: ſeu diſpoſitionis factis ⁊ faciendis: ad pias cauſas, Iudex domini Poteſtatis ⁊ Capitanei: ⁊ quilibet alius officialis Ciuitatis Aſiſij faciat ⁊ facere teneatur ſũmarium ius ad petitionem cuiuſlibet ſcindici fraternitatis ciuitatis vel comitatus Aſiſij: ⁊ cuiuſcunqꝫ petentis. Et ꝙ contra relicta ⁊ legata facta ad pias cauſas non poſſit aliquid obici, vel opponi in contrarium, ⁊ ſi faceret non valeat/nec teneat ipſo iure: Immo cõtrafaciens incurrat penam dupli relicti predicti. Dũmodo per iſtud Statutum non preiudicetur iuri quod poſſet competere filijs vel alijs deſcendentibus. Et ꝙ ſi aliquod teſtamentũ vel alia vltima voluntas reperiretur ſcripta manu alicuius Notarij: quæ licet non eſſet publica ꝙ dicta vltima voluntas ſic ſcripta poſſit ⁊ debeat redigi in publicam formam: per quemcunqꝫ Notarium ciuitatis Aſiſij, facta tamen primo comparatione litteraꝝ per duos Notarios eligendos per Iudicem ⁊ cum auctoritate ipſius Iudicis. Et dictum teſtamentum ſic publicatũ, obtineat roboris firmitatem, ac ſi eſſet publicatum per Notarium/cuius manu cedula reperitur ſcripta. Et idem ſeruetur in omnibus ⁊ per omnia in quolibet alio contractu inter viuos: Et predicta locum habeant in preteritis pendentibus ⁊ futuris. Et in predictis procedatur ſũmarie ſine ſtrepitu ⁊ figura Iudicij, vocatis tamen ad predicta illis qui ex dicta ſcriptura poſſent ledi.

¶ Q̄ nullus capiatur pro debito in diebus feſtiuis ⁊c. Rubrica. 62.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ nullus capiatur / vel capi poſſit pro aliquo debito ciuili ad petitionem alicuius creditoris in his diebus ſollemnibus ⁊ feſtiuis: videlicet primo in diebus dominicis. A vigilia incluſiue Natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti vſqꝫ ad feſtum Circuncisionis eiuſdem domini noſtri Ieſu Chriſti incluſiue in feſto Epifanie: tota ebdomata ſancta: Cũctis diebus veneris mẽſis Martij. In Paſchate Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti cum duobus diebus ſequentibus. In feſto Aſcenſionis dominice. In Pentecoſten cum duobus diebus ſequentibus. In feſto corporis Chriſti. Et omnibus diebus feſtiuitatum beatę Marię virginis: Et omnium Apoſtolorum: Et Sanctorum Rufini, Victorini: Franciſci: Clare virginis: ⁊ in feſto ſtigmatum ſancti Franciſci. Tempore venie ſanctæ Marię Angelorum cum duobus diebus precedẽtibus ⁊ duobus ſequentibus: niſi eſſet Iuratus ſuſpectus ⁊ fugitiuus.

¶ Q̄ ſi quis iurauerit ſe non teneri ad debitũ: poſſit reprobari ⁊c. Rub. 63.

ITem Corrigentes Statutum poſitum ſub Rubrica De ordinẽ Iuris: ⁊ eideꝫ addentes in ea parte qua dicitur ꝙ ſi quis iurauerit ſe non teneri ad debitum ꝙ abſoluatur diffinitiue: Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ actor poſſit ſi voluerit infra octo dies reprobare, reo dictum iuramentum. Et ſi infra dictum terminum reprobauerit per duos idoneos teſtes ꝙ dictus reus ſic iurans cogatur ad debitum ſoluendum: ⁊ expenſas. Et nihilominus pro tali periurio ſine alio proceſſu condemnetur per Dominum Poteſtatem / vel Capitaneum ex ſuo officio: vel per eius Iudicem in vigintiquinqꝫ librarum den̄. dicto cõ-

muni

muni perſoluendorum: pene Officiali negligenti, ⁊ in dicti caſu non condemnati vigintiquinqꝫ libraꝝ deñ.

¶ Q: Si quis ſe obligeuerit ad librum Juſtitię ⁊c. Rub. 64.

ITem Prouidere volentes vt debitores alieni qui ſe obligant ſuis creditoribus ad ſoluendum debita ſine aliqua ſpe fallacie/vel temporum dilatiõe ſtrictius teneantur. Et creditores notis ſuis conſanguineis ⁊ amicis liberaliter ⁊ ſecure valeant complacere. Statuerunt ⁊ ordinauerant ꝙ expenſis comunis Aſiſij fiat ⁊ fieri debeat vnus liber magnus carte papiri more mercatorum bene ligatus: qui vocetur Liber Juſtitię cõmunis Aſiſij. Et hic liber conſeruetur ſub bona cuſtodia in cancellaria dicti cõmunis: Prouidentes ꝙ de cętero, quicũqꝫ de ciuitate vel Comitatu Aſiſij/vel aliunde contrahet, ſeu faciet aliquod debitum cum aliqua perſona de aliqua quantitate florenoꝝ pecunie: vel alicuius alterius rei mobilis vel imobilis cũ rogatiõe alicuius Notarij ciuitatis Aſiſij ⁊ expreſſe dixerit contractum talis debiti Notario inde rogato. Do tibi licentiam ſcribendi rogitum dicti debiti in libro Juſtitię cõmunis Aſiſij: ⁊ dictus rogitus ſcriberetur ſub breuitate ⁊ non extenſe per dictum Notarium in dicto libro/ꝙ ſi creditor micteret per ſuum Procuratorem/vel per aliam perſonam legitimam mandatum habentem: vel ipſe portaret ſotio militi cõmunis Aſiſij cedulam continentem de dicto libro ſimpliciter: videlicet ꝙ dictus debitor eſſet obligatus in aliquo/ſuo creditori: Et ꝙ partes dederunt inter ſe licentiam ponendi dictum contractum in dicto libro: Siue ſolũmodo ꝙ dictus contractus appareat deſcriptus in dicto libro/ſine aliqua ſollemnitate ſumpta de dicto libro manu Cancellarij dicti Communis/vel ſui coadiutoris: ſeu vicegerentis In qua Cedula dicatur ꝙ talis rogitus ſiue contractus repperitur ſcriptus in dicto Libro/cum ſubſcriptione ipſius Cancellarij/vel ſui adiutoris, ſeu vicegerẽtis: Et ex tenore dicti contractus appareat euidenter dicto militi aliquem eſſe debitorem alicuius petentis debitum in aliqua quantitate/vel re, ſtatim ad requiſitionem, ⁊ petitionem principalis creditoris/vel perſone legitime petentis: etiam ſine rogatione/vel cum rogatione Notarij bance teneatur ⁊ debeat dictus miles: vel eiuꝫ locũ tenens ad penaꝫ centum florenorum auri/camere dicti cõmunis applicandorum per familiam Domini Poteſtatis: vel alterius officialis Communis Aſiſij in officio preſidentis/capi facere ſuus debitorem in tali contractu nominatum ⁊ obligatum ad predicta, ſiue heredes dicti debitoris. Et in Palacio reſidentię Domini Poteſtatis duci facere/ſiue in carceribus poni ad voluntatem creditoris/ſiue filij et heredis creditoris/ſine alia ſollemnitate, vel citatione de facto/vt predicitur: tamen captura non fiat diebus prohibitis debitores poſſe capi pro ciuili debito per formam Statuti Communis Aſiſij/poſiti ſub Rubrica in quibus diebus nullus pro ciuili debito capiatur. Et de dicto Palacio/ſeu de dictis carceribus nullatenus relaxetur/niſi debitum pro quo captus eſſet, ⁊ expenſas legitimas creditori perſoluerit cum effectu, dummodo debitum ſit liquidum ⁊ claruꝫ de quãtitate ⁊ tempore per ſe ipſum contractum predictum ſine aliqua liquidatione facienda: non obſtante aliquo ſtatuto/vel ordinamento communis Aſiſij in contrarium: vel aliter diſponente: Et maxime ſtatuto dicti Cõmuniꝫ poſito ſub Rubrica De modo tenẽdo in executione inſtrumentorum. Et predicta tamen non preiudicent creditoribus alijs volentibus vti dicto Statuto De modo tenendo in executione Inſtrumentorum confeſſionatorum ſi eo ſtatuto vti vellent. Sed hoc preſenꝫ ſtatutum habeat hanc prerogatiuam ab alio ſtatuto ꝙ habeat tantũmodo vim executionis perſonalis ſine aliqua citatione/vel requiſitione modo predicto: Poſtq̃ vero quis debitor captus fuerit vigore preſentis Statuti duabus defenſionibus dumtaxat audiatur: videlicet ſi docuerit ſe ſoluiſſe debitum pro quo captus eſſet: vel fuerit prorogatus terminus appoſitus in Inſtrumento: ⁊ probauerit per Inſtrumentum quietationis/vel prorogationis termini/vel per teſtes ſummarie, ⁊ ſine figura Judicij recipiendos/videlicet quietationis factę per illum/cuius mandato captus erit, vel prorogationis termini: quod ſi probauerit per alterum dictorum duorum ſtatim debeat debitor relaxari. Et capi faciens eum indebite in penam Statut. Communis Aſiſij de petendo debituꝫ iam ſolutũ debeat ꝑ poteſtatem cõmunis Aſiſij ſentẽtialiter cõdẽnari: ⁊ ad intereſſe ⁊ expẽſas capto teneaẗ. Et de omnibus ꝑdictis nõ ſoluaẗ aliqđ ſalariũ, vel gabella ponendum in conteſtatione litis: non obſtante ſtatuto poſito ſub Rubrica de ſalario ponendo In conteſtatione litis. Caueat tamen dictus Cancellarius Cõmunis Aſiſij ꝙ dictũ libruꝫ

92v

nemini oſtendat ab intus niſi Notarijs ſcribere volentibus aliquas rogationes in eo/quas de licentia debitoꝝ ſcribere poſſint. Et tunc quando ſcriberet Notarius/modum teneat dictus Cancellarius/ꝙ Notarius non videat alias rogationes ꝑ manus aliorum Notarioꝝ ſcriptas in eodẽ libro: qui Notarius pro tali breui regiſtratione contractus vnum bononenũ tantum a creditore percipiat: ⁊ non vltra: Cancellarius vero qui dictos contractus ꝑut ſcriptos repperiet vnum bononenum pro qualibet copia contractus: ſiue cedula habeat: ⁊ non vltra. Et non poſſit dictus Cancellarius creditori: vel eius heredi/vel alteri pro eo legitimum mandatum habenti talem copiam denegare. De quibus executionibus fiendis ꝑ dictum ſotium militem/dictus ſotius miles habeat: ⁊ habere debeat vnum ſolidum pro quolibet floreno/quantitatis/vel rei petite: ſeu eius extimationis: ⁊ non vltra percipere vel habere poſſit ſub pena: ⁊ ad penam quinquaginta librarum denariorum ſibi de facto auferendorum per eius ſcindicatores. Et dictus executiones facere teneatur ad petitionem ſupradictorum/vel alterius eorum ſub dicta pena applicanda camere cõmunis Aſiſij. Et hoc ſtatutum ſit preciſum ꝙ tolli vel eleuari non poſſit aliquo conſilio vel arenga.

¶ Q꞉ deſcriptis in breuibus artis lane ⁊c̃. ſolus miles faciat executionem realem ⁊c̃. Rubrica. 65.

AD Obuiandum verſutijs: ⁊ ſubterfugijs illorum qui ſepenumero emunt pãnos ⁊ alias mercantias: ⁊ ad tempus reſpondere promictunt: ⁊ deinde per cauillationes: ⁊ ſubterfugia: ⁊ temporis longitudinem/eorum creditores ducunt huiuſmodi incõuenientijs prouidere volentes. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ ad inſtantiam ⁊ requiſitionem quorumcunqꝫ deſcriptorum in breuibus artis lane: ſiue bombicis Ciuitatis Aſiſij: ⁊ eorum heredum/ſotius miles domini Poteſtatis Aſiſij teneatur: ⁊ debeat cogere ⁊ detinere ⁊ executionem realem ⁊ perſonalem facere, ⁊ accepta vna via redire poſſit ad aliam: ſicut de creditoris proceſſerit voluntate contra quaſcunqꝫ perſonas dictis deſcriptis vel alteri eorum obligatas occaſione pãni lane filate/vel non: Siue guati, rubbie, vilictoꝝ, bombicis, guarnelli, panni lini, ⁊ aliarum rerum ad dictas artes, ſeu alterum ipſarum quomodolibet pertinentium, vel ſpectantium in aliqua pecuniarum ſũma/quouſqꝫ fuerit ſatisfactum creditori. Et in ꝑdictis dictus miles ſit ⁊ eſſe debeat Judex competens qui ad petitionem ⁊ requiſitionem predictorum ſeu eorum heredum/contra dictos malpagos ⁊ eorum heredes teneatur ⁊ debeat facere ius ſũmarium ⁊ expeditũ: ⁊ executiuum non obſtantibus ferijs extraiudicialiter: ſũmarie ſimpliciter ⁊ de plano: abſqꝫ aliquo libello: vel ſcriptura Notarij: Conſtito ſibi prius de debito per librum dicti artificis/cum vno idoneo teſte vſqꝫ in quãtitatem decem librarum deñ. Et abinde ſupra vſqꝫ in omnem ſummam cum legitima probatione ſũmarie ⁊ ſine rogitu Notarij: ⁊ capere carcerare ⁊ detinere dictos debitores prout de creditorum proceſſerit voluntate. Et hoc intelligatur de debitis a decem annis citra inter eos contractis/ſeu contrahendis in futurum: Si non fuerit decurſum tempus decem annoꝝ: ſiue curreret id eſt ꝙ poſt decennium ad Judicem ordinariũ cauſa remictatur debiti ſuper quo curſum erit tempus dictorum decem annoꝝ ſiue curreret/

Et ſi dictus miles fuerit negligens in predictis penaꝫ quinquaginta libraꝝ denarioꝝ incurrat. Et idem ius ſeruetur cõtra dictos artifices ſeu alteꝝ ipſoꝝ ⁊ eorum heredes: qui apparerent in aliquo obligati eſſe alicui/vel aliquibus occaſione tincte vel filature/vel alia de cauſa ad dictas artes: ſeu alteram ipſaꝝ ꝑtinente ⁊ ſpectante quomodolibet ſub pena ⁊ ad penam ſupradictam. Et de predictis executiõibus fiendis dictus dominus miles habeat ⁊ habere debeat pro ſuo ſalario: ⁊ prouiſione ſolidos duos deñ. pro quolibet floreno: quantitatis petite: ⁊ de qua executionem fecerit/⁊ nõ vltra. Et ſi dictus miles vltra predictam ſũmam acciperet: Jn dictam penam ipſo facto/ſi per ipſum contrafactum fuerit incurrat/ſibi auferendam tempore ſui ſindicatus: ⁊ applicandam camere cõmunis Aſiſij: Et ꝙ nullũ ſalarium cauſaꝝ de huiuſmodi cauſis ſoluatur: nec aliquis predictoꝝ ad ſoluendum cogi poſſit: ⁊ preſens ſtatutũ obſeruetur.

¶ Q꞉ nullus officialis ponẽs aliquẽ ad baſtardellũ aliquid accipiat. Rub. 66.

Item Prouiderũt ⁊ ord. ꝙ ſub pena. x. lib. deñ. applicãda camere cõmunis Aſiſij nullus officialis ciuitatis Aſiſij ꝑdicte accipiat: aut accipere poſſit vnum bolonenum/nec aliquam mercedem a quoquã ad cuius inſtantiam poneret aliquem debitorem

ad ſuum baſtardellum: vt ſic penitus talis extorſio tollatur: Et totiens miles: vel alius officia lis dictam penam incurrat quotiens per eos contrafactum fuerit, non obſtante aduiſione in contrarium ꝛ alijs quibuſcunq;.

¶ Q officiales facientes executionē habeant pro executione vt infra. Rub. 67.

ITem Ad obuiādum extorſionibus que fiunt per officiales dicte Ciuitatis Aſiſij ꝛ debitam mercede ſuam recipiant circa executiones quas faciunt In Ciuitate ꝛ comitatu Aſiſij contra debitores ad inſtantiam creditorum. Statuerunt ꝛ ordinauerunt q in futurum nullus officialis dicte Ciuitatis pro tempore poſſit accipere pro quacunq; executione alicuius debiti ciuilis facienda per ipſum officialem In eadem Ciuitate vltra duodecim denarios p quolibet floreno. Si vero executionem fecerit in comitatu: non poſſit accipere vltra duos ſolidos pro quolibet floreno. Et quicunq; officialis contrafecerit cadat in penam librarum quinq; den. ꝛ vltra ſalarium ſibi ſupra decretum reſtituat indebite acceptum in duplo. Que pena cum dicta reſtitutione indebite accepta cum duplo ſibi auferatur per eius ſindicatores tempore ſui ſindicatus. Et quilibet officialis ſecundum ſuam conditionem ſub dicta pena teneatur facere dictam executionem.

¶ Qui intelligantur forenſes tam in ciuilibus q in criminalibus. Rub. 78.

ITem Prouiderunt ꝛ ordinauerunt q in quacunq; parte voluminis Statutorum ꝛ ordinamentorum cōmunis Aſiſij repperitur qui ſint forenſes: ſeu qui non intelligantur forenſes tam in ciuilibus quam in criminalibus: Ex nunc declaratum ſit ꝛ eſſe intelligatur per preſens ſtatutum ꝛ ordinamentum q forenſes intelligantur in omnibus caſibus occurrentibus omnes illi qui non ſunt originaliter de ciuitate Aſiſij: vel eius comitatu Aut recepti in ciues dicte ciuitatis per habentes auctoritatem. Et ſi quis forenſis diceret ſe habere aliquod ius ciuilitatis ciuitatis Aſiſij doceat infra menſem proxime futurum. Et hoc debeat banniri ꝛ in futuris tantum locum habeat hoc ſtatutum.

¶ Q prime ꝛ ſecunde cauſe cognoſcantur in ciuitate Aſiſij. Rub. 69.

PRo Conſeruatione iurium ꝛ immunitatum communis Aſiſij: Et preſertim cuiuſdam capituli ſiue indulti per. S. D. N. Papam Caliſtum tertium: Quo cauetur q prime ꝛ ſecunde cauſe tam ciuiles q criminales prout hactenus perpetuo extitit conſuetum cognoſcantur in eadem ciuitate vt grauibus expenſis hominum dicte Ciuitatis indulgeatur ꝛc. Ad hoc vt omnibus contratenorem dicti Capituli ꝛ indulti quoquomodo obuiare cupientibus: omnis tollatur materia machinandi. Statuerunt ꝛ ordinauerunt: ꝛ preſenti reformatione decreuerunt q tales impetrantes: vel extrahentes / vel extrahere procurantes primas / vel ſecundas cauſas extra ciuitatem Aſiſij contra formam prefatorum capitulorum a Sanctiſſimo D. N. Papa obtemptorum incidant in penam ipſo facto viginti quinq; ducatorum. Et in eandem penam omnes ꝛ ſinguli incurrant qui eis: vel ei preſtiterint auxilium conſilium / vel fauorem: ac etiam priuentur: ꝛ priuati eſſe intelligantur omni officio ꝛ beneficio cōmunis Aſiſij: Cui quidem reformationi in alio conſilio additum ꝛ per modum ꝛ viam ſollemnis reformationis decretum adiunctum atq; reformatum fuit q dicta iam edita reformatio vires habeat ꝛ comprehendere: Intelligatur etiam de preteritis pendentibus ꝛ futuris: Et q nullus officialis Ciuitatis Aſiſij ſub pena ꝛ ad penam Centum florenorum de facto eis ꝛ ab eis exigendorum tempore ſcindicatus eiuſdem: ꝛ camere Communis Aſiſij applicandorum / debeat facere aliquam executionem alicuius ſententie ferende In ſimilibus cauſis cognitis extra Ciuitatem Aſiſij intelligendo de primis: vel ſecundis cauſis vt ſupra: Niſi primo ꝛ ante omnia per talem in cuius fauorem talis executio peteretur / ſoluatur in Camera Communis Aſiſij, ꝛ ipſi communi applicandi pro decimo ꝛ ſub nomini decimi viginti quinq; ducati aurei. Et q per dominos Priores creentur vnus vel duo Ambaſſiatores, ꝛ deſtinentur Romam cum commiſſione eis facienda de ſupplicando. S. D. N. Pape reuocationem cōmiſſionum predictarum obtemptarum contra formam Capitulorum Cōmunis Aſiſij ſignatorum ꝛ obtemptorum a Sanctiſſimo Dño Noſtro Papa. Et q prelibati tales qui talia impetrauerint vel auxilium conſilium / vel fauorem quoquomodo preſtiterint, teneantur ad expenſas pro dictis oratoribus deſtinatis

dis faciendas: Et hoc eo caſu quo predicti nollent ab inceptis deſiſtere.

¶ Q Officiales cognoſcentes cauſas Cōmunis faciāt ius ſūmariū. Rub. 70.

Item Ad euitandum cauillationes ⁊ exceptiones procuratorum. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ de cetero omnes officiales cōmunis Ciuitatis Aſiſy; teneantur ⁊ debeant omnes cauſas cōmunis predicti agitandas coram ipſis, Ipſas cauſas ſimpliciter: ſūmarie ⁊ de plano ſine ſtrepitu ⁊ figura iuditij ſola facti veritate inſpecta: omni iuris ordine ⁊ ſollemnitate pretermiſſis; ferijs non obſtantibus cognoſcere: decidere: diffinire: ⁊ ſine debito terminare incontrarium non obſtantibus quibuſcunq̃. Et ad notitiam ipſoꝝ officialium debeat preſens reformatio ⁊ decretum inſeri ⁊ poni in volumine ſtatutꝰ. cōmunis dicte Ciuitatis.

¶ Q Nullus Procurator compareat in cauſa: quæ ſit. xxv. librarum denariorum infra. Rubrica. 71.

Item Occurrere volentes ⁊ ſalubriter prouidere indemnitatibus ⁊ pauperum perſonarum incōmodis: Et ne ex vna re modica fiat lix immortalis ⁊ perpetua, Statuerunt ⁊ ordinauerunt inuiolabiliter obſeruari: ꝙ de cetero nullus Procurator comparere poſſit in iudicio ꝓ aliqua perſona in aliqua cauſa ciuili que ſit de libris viginti quinq̃ deñ. infra/ſub pena librarū decem deñ. pro quoq̃ contrafaciente; ⁊ pro quaq̃ vice; quam exequi teneatur dominus Poteſtas ſiue eius collateralis ſubito ⁊ abſq̃ mora. Et ſi negligentes fuerint/cadant in eandem penam: que ſibi retineatur de ſalario ſuo.

Q Inſtrumenta mutui ⁊c. inter iudeos ⁊ ciues ſint caſſa ⁊ vana. Rub. 72.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ omnia ⁊ ſingula inſtrumenta mutui vel depoſiti aut emptionis grani, olei, vini, vel alterius rei mobilis facta ⁊ celebrata inter quoſcunq̃ Judeos vel Judeum habitantes vel qui habitauerint in dicta ciuitate Aſiſij ⁊ inter aliquem; vel aliquos: ciuem; vel ciues: comitatenſem: vel comitatenſes dicte ciuitatis ab Anno Domini Milleſimo tricenteſimo quadrageſimo octauo. Scilicet a Calendis mēſis octobris dicti Milleſimi retro ſint caſſa ⁊ vana, ⁊ nullius valoris: ⁊ executionem aliquā contra ciues; vel comitatenſes Aſiſij: vel aliquem eorum non mereantur: nec vigore ipſoꝝ vel alicuius ipſorum inſtrumentorum: Dicti Judei: vel aliquis eorum: aut ipſarum vel alicuius eoꝝ heredes; vel ius ceſſum habens: vel habentes ab ipſis: vel aliquo eorundem vigore dictorum inſtrumentoꝝ; vel alicuius eorum contra dictos ciues vel comitatenſes/vel aliquē ipſoꝝ: quantitatem; vel rem aliquam petere poſſint. vel poſſit. Et petens vel petentes non audiantur ab aliquo officiali ꝑdicti communis pena cuilibet officiali contrafacienti ducentarū librarum denariorum pro quolibet ⁊ qualibet vice. Et nihilominus proceſſus qui fieret nō valeat: nec teneat vllo iure. Et nihilominus etiam quilibet Judeus vel eius heres: ſiue ius ceſſum habens ab aliquo ipſoꝝ de aliquo dictorum inſtrumentorum petens aliquam executionem alicuius dictorum inſtrumentorum condemnetur pro quolibet ⁊ qualibet vice in duplo quantitatis; ſiue rei quam peteret: Cuius pene; tertia pars ſit cōmunis Aſiſij: ⁊ alia tertia pars ſit officialis ferentis ⁊ exequentis ſententiam; ⁊ alia tertia pars ſit illius contra quē dicti Judei: vel aliquis eorum peteret. Et preditta etiam locum habeant ⁊ intelligantur: ⁊ ſibi locum vendicent in Inſtrumentis factis inter ipſos Judeos: vel heredes: vel ſubceſſores alicuius defuncti: que inſtrumenta renouata eſſent ⁊ dependerent a dictis inſtrumentis factis a dicto tempore retro. Et ad probandum ꝙ ſint renouata ⁊ dependant in dictis Inſtrumentis factis a dicto tempore retro ſufficiat dictum ⁊ acteſtatio trium teſtium fidedignoꝝ qui teſtificentur ſe audiuiſſe a partibus ꝙ dicta inſtrumenta renouata ſunt ⁊ depēdant a dictis inſtrumentis factis a dicto Milleſimo Tricenteſimo quadrageſimo octauo a Kalendis menſis Octobris retro. Ita tamen ꝙ ſi aliqua inſtrumenta dictorum Judeorum vel alicuius eorum reperirentur condita ante dictum Milleſimum Tricenteſimum quadrageſimum octauum a Kalendis dicti menſis Octobris qui modo eſſent: vel penderent in litigio coraꝫ poteſtate: vel Capitaneo: vel eoꝝ Judic. Ciuitatis Aſiſij ſuper quibus proceſſuꝫ eſſet addationem tenute: Hec ordinamenta non preiudicent niſi ad medietatem tantum quantitatis contente in dicto tali inſtrumento vel inſtrumentis: Ita tamen ꝙ ſi principalis debitor vel debitores viuens: vel viuentes reperiantur ꝙ in eorum fauorem predicta non habeant locū: ſed in fauorem heredum ⁊ ſucceſſorem defunctorum.

¶ Q̄ inſtrumēta mutui inter iudeoſ ⁊c̄. q̄ trāſcenderunt quintū ānum. Rub. 73.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ omnia ⁊ ſingula inſtrumenta mutui depoſiti in pecunia vel emptionis grani: vini: olei, vel alterius rei mobilis facta: ⁊ celebrata inter dictos Judeos: vel Judeum ⁊ ciuem vel ciues: comitatenſem : vel comitatenſes Aſiſij a Calendis menſis Octobris Anni dñi Mill'. tricenteſimi quadrageſimi octaui citra: quę tranſcenderunt quintum annum: Siue in quibus tempus ⁊ terminus quinqꝫ annorum finierit ⁊ tranſierit a die celebrati contractus nullam mereantur executionem. Et predicta locum habeant tam in preteritis q̃ꝫ in futuris tranſacto quinto anno.

¶ Q̄ inſtrumenta mutui inter Judeos ⁊c̄. de quibus non eſſet petita executio non mereantur ⁊c̄. Rubrica. 74.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ nullum inſtrumentum vel promiſſio mutui depoſiti vel emptionis grani, vini, olei, vel alterius rei mobilis in futurum contrahendum inter dictos Judeos: vel Judeum: ⁊ ciues vel ciuem : aut comitatenſem vel comitatenſes Aſiſij: de quo vel quibus non eſſet petita executio infra quinqꝫ annos a die celebrati dicti contractus ⁊ proceſſum ſuper executione predicta vſqꝫ ad captionem tenute ex primo decreto adminus: vel ad captionem perſone ei licentia capiēdi perſonam: mereantur: vel mereatur aliquam executionem. Et nullus Judeus vel eius heres : vel ius ceſſum habens, vel habiturus ab eis vel aliquo eorum poſſit petere aliquam executionem alicuius dictorum talium inſtrumentorum poſt dictum quinquennium ad penam dupli quantitatis vel rei contente in dicto inſtrumento: quę pena diſtribuatur in tres partes: ⁊ ſoluatur ſicut ſuperius dictum eſt in precedenti capitulo. Et nihilominus officialis qui aliquam executionem fecerit contra formam predictam incurrat penam ducentarum librarum denariorum pro qualibet vice. Et dicto termino quinqꝫ annorum elapſo inſtrumenta predicta: vel aliquod eorum de quibus non eſſet petita: ⁊ facta executio vt dictum eſt, non valeant nec teneant: ⁊ ſint nulla ⁊ nullius valoris ⁊ efficatie ipſo iure. Et predicta locum habeant in filijs Judeorum etiam ſi eſſent impuberes. Et ꝙ dicti pupilli gaudere non poſſint beneficio reſtitutionis. Sed priuati intelligantur dicto beneficio aliquo non obſtante. Ac etiam prouidentes ⁊ decernentes ꝙ omnia inſtrumenta promiſſionum vel emptionū grani, vini, olei, vel alterius rei mobilis facta ⁊ celebrata inter aliquos Judeos de Aſiſio: vel aliunde: ⁊ aliquos ciues vel comitatentes Aſiſij cum ipſis Judeis de aliqua quātitate pecunie: vel re mobili intelligantur eſſe facta de quadruplo vltra veram ſortem: ⁊ executionem petere nō poſſint de dictis inſtrumentis: niſi ſolum modo de quarta parte ſūme in dicto tali Jnſtrumento contente : Ad hoc vt peſſimum fenus vſurarum a Chriſtianis non exigatur, Et ad tollendam omnem materiam fraudis ⁊ ſuſpicionis quę hactenus in predictis cōmicti poſſent Decreuerunt ꝙ ſi aliquis dictorum Judeorum, vel alius eorum nomine celebraret aliquod inſtrumentum cum aliquo de Aſiſio : vel eius comitatu in quo apponeretur maior quantitas q̃ꝫ vere ſoluta fuerit in fraudeꝫ predictorum ꝙ dictum inſtrumentum intelligatur ⁊ ſit ipſo iure nullum ⁊ nullius roboris ⁊ nullam mereatur executionem. Et nihilominus dictus Judeus incidat in penam ducentarum libraꝝ denarioꝝ camere cōmunis Aſiſij applicandaꝝ.

¶ Q̄ ſi aliquis Judeus vel eius heres ⁊c̄. Rubrica. 75.

ITem Statuerūt ⁊ ordinauerunt ꝙ aliquis Judeus vel eius heres, vel ius ceſſum habens ab ipſis Judeis, vel aliquo ipſorum: peteret in poſterum vel petijſſet hinc retro a Milleſimo tricenteſſimo quadrageſimo octauo, a Calendis menſis Octobris dicti Mill'. aliquod debitum: vel aliquam quātitatem ſolutum vel ſolutam de cuius ſolutione appareat per publicum inſtrumentum refutationis: liberationis abſolutionis: vel pacti de non petendo: ſiue per tres fidedignos teſtes qui teſtificentur de viſu ꝙ talis Judeus vel eius heres petens vel qui petijſſet: vel ius cederet : vel ceſſiſſet cogat' ⁊ cogi debeat ſūmarie: ⁊ de facto ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij per Poteſtatem ⁊ Capitaneum Ciuitatis Aſiſij vel ipſoꝝ officialis: vel aliquem ipſorum coram quo petitum fuerit in perſona ⁊ rebus ad dandum: reddendum ⁊ reſtituendū dicto tali vel talibus a quo vel quibus debitum ſolutum peteret vel petijſſet duplum quantitatis quam peteret vel petijſſet : ⁊ ad predictum duplum ſoluendum predicti Poteſtas : ⁊ Capitaneus coram quo petitum fuerit cogāt: ⁊ cogere debeant dictos Judeos / vel heredes, ⁊ ſucceſſores, ⁊ debitores eorum omni iuris ſollemnitate obmiſſa pena, Officiali contrafacienti ducentarum librarum denariorum

pro qualibet vice. Et nihilominus talis Judeus vel eius heredes petentes condemnentur di centum libris denariorum cõmuni predicto: Et ceſſionarius condemnetur in decem libris denariorũ pro quolibet ⁊ qualibet vice. Et ſi apparet ꝙ aliquis ciuis vel comitatenſis Aſiſij moleſtaretur ab aliquo Judeo: vel ceſſionario extra curias ciuitatis Aſiſij pretextu alicuius debiti contracti cum aliquo Judeo/vel excepſſione facta/per aliquem Judeum/vel aliter/cõdemnetur talis Judeus moleſtans vel qui ius ceſſiſſet in quingentis libris denariorum pro qualibet vice.

¶ De laboritijs ꝙ habentes terras ad laboritium non trahant nec bactant bladum ſine licentia locatoris. Rubrica. 76.

Quicunqȝ habet, vel habuerit podere ⁊ terras ad laboritiũ ab aliqua perſona. Statuerũt ⁊ ordinauerunt ꝙ non trahat nec bactat bladũ ipſarum terrarum ſine licentia locatoris vel eo requiſito. Et ſi laborator fuerit requiſitus a locatore ꝙ debeat bladum quod habet cum eo trahere ⁊ bactere ipſe laborator infra octo dies poſt requiſitionem ſibi factam deinde bladum extrahere ⁊ bactere debeat ſicut placuerit locatori. Si autem laborator malitioſe deferret metere trahere vel bactere dictum bladum poſt requiſitionem ſibi factam a locatore poſſit locator libere dictum bladum trahere ⁊ bactere ſine pena: Et ſi laborator contra predicta/vel aliquod predictorum venerit vel fecerit condemnetur cõmuni in decem libris denariorum cuius banni medietas ſit cõmunis ⁊ alia accuſatoris ⁊ emendet omne damnum ⁊ expenſas: quod ⁊ quas locator ſubſtinuerit dicta occaſione: Et credatur de damno ⁊ expenſis ſacramẽto locatoris de nouo pſtando cũ dicto duoꝝ teſtium idoneorum de credulitate. Et hec omnia ſupradicta intelligãtur tam de vineis ꝙ̃ de terris. Teneatur etiam laborator ſi locatori placuerit bladum predictum diuidere ad couum in campo quo ſteterit: ⁊ dare electam locatori ad accipiendum partem quã voluerit. Et teneatur laborator ſeminare in terra bladũ quod placuerit locatori: ⁊ non aliud bladum ad penam predictam. Teneatur etiam laborator metere ⁊ bactere bladum terraꝝ quas habuerit ad laboritium anteꝙ̃ ſuum proprium: quod ſi nõ fecerit ſoluat dictum bannum: ⁊ emendet locatori damnum ⁊ intereſſe quod ſuſtinuerit dicta de cauſa. Et debeat ⁊ teneatur ipſe laborator finito tempore laboricij poſſeſſionis ſiue rei quam ad laboricium ſiue coptumum conduxerit reaſſignare eidem locatori: ⁊ eam libere relaxare. Eidem dixerunt de domibus que dantur ad penſionem: ⁊ qui contrafecerit condemnetur in vigintiquinqȝ libris deñ. Teneatur etiam ipſe laborator: ⁊ eius heredes ſeruare omnia pacta ⁊ conuentiones in inſtrumento locationis appoſita, ⁊ habita inter eoſdem locatorem ⁊ laboratorem ad penam in inſtrumento contentam: Si vero non appareat in inſtrumento intellectoꝝ ad penam vigintiquinqȝ lib. deñ. Et ſi conductor fecerit contra inita inter locatorem ⁊ ipſum cõductorem vel laboratorem, ⁊ queſtio eſſet coram aliquo officiale ciuitatis Aſiſij: ⁊ de dictis pactis conſtiterit per inſtrumentum vel teſtes ꝙ tunc conductor/vel laborator debeat infra octo dies probare legitime ꝙ reſeruauit ipſa pacta: Et ſi non probauerit teneatur ad penam in inſtrumento contentã vel per teſtes probatam ⁊ ad reſtitutionem expenſarum: Si vero locator rem locatam vendiderit in totum vel in partem teneatur laborator vel cõductor de ipſa re reſpondere emptori/ſi venditor non reſeruauerit: ⁊ ſi reſeruauerit; pro eo tempore quo reſeruauerit teneatur reſpondere locatori. Si autem venditor nihil ſibi reſeruauerit in venditione: teneatur laborator reſpondere de re vendita emptori. Et locator non poſſit aliquid petere laboratori nec ipſum laboratorem poſſit vel debeat locator vel alius pro eo moleſtare vllo modo occaſione predicta. Et quicunqȝ laborator/vel conductor negauerit rem locatam fuiſſe: ⁊ fuerit conuictus puniatur tãꝙ̃ falſarius p Poteſtatem vel Capitaneum. Et ſi locator vendiderit/donauerit permutauerit/in dotem conceſſerit: dederit ad coptumũ vel quocũqȝ modo alienauerit: vel in alium tranſtulerit alicui rem locatam / vel ad coptumum conceſſam ſemper intelligãtur auctoritate preſentis ſtatuti iura laboratoris: vel coptumatoris eſſe exceptuata pro vno anno a die venditionis/vel alienationis/ſiue dictum fuerit in Inſtrumẽto/ſiue nõ/ita ⁊ taliter ꝙ vẽditor ab emptore nõ poſſit p fructibus dicte terre vẽdite de parte laboratoris ſeu coptumatoris iure laboritijs ſine coptumi dicti ãni reſeruati ⁊ exceptuati ſupius cõtẽcti in aliquo moleſtari turbari ſeu ingetari: Et idẽ dixerũt in locationibus domoꝝ. Et in omni alio contractu ſimili ad pdicta: In qbus locationibus domoꝝ intelligatur

telligatur reſeruatum ſue conductoꝝ pro duobus menſibus: ⁊ non vltra: Et ſi laborator vẽdiderit, ſibi rem locatam: ſeu alienauerit: vel priuauerit locatorem poſſeſſionis rei conducte inducentis libris deñ. condemnetur dicto cõmuni: ⁊ domino ſeu locatori emendet ⁊ reſtituat damnum ⁊ intereſſe. Et quantocunq; tempore conductor: ſiue caſalengus vel laborator habuerit terras ⁊ poſſeſſiones ad laboritium ſeu coptumum tenuerit, vel domum ad penſionem: non preſcribat locatori, quin ad omnia ſupradicta ipſe locator ſeu conductor inuiolabiliter teneatur. Hoc addito ꝙ quicunq; cõduxerit: vel ad laboritiũ acceperit aliquã poſſeſſionem: vel domum ad penſionem: non poſſit ipſam domum vel poſſeſſionem alicui locare vel ad laboritium dare in totum vel in partem: ſine licentia primi locatoris: ⁊ ſi contrafecerit locatio per ipſum facta non teneat. Et nihilominus condemnetur in viginti libris deñ. p Poteſtatem: vel Capitaneum: Et ꝙ omnes ⁊ ſinguli laboratores qui laborauerint aliquã poſſeſſionẽ alicuius ciuis Ciuitatis Aſiſij ſub Anno dñi Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo citra/teneantur ⁊ debeant ipſas poſſeſſiones colere ⁊ laborare ad vſum boni: ⁊ legalis laboratoris ſi placuerit domino rei vſq; ad quinq; annos proxime ſecuturos a die locationis: ⁊ de ipſis poſſeſſionibus domino rei reſpondere: ⁊ ad domum eius partem ſibi cõtingentem de fructibus percipiendis portare ſuis expenſis ſecundum conſuetudinem dictę contrate in qua poſita eſt poſſeſſio, quę conſuetudo adminus intelligatur medietas fructuum pena quinquaginta libraꝝ deñ. Et nihilominus Poteſtas ⁊ Capitaneus ⁊ eoꝝ officiales vinculo iuramenti: ⁊ ad penam vigintiquinq; libraꝝ deñ. de ipſoꝝ ſalario teneantur, ⁊ debeant ad petitionem talis domini rei probantis dictum laboratorem laboraſſe dictam poſſeſſionem: vel poſſeſſionis aliquo dicti temporis ſpatio ad ſatiſfaciendum eidem domino. Et ſatiſfaciat ipſi domino cum effectu de parte predicta ſũmarie ⁊ de facto ſine ſtrepitu ⁊ figura iuditij cogat dictuꝫ talem laboratorem realiter ⁊ perſonaliter ad obſeruationem predictorum. Et hoc non intelligatur de terris montis Subaſij.

¶ De coptumis, ⁊ Laborijs. Rub. 77.

ITem Pro ſtatu ⁊ augumentatione Populi ⁊ hominum Ciuitatis Aſiſij: ⁊ eius comitatus ⁊ ne ſit fames propter quam ſolet bonus ſtatus turbari: ⁊ vt ſit habundantia victualium in dicta Ciuitate ⁊ comitatu Aſiſij, ⁊ ne poſſeſſiones hominum ciuitat. Aſiſij remaneant inculte: ⁊ propter hoc non eſt decens vt coloni ⁊ laboratores poſſint pro libito voluntatis poſſeſſiones terras ⁊ laboritia quę hinc retro laborauerint in ciuitate ⁊ comitatu Aſiſij hominum ⁊ perſonaꝝ dictę ciuitatis, tenuere, ⁊ reaſſignare dominis ⁊ perſonis quorum ſunt poſſeſſiones quas laborauerunt: Prouiderunt ⁊ ordinauerũt ⁊ hac lege preſenti firmauerunt ꝙ omnes ⁊ ſinguli laboratores ⁊ filij ipſorum maſchuli, ⁊ eoꝝ heredes ⁊ cuiuſq; ipſoꝝ qui laborauerunt vel laborabunt in futuꝝ aliquas poſſeſſiones ⁊ terras ſitas in ciuitate ⁊ comitatu Aſiſij in quibuſcũq; lateribus ⁊ confinibus: vel ad laboritium: vel ad coptumum habuerunt vel habebunt ab aliqua pſona ciuitatis vel comitatus Aſiſij teneantur ⁊ debeant ipſas poſſeſſiones laborare ad vſum boni ⁊ legalis laboratoris congruis ⁊ debitis temporibus: videlicet quinq; vicibus ad minus cum ſemine per tempus ⁊ tempora trium annoꝝ tunc proxime futuroꝝ a die conducti laboritij. Saluo ꝙ inter ipſos laboratores ⁊ locatores non eſſet minus vel maius tempus appoſitum in Inſtrumento inter ipſos condito, ꝙ tunc pacta in dictis Inſtrumentis contencta ſeruentur. Et medietatem fructuum recolligendoꝝ in dictis poſſeſſionibus ſiue terris, vel partem conuentam inter locatores, ⁊ cõductores p tempora exiſtentibus ad domũ domini poſſeſſionis, vel rei, ſiue poſſeſſionum, vel reꝝ integraliter portare teneantur: omnibus ipſoꝝ conductoꝝ ſumptibus ⁊ ⁊ expenſis. Et ita ⁊ taliter dicti laboratores, vel cõductores, ſeu coptumatores dictaꝝ poſſeſſionum terraꝝ, vel rerum: ⁊ eoꝝ heredes, ſiue filij maſchuli ſe habeant diligẽter in metendo, trahendo: ⁊ hactendo frumentum/vel bladum in dictis poſſeſſionibus: vel aliqua ipſaꝝ recolligendum vt partem contingentem locatori vſq; ad ſanctam Mariam de menſe Auguſti dicto locatori debeant actualiter conſignaſſe ⁊ reportaſſe ſub pena ⁊ ad penam viginti quinq; lib. deñ. pro quolibet colono: vel laboratore ſeu coptumatore cõtrafaciente ⁊ qualibet vice qua contrafecerint. Et ſi dicti laboratores/coptumatores: vel conductores non laborauerint: vel recuſauerint laborare poſſeſſiones terras: ⁊ vineas quas ad laboritium habuerint: vel ad coptumum conduxerint ꝙ talis nõ laborans/vel recuſans laborare vt ſupra: incidat in penam quinquaginta lib. deñ. pro qualibet vice: ⁊ qualibet poſſeſſione: vel petia

terrę quam non laborauerit:vel recuſauerit laborare. Et nihilominus dictus talis colonus recuſans:vel non laborans teneatur ⁊ debeat ad penam ⁊ intereſſe domino poſſeſſionis:vel poſſeſſionem ⁊ rerum:ſiue locatori:totaliter reſarcire ⁊ integraliter ſatiſfacere:De quo dāno ⁊ intereſſe ſtetur ſacramento domini rei:vel locatoris : vel poſſeſſionis ſiue poſſeſſionum vſqꝫ in quātitatē l. lib. deñ. quod iuramentum in iudicio factum, ⁊ parte citata pro plena probatione habeatur : Et Poteſtas ⁊ Capitaneus:⁊ eoꝝ ⁊ cuiuſqꝫ ipſoꝝ iudices ⁊ officiales qui modo ſunt vel per tempora fuerint teneantur ⁊ debeant vinculo iuramenti:⁊ pena centum lib. deñ. de eoꝝ ſalario predicta ⁊ quodlibet predictoꝝ facere obſeruare ⁊ obſeruari facere ⁊ executioni mandare ad petitionē cuiuſcūqꝫ petentis:⁊ finire ⁊ terminare quācūqꝫ queſtionem coram eis, vel aliquo eoꝝ occurrentem ſuper predictis : vel aliquo predictoruꝫ ſūmarie ⁊ de plano ſine libelli oblatione/vel alia ſcriptura vel ſentētia ⁊ ſine ſalario aliquo: ⁊ penas exigere infra decem dieꝝ ſpacium poſtqꝫ fuerit coram eis:vel altero ipſoꝝ officialium propoſita querela:non obſtantibus quibuſcunqꝫ diebus feriatis. Et de omni eo quod predicti officiales:vel aliquis eoꝝ de predictis venire fecerint in cōmuni habeat dictus talis officialis quartam partem eius quod effectualiter venire fecerit in cōmuni / ſtatuto aliquo in contrarium diſponente non obſtante. Et predictum ordinamentum ⁊ prouiſio pro ſtatu cōmunis ⁊ populi dicte ciuitatis debeat inuiolabiliter obſeruari, ⁊ nulla exceptio poſſit opponi per aliquē contra predicta. Et opponens non audiatur ⁊ incidat in penam p̄dictā.

¶ Ꝙ nulla Mulier quę acceperit ad filandum lanam bambagiuꝫ ⁊c̄. poſſit vendere alicui alij. Rubrica. 78.

AD Conſeruationē artis lanariorum:⁊ guarnellariorum . Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ nulla Mulier ſeu aliqua perſona ciuitatis vel comitatus Aſiſij : vel aliunde quę acciperet ab aliqua perſona lanam vel bambagium ad filandum:ſeu etiam ad teſſendum:vel aliter quocunqꝫ modo aliquam generationem lane:bambagij:panni lini/vel lane, guarnelli:ſeu accie lini:canape, vel lane quę daretur ad laborandum/ſeu ad tingendū poſſit nec debeat lanam, bambagium:acciam:pānum ſeu guarnellos alicui alij vendere alienare, ſeu pignerare accipiens, nec aliquis poſſit ipſam lanam, bambagium, guarnellos, acciam, Seu pānum emere In pignus accipere, nec in tenutam capere.Et ſi quis contrafecerit talis alienator, ſeu venditor pignerator:⁊ emptor ſub pignore accipiens , ⁊ in tenutam capiens condemnetur pro qualibet vice contrafaciens in centum ſolidis denariorum qui deueniant in cōmuni : Et nihilominus talis alienatio:captio, venditio, pignoratio, ſeu tenuta ſit ipſo iure nulla ⁊ irritta ⁊ nullius valoris . Et ille qui aliquam predictaꝝ rerū emeret:ſeu pignoraret:vel acciperet contra predictam formam per Capitaneum ⁊ eius curiam cogatur reddere ⁊ reſtituere illi cuius eſſet ſine aliquo denario ſūmarie ⁊ de facto. Voluerunt inſuper ⁊ firmauerunt ꝙ quelibet Mulier quę acciperet bambagiū ſeu lanam ab aliquo merchatore ſeu lanario ⁊ non reſtituerit, tali merchatori:ſeu lanario predictam lanam vel bambagium ꝙ ad petitionem talis merchatoris:ſeu lanaioli poſſit ⁊ debeat talis Mulier predicta non reſtituens capi ⁊ detineri donec lanam:ſeu bambagium : quod vel quam acceperit reſtituerit merchatori predicto , Primo recepta fide per vnuꝫ teſtem Idoneuꝫ cū ſuo iuramento:non obſtante aliquo ſtatuto:ſupra vel infra poſito in contrariū loquēte.

¶ Ꝙ ſapientes cōmunis teneanť dictare libellum cū vellet dare cōtra Poteſtatem . Rubrica. 79.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ Sapientes Cōmunis Aſiſij qui pro tempore erunt teneantur ⁊ debeant ad penam quinquaginta librarum denarioꝝ; ⁊ ad intereſſe parti dictare quemlibet libellum : ⁊ petionem cuilibet qui vellet ipſum dare contra Poteſtateꝫ:vel capitaneum dicte ciuitatis:vel eorum officiales ⁊ familiares:⁊ quemlibet ipſoruꝫ : Et quilibet Notarius dictę Ciuitatis de ciuitate vel comitatu Aſiſij qui petitus fuerit teneatur ⁊ debeat ad penam vigintiquinqꝫ lib. deñ. Intereſſe parti, ⁊ ſcribere dictuꝫ talem libellum, vel petitionem ⁊ habeant dicti Sapientes pro quolibet libello viginti ſolidos denarioꝝ. Et Notarius qui ſcripſerit quinqꝫ ſol. deñ . Et quod ſcindicus cōmunis poſſit ⁊ debeat ſcindicare dictos ſapientes:⁊ Notarios de predictis ⁊ audire querelantes de dictis ſapientibus ⁊ notariis punire, ⁊ condemnare quemlibet culpabileꝫ In predictis vel aliq̄d predictoꝝ In penis ſuperius denotatis . Et q̄d Domini Priores populi, ciuitatis Aſiſij ad penam centū lib. deñ. pro quolibet ipſoꝝ nō poſſint nec debeant ſe intro-

mictere in ſcindicatu alicuius predictorum: vel impedire aliquem qui vellet aliquam petitionem/ vel libellum dare tempore dicti Scindicatus. Et ꝙ nullus de ſapientibus communis qui pro tempore fuerit poſſit vel debeat ſe abſentare a Ciuitate Aſiſÿ tempore ſcindicatus alicuius predictorum ad penam quinquaginta librarum deñ. niſi de licentia omnium priorum populi in concordia qui pro tempore fuerint.

¶ Ꝙ tunc fiat ius Ciue contra Foreuſem. Rubrica. 80.

ITem Statuerunt ꝛ ordinauerunt ꝙ ſi contingat aliquem ciuem: vel comitatenſem Aſiſÿ habere, vel acquirere aliquod ius: vel actionem contra aliquem forenſem: vel vniuerſitatem: ꝛ dictus ciues vel comitatenſis dictæ ciuitatis poneret querelam de tali forenſe vniuerſitate/ ciuitate caſtro: ſeu loco vnde talis forenſis eſſet: ꝛ oſtendiſſet de iure talis ciuis: vel comitatenſis coram officiale ſeu officialibus Ciuitatis terrę, caſtri: ſeu loci dicti forenſis vel vniuerſitatis. Et ipſi ciui: vel comitatenſi Aſiſienſi retardaretur executio eius quod de iure recipere deberet ꝛ teneretur a tali forenſe: vel vniuerſitate: ꝙ Poteſtas ꝛ Capitaneus ciuitatis Aſiſÿ, vel alter ipſorum ꝛ eorum: ꝛ cuiuſqꝫ ipſoꝝ officiales cõtra talem forenſem: ꝛ vniuerſitatem ꝛ homines ipſas poſſint teneantur ꝛ debeãt recepta fide a tali ciue vel comitatenſe de iure ipſius ciuis vel comitatenſis: ꝛ reclamatione ſiue petitione facta contra talem forenſem: ſeu vniuerſitatem per acta ꝛ documẽta publice procedere contra talem forenſem ſeu vniuerſitatem factis bãnimentis ꝛ citationibus in platea communis vel ad feneſtram palacÿ ipſorum: vel in ſchalis portici palacÿ domini Poteſtatis ad captionem ꝛ detentionem talis forenſis: ꝛ hominum vniuerſitatis ipſius: ꝛ etiam in rebus quas haberet in dicta ciuitate Aſiſÿ: vel diſtrictu: ꝛ de his tenutam ꝛ poſſeſſionez inmictere: ꝛ immicti facere in compenſat. dictorum debitorum: vſqꝫ ad ſatiſfationem condignam. Et vbi talis forenſis/ ſeu vniuerſitas non haberet bona in dicta ciuitate Aſiſÿ / vel diſtrictu: ꝛ Juſtitia non fuerit ſeruata tali creditori in locho vnde fuerit talis debitor: ꝙ tunc ꝛ eo caſu per dictos officiales concedatur tenuta de bonis etiam aliorum qui eſſent etiam de tali loco quę haberent in dicta ciuitate Aſiſÿ: ꝛ diſtrictu modo predicto: non obſtante: ꝙ per dictũ ciuem ſiue comitatenſem: Aſiſinatem fuiſſet: facta reclamatio ſeu querela interea talis forenſis. Et predicti Poteſtas ꝛ Capitaneus, ꝛ quilibet ipſoꝝ teneantur ꝛ debeant predicta executioni mandare ad petitionem talis conquerentis ad penam centum lib. deñ pro quolibet ipſorum: Et de his debeant ſpecialiter Scindicari: lege conſuetudine. Statutis: vel ordinamentis incontrarium loquentibus non obſtãtibus: ꝛ quicunqꝫ de ciuitate vel comitatu Aſiſÿ eſſet exbannitus de ciuitate vel terra in qua aliquam haberet obligationem cum vniuerſitate dictę terrę: ꝙ tunc dictus exponens querimoniam poſſit dictum ſuum debitorem: vel vniuerſitatem in curia cõmunis Aſiſÿ conuenire. Statuto aliquo ſupra/ vel infra poſito non obſtante: ꝛ non obſtante ꝙ de dicto ſuo debitore vel vniuerſitate non expoſuerit querelam.

¶ Ꝙ nullus de Aſiſio ſit procurator officialium tempore ſindicatus. Rub. 81.

Item Quia procuratores ſepe ſolent prebere cauſam proſtractorum dictarum cauſarum ꝛ vt eis ab ociffitalibus opituletur in predictis ſolent tempore ſcindicatus ſe efficere ipſoꝝ officialium procuratores vt videantur poſſe officialibus prodeſſe ꝛ obeſſe. Prouiderunt ꝛ ordinauerunt, ꝙ nullus de Aſiſio vel eius comitatu tempore ſcindicatus officialium/ audeat vel preſumat procuratorem eſſe: ſeu Inſtrumentũ procurationis aſſummere pro aliquo officiali pena vigintiquinqꝫ lib. deñ. pro quolibet, ꝛ vicequalibet: In quibus contrafaciens debeat condemnari ꝛ puniri: Et nihilominus ſcindicatores dictorum officialium neminem ciuem incolam vel diſtrictualem dicte ciuitatis vt procuratorem ſeu defenſorem aliquorum officialium foreſium debeant audire ſub pena vigintiquinqꝫ lib. deñ ꝓ quolibet ſcindicatore contrafaciente ei defacto auferenda per quemlibet officialem dicti communis: ꝛ camere cõmunis Aſiſÿ applicetur. Et nihilominus omnis proceſſus cum tali vt procuratore alicuius officialis habito in dicto ſcindicatu ſit ipſo iure nullus.

¶ Ꝙ nullus Noterius non oriundus de Aſiſio poſſit ſe rogare de aliqua ſcriptura. Rubrica. 82.

ITem Statuerunt ꝛ ordinauerunt ꝙ nullus Notarius qui non ſit oriundus de Ciuitate Aſiſÿ vel eius comitatu: ꝛ deſcriptus ꝛ approbatus in matricula: ꝛ conſortio Notariorum dictę Ciuitatis/ poſſit nec valeat ſe rogare de aliqua ſcriptura publica vel de aliquo inſtrumento: ſiue de teſtamento aliquo: vel aliqualiter ſe rogare de

aliquibus ſcripturis in dicta Ciuitate Aſiſij: vel eius comitatu, ſub pena ⁊ ad penam Centū
floreñ. auri applicandorum camere apoſtolice dicte ciuitatis. Et nihilominus talis rogitus
vel ſcriptura facta, vel fienda non valeat nec teneat ipſo iure: ⁊ hoc ne ciues ⁊ comitatenſes
dictę ciuitatis ſiue habitatores ⁊ incole cogantur ire ꝑ eoꝝ ſcripturis extra dictū territoriū.

Q: qui ſentit ſe grauatum ab aliqua ſententia fiat appellatio ad alium officialem. Rubrica. 83.

ITem Prouiderunt ⁊ ordinauerunt ꝙ deinceps pro quocūqꝫ tempore futuro
duraturo: ſi aliqua pſona ſentiret ſe grauatū ab aliqua ſentētia lata: vel q̄
ferretur in aliqua ciuili cauſa tam per preſentem dominū Poteſtatem Ciuitatis Aſiſij: vel
per ſuum collateralem: vel alium ſuum officialem. Et vellet a dicta ſententia appellare talis
appellatio fiat ⁊ inter poni debeat ad alium Poteſtatem ſucceſſorem ipſius preſentis Poteſtatis:
vel ad ſuum collateralem ⁊ per ipſum ſucceſſorem collateralē cognoſci debeat de
huiuſmodi appellatione: quæ ſic facta ⁊ interpoſita fuerit. Et ſic ſucceſſiue predicta de Poteſtate
in poteſtatem: de collaterali in collateralem dicte Ciuitatis Aſiſij pro futuris temporibus
fiant ⁊ obſeruentur aliquo non obſtante.

Q: nemo audeat appellari ab aliqua ſententia ⁊c. Rubrica. 84.

ITem Prouiderunt ⁊ ordinauerunt ꝙ nemo ab aliqua interlocutoria ſententia:
vel pronunciatione audeat, vel preſūmat modo aliquo appellare: etiā
ſi de iure ciuili: vel canonico appellatio eiuſmodi permictatur. Sed ſi tale eſſet grauamen ꝙ
non poſſet reparari tempore appellationis interponende a diffinitiua: ⁊ per ipſam appellationem
ꝙ tunc ⁊ eo caſu poſſit: ⁊ licitum ſit tale grauamen deduci. Et intelligatur reſeruatū
in appellatione quę fieret: vel fieri deberet ⁊ poſſet tēpore appellationis a diffinitiua in eadem
cauſa lata. Et per iudicē appellat. de tali grauamine cognoſci ⁊ emendari poſſit. A diffinitiua
vero: vel habente vim diffinitiue: ſi quis appellauerit / ⁊ poſtea in cauſa appellatiōis
ſuccubuerit vltra debitum ⁊ expenſarum refectionem parti obtinenti cōdemnetur per Poteſtatem
vel Iudicem ad quem: in quinqꝫ ſolidis deñ pro qualibet libra totius quantitatis
in petitione vel Inſtrumento aut alia ſcriptura contentis: de quibus appellans teneatur infra
decem dies a die interpoſite apppellationis coram iudice ad quem facere depoſitum penes
maſſarium cōmunis Aſiſij: ⁊ de ipſo depoſito apparere debeat publicum inſtrumentum
manu publici Notarij. Alias non audiatur appellans: ⁊ iudex audiens incidat in penam
vigintiquinqꝫ lib. deñ. Et quicquid factum fuerit in fauorem appellantis non valeat, nec teneat
ipſo iure.

Q: qui ſentit ſe grauatum ab aliqua ſententia diffinitiua poſſit appellare vt infra. Rubrica. 85.

ATtendentes Q: illud iudicium recta dicitur veritate fulciri quod plurimoꝝ
ſententia comprobatur. Statuerunt ⁊ ordinauerunt
ꝙ quilibet qui ſentiret ſe grauatū / vel grauari poſſe ab aliqua diffinitiua ſententia poſſit
⁊ ſibi liceat viua voce tempore late ſententię: ⁊ per totam illam diem ⁊ poſtq̄ꝫ Iudex receſſerit
a bancho appellare. Poſtea vero poſſit ⁊ debeat in ſcriptis infra decem dies a die
late ſententie. Et per totam illam diem ⁊ ipſius ſcientie numerandos appellare. Quas appellationes
viua voce vel in ſcriptis factas appellans teneatur introduce coram Iudice appellationum
infra quinqꝫ dies a die aduentus Iudicis ad quem appellatur, ⁊ tempore introductionis
predictę teneatur citari facere partem appellatam ad proſequendum cauſam
appellationis quę citatio fieri poſſit per quemcūqꝫ Baiulum ſiue preceptorem cuſtodie cōmunis
Aſiſij: Sine aliqua Iudicis cōmiſſione: cuius relationi credatur vel publico Inſtrumento
inde confecto. Et ſi pars voluerit per procuratorem comparere: producere teneatur
Inſtrumentum ſue procurationis in publicam formam, niſi fuerit in propria cauſa legitimatus:
Quod ſi non fuerit factum / poſſit Iudex appellationis procedere parte non citata,
Quibus citationibus ⁊ introductione factis ſiue pars citata comparuerit vel non: Iudex
det terminum vtriqꝫ parti ad iuſtificandum ⁊ impugnandum hinc inde, ⁊ ad probandum
quicquid partes probare voluerit octo dierum. Et ſi pars citata non comparuiſſet:
tunc pars teneatur notificari facere ſibi vel eius procuratori per litteras ipſius Iudicis, quę
notificatio non requiratur: ſi pars fuerit perſonaliter citata infra quos octo dies tam pars
appellans q̄ꝫ appellata teneatur opponere ⁊ allegare: ⁊ probare de Iure ſuo tam ꝑ teſtes

q̃ per inſtrumenta, ⁊ per omne genus probationum parte in proprio termino non comparente publicetur proceſſus: ⁊ demum detur terminus vtriq; parti ad accipiendum copiam productorum ⁊ actitatorum in cauſa/⁊ opponendum contra quinq; dierum. Et ſi iudici viſum fuerit opportunum: det poſtea terminum ad probandum except. quinq; dierum proxime futurorum. Poſt quem terminum non audiatur aliqua ipſarum partium ad aliquas alias probationes faciendas: nec per productionem inſtrumentorum de nouo non repertorum: Sed intelligatur In cauſa concluſum ⁊ probationibus renunciatũ. Poſtq; Judex faciat citari vel moneri partes in primo termino cõparentes: vel ipſe citet/vel moneat quatenus infra tres dies veniant coram dicto domino Judice ad dicendum ⁊ allegandum de ipſarum Juribus quicquid dicere allegare ⁊ monſtrare voluerint: Quo termino elapſo Judex videat ⁊ examinet acta: ⁊ actitata coram ipſo ⁊ producta: ⁊ cauſam appellationis per ſuam ſententiam diffiniat: prout iuſtitię merita ſuadebunt. Et ita ⁊ taliter partes ⁊ iudex ſe habeant diligenter vt dictam cauſam Judex determinet infra quatraginta dies continuos: a die introductę appellatiõis coram iudice ad quem appellatur numerandos: quod tempus quatraginta dierum, nullactenus augeri: vel prorogari poſſit per Judicem niſi propter abſentiam vel iuſtum impedimentum ipſius Judicis: vel partiu3/vel niſi prorogatio facta fuerit de ipſarum partium voluntate: Quod ſi pars appellans tam in appellando q̃ introducendo non ſeruauerit tempora ſupraſcripta/appellatio intelligatur eſſe deſerta. Et Idem poſtq̃ fuerit elapſus terminus ad dicendum monſtrandum ⁊ allegandum ſupraſcripta/ſaltim bis non fuerit Judici appellationum proteſtatum: ꝙ cauſam debeat per ſententiam terminare: de qua proteſtatione/Rogare debeat Notarium Judicis appellationum ſi haberi poteſt, alias alium notarium rogare poſſit: Et hoc locum habere voluerunt quando per Judicem infra dictum terminum quatraginta dierum continuorum cauſa non eſſet terminata. Si autem eſſet terminata infra dictum terminum: tunc licet non fuerit per partem Judici proteſtatum ꝙ cauſam debeat terminare: Ex hoc deſertionem cauſe induci noluerunt. Et idem ſi pars fuerit negligens in ponẽdo cauſam indiffinitiõis ſiue poni faciẽdo infra dictos quatraginta dies per dationem terminorum predictorum: quos terminos predictos ad iuſtificandum ⁊ impugnandum/⁊ accipiendum copiam productorum ⁊ actitatoꝝ: ⁊ ad opponendum contra: ⁊ probandum except.: ⁊ ad dicendum/moſtrandum/⁊ allegandum de eorum iuribus, iudex poſſit breuiare ⁊ arctare: ⁊ longiores conſtituere ⁊ prorogare: vt merita cauſarum exigent: ⁊ requirent.

¶ Ꝙ nullus qui fuerit ſponte confeſſus in cauſa ciuili audiatur appellans. Rub. 86.

STatuerunt Et ordinauerunt ꝙ nullus in cauſa ciuili in qua fuerit ſponte confeſſus audiatur appellans: nec poſſit appellari ab aliqua mera facti executione: niſi excederetur modus in exequendo. Et tunc nihilominus non retardetur ſi poſſet per iudicem appellationum reparari. Nec abſolutionibus tributorum vel collectarum ſiue gabellarum fiendarum cõmunis vel alijs pro eo: nec ab alijs caſibus: in quibus de iure ciuili a diffinitiua non permictitur appellatio: in quibus caſibu3 appellatio nullatenus admictatur. Et iudex ad vlteriora procedat ac ſi nullatenus eſſet appellatum. Et ꝙ in cauſis ciuilibus modice quantitatis/vel in quibus poteſt ſummarie procedi non poſſit appellari ab aliqua interlocutoria cuius grauamen non poſſet reparari per appellationem a diffinitiua/quo caſu liceat appellare/Sed eo caſu quo non poteſt ab interlocutoria appellari in appellatione quę fieret a diffinitiua in eadem cauſa lata poſſit deduci omne grauamen ipſius interlocutorie/⁊ per iudicem emendari. Et modica quantitas intelligatur a decem libris infra.

¶ Ꝙ a ſententia appellationis ſuper appellatione interpoſita non liceat vlterius appellare. Rubrica. 87.

FInem Debitum litibus imponere cupientes. Statuerunt ⁊ ordinauerunt: ꝙ a ſententia lata per iudicem appellationis ſuper appellatione interpoſita/vel facta aquacunq; ſententia interlocutoria/vel diffinitiua non liceat vlterius appellare, nec aliqualiter reclamare ſeu de nullitate dici quando ſententia iudicis appellationis concordat cum prima a qua fuit appellatum. Si vero Sententia iudicis appellationis diſcordat a prima. Et aliqua partium ab ipſa ſententia iudicis appellationis diſcor-

dante vellet dicere ſe grauatum: Tunc teneatur ad alium Judicem ſucceſſorem recurrere: ⁊ appellare ⁊ de nullitate dicere. Et ille alius Judex ſucceſſor ſit Judex competens in predictis ſecundis appellationibus: Et illa ſententia remaneat firma cum qua ſententia dicti alterius Judicis ſucceſſoris concordauerit: ⁊ a dicta ſententia confirmatoria non liceat alteri appellare: nec de nullitate dici. Et contrafaciens in predictis incidat ipſo facto in penam dupli extimationis rei: vel pecunie de qua eſſet queſtio quam de facto exigi voluerunt. Et contra hoc ſtatutum innouata non valeant ipſo iure. Et Judex appellationum teneatur in quelibet eius ſententia victū victori: vt iuris erit in expenſis legitimis condēnare vel abſoluer.

¶ Qd' in quibuſcūq; appellationibus ⁊ reſtitutionibus in integrum. Rub. 88.

Ut Breuiores lites efficiantur Statuerunt: ⁊ ordinauerunt ꝙ in quibuſcūq; appellationibus: Reſtitutionibus in integrum reductionibus ad arbitrium boni viri: ⁊ in quibuſcūq; querelis: ⁊ grauaminibus iudicialibus: vel per ſententiam illatis poſſit deduci ſimul: ⁊ ſemel de iniquitate ⁊ nullitate: ⁊ etiam intelligatur deductum vbi non eſſet ſpecificatum. Et ſuper non ſpecificato ⁊ deducto probationes fieri poſſint ⁊ ſententia ferri, Jta ꝙ ſententia lata ſuper vna intelligatur data ſuper vtraq;: ⁊ ſufficiat appellatio ſine alio libello, ⁊ eadem ſint fatalia appellationis iniquitatis ⁊ nullitatis. Et ſimiliter ꝙ appellatio interponi poſſit coram iudice ad quem: Si illius Judicis ad quem copia haberi poterit infra tempus infra quod licet appellare: vel coraʒ Judice a quo appellatur: prout maluerit appellans: ⁊ coram quocunq; eorum interpoſita fuerit valeat ⁊ teneat ac ſi eſſet interpoſita coram Judice vel perſona a qua appellatur: ſeu reclamatur: ⁊ de nullitate dicitur.

¶ Qd' Judex appellationuʒ debeat cauſam appellationis terminare. rub. 89.

Statuerunt Et ordinauerunt ꝙ Judex appellationuʒ teneatur ⁊ debeat quamlibet cauſam appellationis coram ipſo introductam: vel ab aliqua partium legitime proſecutam per ſuam ſententiam terminare infra tempora ſuperius ſtatuta in terminis appellationum ſub pena viginti quinq; librarum denarioꝝ. Et nihilominus teneatur parti leſe ad intereſſe: Et intelligatur Judicem fuiſſe in negligentia: ⁊ incurriſſe in dictas penas ſi appellatio fuerit taliter proſecuta ꝙ eſſet in terminis expediendi ⁊ per Judicem facere quo minus nollet ſuum officium iuridice impartiri: ⁊ requiſitus fuiſſet per aliquam partium ꝙ debeat cauſam per ſententiam terminare: vel ſi appellatio nō fuerit proſecuta/fuerit requiſitus a parte vt ipſam pronunciet fore ⁊ eſſe deſertam. Et hoc non vendicet ſibi locum: Si iudex fuerit impeditus ꝑ abſentiam infirmitatem: vel aliud iuſtum, ⁊ rationabile impedimentum.

Qd' donec pendet examen appellationis, officium Judicis inferioris requieſcat. Rubrica. 90.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ donec pendet examen ⁊ cognitio appellationis iuri ⁊ equitati conſonum ſit vt Judicis inferioris officium conquieſcat: Et ꝙ interpoſita appellatione viua voce: vel in ſcriptis in caſibus in quibus non eſt expreſſe prohibitum appellare Judex a quo debeat ſilere ⁊ nihil innouare in rebus nec perſonis vſq; quo per Judicē appellationum aliud fuerit declaratum ſub pena centuʒ florenorum auri pro quolibet Judice innouāte: ⁊ qualibet vice: in qua per futurum ſuum Judicem debeat condemnari: ſiue fuerit appellatum ab interlocutoria ſiue a diffinitiua. Et quicquid eſſe attemptatum ſiue innouatum contra formam huius ſtatuti non valeat, ⁊ irritum ipſo iure: ſine aliqua retractione et Judicis facto.

¶ Quod Judex appellationis: ⁊ Judex primus teneatur dari facere copiam. Rubrica. 91.

Statuerunt Et ordinauerunt ꝙ Judex appellationis, ⁊ Judex primus ⁊ quilibet eorum qui primo fuerit requiſitus teneatur dari facere copiam actorum in cauſa: a Notario qui fuerit rogatus recepta competenti mercede Jta ꝙ partens poſſint infra terminum producere ſub pena viginti quinq; librarum deñ. Judici qui fuerit negligens in premiſſis. Et eandem penam incurrat Notarius qui fuerit negligens in dando copiam dictorum actorum: niſi ex Juſta ⁊ rationabili cauſa fuerit impeditus: quo caſu Judex coram quo dicta acta debent produci: Si viſum fuerit ad inſtantiam partis: pronunciare valeat terminum non currere vſq; ad diem quo ſibi videbitur fore expediens.

Q𝔡 petitio reductionis : ad arbitrium boni viri fiat infra .x. dies. Rubrica. 92.

Statuerunt Et ordinauerunt ꝙ petitio reductionis fienda ad arbitrium bo/
ni viri: ⁊ nullitatis/a quibuſcunq; ſententijs laudis : ſeu arbitrijs
⁊ arbitramentis latis per quoſcunq; arbitros , ſeu arbitratores ⁊ amicabiles compoſitores
debeat fieri infra decem dies a die late ſententię laudi/ſeu arbitramenti: ⁊ ipſius ſententie nu/
merandos quo ad reliquum proceſſum vſq; ad ſententiam recluſiue ſeruetur in procedēdo ⁊
terminādo ſupra in appellatiōe a diffinitiua ordinata In oībus ⁊ ꝑ oīa. Et poſt
dictos decem dies peti non poſſit / nec reſtitutio concedi/niſi ex magna: ⁊ euidentiſſima cau
ſa. Et dicta petitio reductionis ad arbitrium boni viri iniquitatis ⁊ nullitatis fieri poſſit/ne
dum coram iudice appellationum : Sed etiam coram Judice ordinario Ciuitatis Aſiſij: ꝓ
ut actor duxerit eligendum.

Q𝔡 in cauſis appellationū corā Judice nō currāt termini ⁊ tēpora fatalia. Rub. 93.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ in cauſis appellationum , ⁊ reductionum , ⁊
alijs vertentibus curam Judice appellationum , ⁊ ſucceſſore ipſius non cur/
rant termini ⁊ tempora fatalia , Sed in eo ſtatu eſſe intelligātur ⁊ ſint ab eo tempore ⁊ die
quo fuerit appellatum de nullitate dictum ſeu petitum reducti ad arbitrium boni viri : vſq;
ad diem aduentus iudicis qui debet ⁊ poteſt de cauſa appellationis ⁊ nullitatis:ſeu reduc/
tionis cognoſcere. Et ab eo die quo Judex de cauſa predicta cognoſcens ſe abſentauerit de
ciuitate Aſiſij: ⁊ vbi cauſa agitaretur vſq; ad reuerſionem ſuam in ipſam ciuitatem: ⁊ per to/
tam diem reuerſionis, ⁊ omnibus diebus feriarum repentinarum inducendarum ꝑ cōmune
Aſiſij: vel per dictum Judicem appellationum. Et diebus infraſcriptis feriatis in honorem
Dei. Videlicet in feſto natiuitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti/cum duobus diebus prece/
dentibus / ⁊ octo ſequentibus: Et in feſto Epifanie cum die ſequenti. In feſto paſchatis re/
ſurrectionis Domini noſtri cum ſeptem precedentibus: ⁊ tribus ſequentibus. Die Pente/
coſtes cum duobus ſequentibus. Die Aſcenſionis Domini noſtri. Die Conceptionis beate
Marię virginis. Natiuitatis, Adnunciationis, purificatiōis: Aſſumptiōis eiuſdē: ⁊ diebus
dominicis: ⁊ quotiēſcūq; iudex ꝓnūciaret terminos tēpora nō currere propter cōtumaciā vel
inobediētiā alterius partiū aduerſe parti: quo caſu illi parti ꝑ qua ꝓnunciatū eſſet termin⁹ ⁊
tēpora non currant ſecundū formā pronunciationis prefate . Et quocienſcunq; Judex cauſę
pronunciaret terminos/vel tempora non currere in caſu ſibi permiſſo ex diſpoſitione preſen
tium Statutorum . Alia vero tempora voluerunt eſſe continua in temporibus fatalium, ⁊
metis cauſarum ⁊ terminorum. Per hęc tamen non denegauerunt, quin vbi ſuaderet iu/
ſtitia Judex de cauſa cognoſcens poſſit ſecundum iura cōmunia reſtitutionem facere ex Ju/
ſta cauſa temporum ⁊ terminorum.

Q𝔡 Poteſtas Judex ⁊ alij officiales ſcindicentur. Rubrica. 94.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ Poteſtas Ciuitatis Aſiſij: ⁊ eius Judices: ⁊
alij eius officiales ſcindicentur: ⁊ ſcindicari debeant per eorum Scindicos tē/
pore ſcindicatus de omnibus ⁊ ſingulis ſententijs interlocutorijs, ſiue diffinitiuis datis ⁊ la/
tis, ⁊ alijs quibuſcunq; per eos: vel alterum ipſorum geſtis tempore ipſorum officij: Non ob/
ſtante ꝙ ab eorum ſententijs/vel eorum actis ⁊ geſtis fuerit appellatum: ⁊ cauſa appellatio
nis penderet quibuſcūq; in contrarium loquentibus non obſtantibus .

Q𝔡 in cauſis appellationū ⁊ reductionū arbitriū boni viri ꝓcedat . Rub. 95.

ITem Stat. ⁊ ord. ꝙ in cauſis appellationum ⁊ reductionum ad arbitrium boni
viri. Si appellans vel petens reductionem vel de nullitate dicens/non pro
ſequeretur cauſam ſuam coram Judice ad quem/ꝙ appellatus ſiue contra quem diceretur
de nullitate: vel cōtra quē peteretur reductio ad arbitriū boni viri poſſit ipſam cauſam ꝓſequi:
Et iudex de cauſa cognoſcens poſſit teneatur, ⁊ debeat in cauſa procedere, ⁊ ipſam cauſam
terminare ad petitionem partis appellare : Siue contra quam de nullitate diceretur : ſiu/
de peteretur reductio ſeruando fatalia : ⁊ ordines In infraſcriptis Statutis contencta : ⁊
contenctos : Et hoc locū habeat in ꝓſentibus preteritis ⁊ futuris aliquo incontrarium lo/
quente non obſtante . Et ꝙ in cauſis omnibus ſupradictis appellationum nullitatum ⁊ pe/
tionum reductionis ad arbitrium boni viri ſint Notarij ad ſcribendum acta dictarum cau/
ſarum / ⁊ ſententias ⁊ alias ſcripturas occurrentes bance cauſarum ciuilium cōmunis Aſi/
ſij qui pro tempore fuerint: videlicet ille Notarius de predictis quem appellans/vel proſe/

quens / duxerit eligendum / Et ꝙ nullius alius in dictis cauſis ſcribere poſſit / ⁊ ſi ſcriberet non valeat ipſo iure.

¶ Qꝫ quilibet poſſidens aliquid pacifice per triginta annos ſit verus dominus ⁊c. Rubrica. 96.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ ſi quis de Aſiſio / ⁊ eius comitatu poſſederit aliquam rem pacifice, ⁊ quiete etiaꝫ ſine titulo ſpacio triginta annorum intelligatur ⁊ ſit veruſ dominus ⁊ poſſeſſor / ⁊ non poſſit per aliqueꝫ inquietari / vel moleſtari. Et ſi inquietaretur per Poteſtatem / vel Capitaneum / Siue alios officiales / moleſtans / vel inquietans non audiatur in aliquo ſue Jure. Et talis moleſtans vel inquietans cogatur per Poteſtatem vel Capitaneum vel alios Officiales dicti cõmuniſ reſtituere omnes expenſas ⁊ intereſſe moleſtato ſuo ſacramento credendas. Dum tamen talis preſcriptio non preiudicet pupillis / Sed in eis iura cõmunia ſeruetur.

¶ De ſciptura priuata in ⁊ ſuper aliquo debito. Rubrica. 97.

do aliquis de Ciuitate ⁊ Burgis pro maleficio fuerit citatus ⁊ ex bānitus: ⁊ non venerit in
terminum citationis ꝙ iterato bāniatur die bāni predicti in vicinatu ante domum in qua ha-
bitaret ſeu habitare conſueuit per preconeꝫ Cōmunis/ꝙ cum talis fuerit accuſatus: vel de-
nunciatus: vel contra cum inquiritur ſuper tali maleficio ſeu facto: ⁊ citatus fuerit vt veni-
ret ad ſe excuſandum ⁊ non venit. Ideo Poteſtas ⁊ Capitaneus facit eum bānire ⁊ requi-
rere ad ſe defendendum deinde ad quintam diem, aliter habeatur pro confeſſo ⁊ conuicto.
Et condēnetur, ac ſi probatum eſſet contra eum de dicto maleficio vel delicto. Et omnia bā-
na contra comitatenſes debeant notificari per Baiulum: ſiue preconeꝫ Cōmunis infra tres
dies a die dati bāni. Et ꝙ quando caderet in diem feriatam poſſit ⁊ liceat bānito compare-
re: ⁊ ſe excuſare die ſequenti non feriata, non obſtāte termino dicti bāni ſi terminus eſſet de-
curſus. Et ſi aliquis ciuis citatus occaſione alicuius maleficij comparuerit ad ſe excuſanduꝫ
de maleficio, excuſatione facta habeat terminum quinqꝫ dierū ad ſuam defenſionē faciendā.
In quibus diebus cuiuſlibet termini poſſit accuſatus: denuntiatus ⁊ inquiſitus ſuas excuſa-
tiones ⁊ defenſiones: ⁊ alia acta facere/non obſtante ꝙ dies predicti ſint feriati: ⁊ valeant
omnia ac ſi die iuridico fuerint facta predicta omnia.

¶ Qꝫ nullus detineatur ſi voluerit ſatiſdare. Rub. 7.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ nullus vel nulla de Ciuitate vel Comi-
tatu Aſiſij poſſit occaſione maleficij alicuius ex quo non reſultaret pena
perſonalis: vel alia quacūqꝫ de cauſa in palatio Poteſtatis vel Capitanei: vel alibi detine-
ri voluerit ſatiſdationes: cautiones, ⁊ approbationes preſtare: pena contrafacienti centuꝫ li-
bra. denar. Et ſi idoneas cautiones ⁊ approbationes preſtare noluerit mittatur in carceri-
bus cōis: ⁊ alibi detineri non poſſit per aliquē familiarem: ſeu officialem cōis: vel alios quoſ
cūqꝫ ſub dicta pena. Et ſi fuerit mandatū ex parte Poteſtatis: vel Capitanei: vel eoruꝫ Iu-
dicū, dato fideiuſſore in cauſa criminali: vbi ⁊ de quo nō poſſet imponi perſonalis pena. Qꝫ
preſentet illum pro quo fideiuſſit infra quintam diem: ⁊ ſi non preſentauerit eum ꝙ habeat
pro confeſſo de omnibus ⁊ ſingulis in dicta accuſa: vel inquiſitione contentis. Et ſi ipſuꝫ pre
ſentauerit ꝙ Poteſtas ⁊ Capitaneus: poſſint talē detinere in caſibus in quibus locus eſſet
torture: de iure cōmuni: vel ſecundum formam ſtatutorum dicti cōmunis Aſiſij.

¶ Qꝫ in maleficijs non obſit ſi nō fuerit iuris ſollēnitas obſeruata. Rub. 8.

IN omnibus Et ſingulis maleficijs exceſſibus ⁊ condēnationibus male
ficiorū. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ non obſit ſi iuris
ſollēnitas vel ordo iuris non fuerit ſeruatus vel ſeruata: dūmodo conſtet de maleficio. Et
ꝙ quilibet qui condēnatus apparebit intelligatur ꝙ fuerit legitime citatus ad ſentētiaꝫ au
diendam: eo ipſo ꝙ apparuerit ꝙ fuerit bānitum ꝙ tempore late ſententie habentes ꝓceſ-
ſus in curia per quā fuerit lata ſententia irent ad ſententiam au iendam: ⁊ dictuꝫ bannimē
tum pro citatione habeatur ⁊ preiudicet ipſi condēnato: ac ſi perſonaliter: ⁊ perēptorie ci-
tatus fuiſſet ad dictam ſententiam audiendaꝫ: ⁊ ꝙ minores: vigintiquinqꝫ annis ⁊ maiores
tamen quatuordecim: poſſint ſtare in criminali iudicio agendo: ⁊ defendendo ſine conſenſu
patris vel curatoris. Et ꝙ factum fuerit per ipſos minores: vel aliquem ipſoruꝫ valeat ⁊ te
neat ⁊ plenam obtineat firmitatem: auctoritate preſentis ſtatuti.

¶ De conſenſu preſtando per Iudices dominorum Poteſtatis: ⁊ Capitanei. Rub. 9.

STatuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ in qualibet ſententia lata per dñm Po
teſtatem debeat apparere in ipſa ꝙ ſit lata de conſenſu Iudi
cis maleficiorum ipſius domini Poteſtatis. Et in ſententia lata per dominum Capitaneū/
debeat apparere ꝙ ſit lata de conſenſu ipſius Iudicis domini Capitanei. Et ſi aliter fieret
non valeat nec teneat ipſo iure/ꝙ factum fuerit in predictis per eos vel alterum ipſorū. Et
ſi aliqua ſententia de conſenſu dictorum Iudicum: vel alterius eorum lata fuerit/teneatur
⁊ debeat promulgator ipſius ſententie ad intereſſe: ⁊ ad penam ad quā tenetur Poteſtas

vel Capitaneus qui eam tulerit ⁊ ex ea poſſit ⁊ valeat condẽnari. Et hoc locuꝫ habeat quã do in Ciuitate Aſiſij erunt Poteſtas ⁊ Capitaneus.

¶ Qualiter forenſes citentur in maleficijs. Rub. 10.

OMnes forenſes qui non habent domiciliuꝫ vel hoſpiciuꝫ in ciuitate Aſiſij, vel diſtrictu ipſius ſtatuerunt ⁊ ordinauerunt. Q꞉ poſſint citari in maleficijs exceſſibus ⁊ delictis de quibus procederetur contra eos ſuper ſchalis palacij cõ munis voce preconis. Et talis citatio habeatur pro plena ⁊ legitima citatione/⁊ de iure fa cta. Et ſi contingeret imposterum ꝙ aliquis de ciuitatibus terris, ⁊ caſtris infraſcriptis, vi delicet de Ciuitate Peruſij, vrbis veteris, Tuderti: ⁊ Spoleti. Et etiam de alijs caſtris ⁊ Ciuitatibus totius prouincie Ducatus Spoleti, qui non fuerit habitator Ciuitatis vel co mitatus Aſiſij per aliquod tpꝰ accuſaretur: vel denunciaret, vel ẽt inquireretur ꝯ eũ ꝑ Po teſtatẽ vel Capitaneũ Ciuitatis Aſiſij ex ſuo officio vel denũciatione cuiuſcũqꝫ ꝑſone de quo cunqꝫ maleficio/vel delicto hoc mõ citetur. Et talis modus in citationibuſ fiendis de tali ꝑ ſona ⁊ terrigena ſeruet᷑. Q꞉ ptãs/ſi in eius curia fieret proceſſus. Et ſil᷑r capitaneus: ſi in eiuſ curia fieret ꝓceſſuſ: ſcribere teneant᷑, ac ẽt poſſint ⁊ debeant notificare eoꝝ litteris/ſigillatis eorum ſigillis proprijs, vel ſigillis cõmunis ⁊ populi Ciuitatis Aſiſij: ſi eis videbitur cõue nire, Poteſtati vel Capitaneo, ⁊ alijs officialibus illius ciuitatis terre, vel caſtri vnde eſſet talis perſona forenſis: vel continuus ſit habitator: ꝙ ille talis forenſis vel habitator predi ctus eſt accuſatus, vel denunciatus per aliquaꝫ perſonam, vel talis inquiſitio formata eſt cõ tra eum de tali maleficio, vel exceſſu in curia Poteſtatis, vel Capitanei prout veritas fue rit. Q꞉ infra terminum aſſignandum per Poteſtatem vel Capitaneum Ciuitatis Aſiſij: ⁊ prout eis: vel alteri eorũ conuenire videbitur conſiderata qualitate delicti: ⁊ loci diſtantia/ cõparere debeat ad ſe excuſandũ ⁊ defendendum a dicta inquiſitione: accuſatione: vel denũ ciatione, coram dictis dominis vel altero eorũ facta. Et ſi venerit talis forenſis ſatiſfaciat: ⁊ ſatiſfacere teneatur nuncio cõmunis Aſiſij qui dictas litteras portaret ⁊ preſentaret cõmu ni: vel terre: de qua talis forenſis eſſet: vel in qua habitaret. Et ſi non venerit ſoluat dicto nũ cio de ſuo ſalario vel labore accuſator vel denunciator. Et ſi per inquiſitionẽ ſolum procede retur ſoluatur ſibi per maſſariũ cõmunis. Et ꝙ omnes que mitteretur iſta de cauſa debeant regiſtrari per notarium in libris cõmunis Aſiſij. Et relatio que fieret per nunciuꝫ cõmunis Aſiſij: per notarium talem proceſſum habentem. Alij vero forenſes citentur in ſchalis pala tij, ⁊ tales citationes habeant᷑ pro legitime facto. Et procedat᷑ cõtra eos ſi non cõparuerint ad bãni dationẽ: ⁊ ad alia ſecundũ formam ſtatu. loquentium de bãni datione. Et citationi bus faciendis de ciuibus. Excepta notificatione banni. Poſſit etiam procedi in predic. ſecũ dum formam ſtatuti infra ponitur ſub eadeꝫ. Rub.

¶ De maleficijs puniendis per Poteſtatem ⁊ Capitaneum. Rub. 11.

ITeꝫ Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q꞉ Poteſtas ⁊ Capitaneus ⁊ curia ipſoꝝ ⁊ quilibet ipſorum poſſint inquirere ⁊ cognoſcere: ⁊ ſuper accuſatione pro cedere in caſibus a Statutis permiſſis, de omnibus ⁊ ſingulis maleficijs cõmiſſis in ſex mẽ ſibus proxime preteritis ſui preceſſoris: per totũ ſemeſtre ab introitu ſui regiminis. Et que relas: denunciationes ⁊ accuſationes recipere poſſint ⁊ debeant dicto ſemeſtre durante eo rũ regiminis: ac ſuꝑ dictis maleficijs procedere poſſint ⁊ debeant: non obſtante ꝙ citatio fa cta nõ fuerit in eorũ primo menſe regiminis. Et de maleficijs in dictis ſex mẽſibus ſe intro mittere ⁊ delinquẽtes punire: ⁊ proceſſus expedire infra terminum ⁊ ſ᷑m formã ſtatutorũ Ciuitatis Aſiſij. Et cuilibet accuſato in dicto eoꝝ ſemeſtre liceat accuſare, accuſatorẽ ſuũ in fra ſex dies poſt cedulã ſibi miſſam ſuꝑ accuſatione de eo facta. De maleficijs vero añdictos ſex menſes dicti ſui preceſſoris: cõmiſſis, nullo modo ſe intromittant vel procedãt: exceptos ꝙ de homicidio: adulterio: raptu virginum: vel monialium, ⁊ cognitione ipſarũ. Incendio doloſe: vel lata culpa cõmiſſo: ⁊ de mutilatione: ⁊ debilitatione membroꝝ: ⁊ de robbaria ⁊ furto: ⁊ prodimẽto Ciuitatis Aſiſij: ⁊ caſtrorũ ipſius: poſſit procedere infra bieniũ: ⁊ nõ vl tra: nõ obſtante ꝙ maleficia predicta nõ ꝑuenerint ad notitiã dictoꝝ rectorũ: vel alicuius eo rum: a die dicti maleficij cõmiſſi. Dũmodo nullus poſſit cogi ad accuſanduꝫ inuitus. Et ſi ſe intromitterent vel procederent ipſi, vel alter eorum: nõ valeat neqꝫ teneat aliquo iure.

¶ Qualiter teſtes reprobentur. Rub. 12.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q꞉ in cauſis maleficiorũ ad hoc vt de depoſitio

ribus teſtiū ſine ſuſpitiōe aliqua ꝓcedat in curijs officialiū ciuitatis Aſiſij pñtiū ⁊ futurorū: nec pr̄ pro filio: nec aliqs deſcēdens ex linea deſcendēti: vel trāſuerſali: vſqꝫ in tertiū gradū: nec filius pro pr̄e nec nepos ꝓ nepote: nec qui in eadē familia habitaret ad vnū panē ⁊ vnū vinū pro maiori pte anni: ad teſtimoniū admittat: ſiue filius ſit emācipatus: ſiue in pr̄is ptāte conſtitutus: nec maritus pro vxore nec vxor pro marito: nec famulus pro dño: nec dñs pro famulo: in eadē familia habitātes nec frater carnalis pro fr̄e carnali nec ꝯ eum. In cauſis vo ciuilibus: ⁊ in teſtificationibus dictarū perſonarū recipiendis vel nō ius cōmune ſeruetur.

¶ Q꞉ nullus teſtis reprobetur exceptis contentis in capitulo. Rub. 13.

VT maleficia nō remaneant ipunita ſtatue. ⁊ ordina. Q꞉ in cauſis maleficioꝝ pñtibus ⁊ futuris nullus teſtis maſculus vel femina poſſit reprobari nec debeat: exceptis pſonis ꝓhibitis ſuperius noiatis, ⁊ exceptis falſarijs: ⁊ publicis furonibus: ⁊ robbatoribus ꝯdēnatis de furto: vel robbaria: ⁊ publicis meretricibus, ⁊ capitalibꝰ inimicis: ⁊ alijs odioſis pſonis inimicis nō capitalibus occaſiōe offenſe. Et capitales inimici: ⁊ odioſi intelligant illi inter quos iteruenissent: ſeu interueniſſent facta enormia vel fcm̄ enorme maleficiū maxie cū effuſione ſanguinis exceptis minoribꝰ. xiiij. ann. qbus minoribus teſtificari nō liceat. Et ſi teſtificarent non valeat teſtimoniū in aliquo, ac ēt excōicatis publice denunciatis noiatim ipſorū noibus expſſis. Ad opponēduꝫ vero de falſo ꝯ teſtes ⁊ reprobandū cuilibet ſit licitū. Supradicta inhibitione in aliquo nō obſtāte.

¶ De opponentibus alicui aliam exceptionē q̄ꝫ ſupradictam. Rub. 14.

STatuerūt ⁊ ordina. Q꞉ ſi aliqua pſona oppoſuerit ꝯ teſtes in maleficijs aliquā aliā exceptionē niſi exceptis ſupius in maleficijs declaratas. In curijs ſupradictis p ſe/ vel ꝓcuratorē ſuū, ꝙ de ipſo maleficio de quo accuſati eſſent: vel eſſet: vel inqreret ꝯ eū hēatur ꝓ ꝯfeſſo: ⁊ tanq̄ꝫ ꝯfeſſuſ de ipſo maleficio p ptātem/ vel capitaneum p quem procederetur debeat cōdēnari de facto abſqꝫ aliqua iuris ſollēnitate.

¶ De pena teſtium non venientium ad teſtimonium ꝓhibendū. Rub. 15.

ITem Statue. ⁊ ordina. Q꞉ ſi aliquis fuerit teſtis datus in aliqua accuſa criali vertenti in curia Ciuitatis Aſiſij ⁊ requiſitus fuerit p duos diuerſos baiulos: ⁊ bānitus/ ſi fuerit de ciuitate ad domū habitationis/ ꝙ ꝯpareat infra quintā diē/ a die dati bāni. Et ſi fuerit de comitatu: eodē mō citet: ⁊ bāniat publice ad tubā in ſchalis palatij: vt. ſ. viij. dies a die dati bāni cōpareat. Et ſi ꝯtumax fuerit ⁊ nō venerit ad perhibendū teſtimonium veritatis ſi tale maleficium eſt/ ad qđ ꝓbandū ꝓducat ꝙ ex eo reſultaret pena. x. lib. deñ. vel pluriū p formā accuſationis: vel inqſitionis/ tunc dictus teſtis ꝯdēnet in. c. ſolid. deñ. Et ſi dictus teſtis eſſet abſens a Ciuitate Aſiſij: ⁊ eius diſtrictu det terminuſ ꝯueniens ad veniēdū/ ⁊ ꝓhibendū teſtimoniū veritatis inſpecta ⁊ ꝯſiderata loci diſtantia. Et ꝙ curia in qua dicta cā crialis cognoſceret habeat terminū ⁊ dilationē/ quouſqꝫ dicti teſtes ſeu teſtis/ venire poterint vel poterit: dūmō. ſ. duos mēſes a die incboati ꝓceſſus: ceſſante dicto ipedimēto cauſa debeat terminari: niſi per alios ꝓbaret hoc maleficiū. Et ſi ꝑdicti teſtes: vel alter eorū ſic citati ⁊ bāniti: vt dictum eſt nō venerint: vel venerit ad teſtimoniū perhibendū: ⁊. ſ. terminum citationis ⁊ bāni in ꝯtumacia iterato inciderit: dictus Ptās vel Capitaneus qui ꝓ tpe fuerit poſſit ⁊ debeat ꝯ predictos teſtes: vel teſtē iterato ꝓceſſuꝫ ⁊ ꝯdēnationē facere: ⁊ iterato ſemel ⁊ pluries quotiens opus fuerit: donec ſuū depoſuerit teſtimoniū. Et ſi teſtis eſſet bannitus pro debito/ licitū ſit ei poſſe venire ſine pena, ⁊ ꝙ nō debeat detineri ſeu ipediri tanq̄ꝫ ex bānitus p aliquem officialem aliqua de cauſa inueniendo/ ſtando/ ⁊ redeundo cauſa teſtimonium perhibendi, ⁊ hoc locum habeat in preſentibus ⁊ futuris.

¶ Si quis fuerit ex bānitus cōmunis Aſiſij pro aliquo maleficio ⁊ cōtra eum ꝓcederetur de alio maleficio liceat ſibi ſecure venire. Rub. 16.

SI quis fuerit ex bānitus, vel condēnatus cōis Ciuitatis Aſiſij de aliquo maleficio: ⁊ ꝯ eū ꝓcederetur de alio maleficio in aliqua curia Ciuitatis Aſiſij: ⁊ voluerit venire ad mandata Poteſtatis Aſiſij ad ſe excuſanduꝫ de eo qđ procedit ꝯ eum Statuerunt ⁊ ordin. Q꞉ liceat ⁊ licituꝫ ſit ei venire ⁊ redire ſecure. In pſona ⁊ rebus non obſtante banno vel condemnatione de eo facta ⁊ contra eum lata: Dūmodo ſtare debeat in carceribus cōmunis Aſiſij: vſqꝫ ad ſententiam ferendam ſuper maleficio de quo procederetur contra euꝫ. Et ſi fuerint cōdemnatus: cogatur ad condemnationem ſoluēdam. Si vero fuerit abſolutus liberetur in totum. Et inueniendo ſtando: ⁊ redeundo nulluſ poſſit eū

offendere ad penā in ſtatuto contentã, non obſtante ꝙ ſit ex bannitus cōmunis Aſiſij: ⁊ poteſtas, ⁊ Capitaneus ⁊ vterqꝫ ipſorū teneantur ⁊ debeant dicto tali ex bannito ⁊ condemnato ⁊ cuilibet alteri petenti pro eo dare licentiam inueniendo ſtando ⁊ redeundo ad penā centū lib. deñ. pro quolibet ipſorum ꝯfaciente, ⁊ qualibet vice de eoꝝ ⁊ cuiuſlibet ipſoꝝ ſalario, cōi Aſiſij applicandoꝝ. Et hoc beneficiū non habeat locū in rebellibus ciuitatis prefate.

¶ Qꝫ teſtes recepti ſuper inquiſitione recipiantur ſuper accuſa. Rub. 17.

AD Hoc vt maleficia non remaneant impunita ſtatuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ poſtquam aliqua inquiſitio facta fuerit de aliquo maleficio vel exceſſu per poteſtatem vel capitaneum contra aliquam perſonam: Et tale maleficium probatum fuerit per idoneos teſtes ſecundum formam ſtatutorum. Et ad tollendum ꝓceſſus ſuper dicta inquiſitione formatos. Et poſt ipſam inquiſitionem de ipſo maleficio daretur aliqua accuſatio ꝙ poteſtas ⁊ capitaneus: vel alter eorum in cuius curia fuerit proceſſus predictus: poſſint teneātur ⁊ debeant recipere ⁊ examinare ſuper dicta accuſa illos eoſdem teſtes qui erunt recepti ⁊ examinati ſuper dicta inquiſitione nō obſtante ꝙ in dicta accuſatiōe illi teſtes nō eſſent dati ⁊ aſſignati ſuper dicta accuſa per dictum accuſatorem. Et ipſis teſtibus: ⁊ eorum atteſtationibus plena fides debeat adhiberi. Et hoc Capitulum ſit preciſum. Et ſi de pluribus ⁊ diuerſis maleficijs inquireretur ꝑ poteſtatem vel capitaneum: vel alterum ipſorum: vel per cuiuſcūqꝫ ipſorum curiam. Et de aliquo dictoꝝ maleficioꝝ inquiſitus accuſaretur: ⁊ in accuſatione non venirent maleficia in inquiſitione contenta vnum vel plura ꝙ Poteſtas ⁊ capitaneus poſſint ⁊ debeat inquirere de alijs maleficijs in inquiſitione: ⁊ non deductis in accuſatione. Sed de his maleficijs ſecundum formam ſtatut. poſſit inquiri: ⁊ illa probata legitime condemnari delinquentem ſecundum formam ſtatut. Et ſi de vno eodem maleficio procederetur in curijs cōmunis Aſiſij per inquiſitionem: ⁊ accuſationem ꝙ tunc teſtes poſſint: ⁊ debeant recipi tam ſuper accuſatione q̃ʒ ſuper inquiſitione, ⁊ ſuper illo proceſſu: ſuper quo maleficium melius probatum extiterit debeat condemnari.

¶ De pena facientium falſum teſtimonium. Rubrica. 18.

ITem Statuerunt ⁊ ord. ꝙ nulla perſona audeat vel preſumat facere falſum teſtimoniuʒ in curia Ciuitatis Aſiſij. Et ſi quis contrafecerit ſoluat nomine pene ducentas libras deñ. Et ſi ſoluere non potuerit amputetur eidem lingua. Et ſic alia pena pro vnica falſitate non imponatur nec pingatur ſub pena quingentaꝝ lib. deñ. contrafacienti, ⁊ ſimili pena puniatur producens ſi tali teſtimonio voluerit vti.

¶ Qꝫ nullus qui cōdemnaretur de falſo poſſint iniuriari. Rubrica. 19.

ITem Statuerunt ⁊ ord. ꝙ alicui ſubdito iuriſdictioni cōmunis Aſiſij qui non alias ſed ſemel condemnaretur de falſo/occaſione falſi teſtimonij: vel producenti falſos teſtes: vel aliam falſitatem cōmittenti quocūqꝫ genere falſitatis: vel aliqua alia occaſione vel cauſa non poſſint rectores ciuitatis Aſiſij ⁊ eoꝝ officiales: vel aliquis ipſoꝝ iniuriam imponere: vel imponi facere: aut iniuriare: nec tranſmittere ante vel poſt euʒ: nec in palacio, vel ad feneſtras palacioꝝ apponere/ſeu affigere/nec apponi: vel affigi facere: nec cum tubis ꝑ ciuitateʒ/burgos/vel ſub burgos ipſius ciuitatis vel extra mittere aut eū: vel eos ad feneſtras ponere/nec aliquā aliam iniuriaʒ vel opprobriū inferre: vel inferri facere pena officiali: ⁊ rectori contra ꝑdicta vel aliquod predictoꝝ facienti q̄ngentaꝝ lib. deñ. cōmuni dicte ciuitatis Aſiſij applicandaꝝ. De q̄bus oībus ſupradictis ꝑ ſindicos dicti cōmunis poſitos ad ſindicandū dños ꝑtātē ⁊ capitaneuʒ ⁊ eoꝝ officiales ſpecial'r ratiocinari ⁊ ſindicari debeāt: ⁊ repertos culpabiles: ſeu culpabilē in pena predicta punire ⁊ ꝯdēnare. Et in predictis ſufficiat probatio duoꝝ teſtiū de publica voce ⁊ fama. Seu de credulitate etiā ſine redditione alicuius cāe: ſtatutis ſupra vel infra poſitis nō obſtātibus, q̄bus in hac ꝑte ſit ſpāliter derogatū.

¶ De illis qui inueniuntur in aliqua falſitate contra cōmune Aſiſij. Rub. 20.

QUicunqꝫ Perſona Ciuitatis ⁊ diſtrictus Aſiſij inueniretur In aliqua falſitate / vel fraude / vel prodimento: quod eſſet contra Commune Aſiſij Seu bonum ſtatum dominorum Priorum populi: ⁊ arcium Ciuitatis Aſiſij ⁊ honorem ipſorum cōmittendo/vel fieri faciendo/poſtq̄ʒ fuerit clarum poteſtati vel Capitaneo/ſeu dominis prioribus Populi Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ tunc domini poteſtas vel Capitaneus poſſint de facto ipſos realiter ⁊ perſonaliter punire, quinimo teneantur, ⁊ debeant. Et ſi poteſtas ⁊ Capitaneus in predictis fuerint negligentes / perdat quilibet de

ſuo ſalario quingentas libras denariorum applicandas cõmuni predicto, pena contra predictos imponenda ſecundum diſpoſitiones iuris cõmunis.

¶ Q: Poteſtati ꝛ Capitaneo liceat eoꝛu3 arbitrio punire hereticos: ꝛ fabricantes falſas monetas. Rubrica. 21.

ITem Statuerunt ꝛ ordinauerunt ꝙ liceat Poteſtati: et capitaneo: ꝛ cuilibet eorum omnes hereticos/eorum arbitrio punire ꝛ fabricatores falſarum monetarum: qui puniantur arbitrio Judicantis in perſona: ꝛ rebus conſiderata perſona. Et de predictis teneantur veritatem inquirere. Et etiam de ipſam monetam ſcienter expendentibus: ꝛ culpabiles punire repertos vt ſupra.

¶ Q: moneta falſa rumpatur. Rubrica. 22.

AD Tollendum omnem materiam deceptionis aut vſus falſitatis inhibeatur Statuerunt ꝛ ordinauerunt ꝙ quilibet mercbator ꝛ quilibet alius ad cuius manus peruenerit aliqua moneta falſa poſſit ꝛ teneatur impune dictam monetam frangere ꝛ rumpere. Et nihilominus teneatur predicta facere impune ad penam viginti ſolidoꝝ deñ. pro quolibet: ꝛ qualibet vice qua fuerit negligens in predictis.

¶ De facientibus ꝛ fieri facientibus falſu3 inſtrumẽtũ ꝛ eo vtẽtibus. Rub. 23.

QUicunq3 Fecerit/ſeu fabricauerit / vel fieri vel fabricari fecerit aliquod falſum inſtrumentum. Statuerunt ꝛ ordinauerunt ꝙ condemnetur ꝛ puniatur in trecentis libris denariorum. Et ſi dictas trecentas libras deñ. non ſoluerit infra decem dies: a die late ſententie numerandos manus dextra debeat amputari. Jta ꝛ taliter ꝙ a brachio ſeparetur. Et producens falſum inſtrumentum. Et inſtrumentum loqueretur in perſona producentis, ꝛ eo vtentis in ducentis lib. deñ. debeat cõdemnari. Si vero inſtrumentum loqueretur in alia perſona ꝙ̃ in perſona producentis, tunc producens: ꝛ eo vtens vt ſupra condẽmnetur ꝛ puniatur in centum lib. deñ. Sed ſi procurator produxerit falſum inſtrumentum: ꝛ vtetur eo vſq3 ad ſententiam ꝙ eo caſu dictus ꝓcurator ad nullã penam teneatur. Sed teneatur ille cuius nomine dictum inſtrumentum fuerit productum in curia. Niſi dictus procurator ſcienter vteretur dicto falſo inſtrumento ſciens ipm eſſe falſum, quo caſu puniatur eadem pena qua dictus principalis cuius eſt procurator. Et quicũq3 falſam ꝛ calumnioſam accuſationem fecerit/vel fieri fecerit ꝙ de tali delicto ex quo reſultauerit pena a quinquaginta libris ſupra/puniatur ꝛ condemnetur in ea pena in qua puniat̃, ꝛ condemnari deberet accuſatus: ſi probata eſſet accuſatio contra eum. Et falſa ꝛ calumnioſa accuſatio non intelligatur ſi accuſa non fuerit probata. Et ſi quis falſam ꝛ calumnioſam accuſationem fecerit/vel fieri fecerit contra aliquem de delicto/ex quo reſultaret pena accuſato quinquaginta lib. deñ. Jnfra: ſi accuſatio probata eſſet contra eum condamnetur ꝛ puniatur in libris quinq3 deñ. Et ſi falſa ꝛ calumnioſa acccuſatio contineret plura delicta: ꝛ probaretur aliquod de dictis in ea contentis/ꝙ eo caſu accuſa non intelligatur: nec intelligi poſſit modo aliquo eſſe falſa. Et predicta omnia debeant per officiales Cõmunis Aſij Jnuiolabiliter obſeruari ad penã quingentarum lib. deñ. in quibus per eorũ ſindicos debeant condemnari. Et Jdem quod ſupra dictũ eſt de inſtrumento in omnibus ꝛ per omnia ſtatuerunt contra falſificantes acta vel aliam ſcripturam.

¶ Q: poteſtas ꝛ capitaneus diffiniant proceſſus pendentes ꝛ ſuos. Rub. 24.

ITem Statuerunt ꝛ ordiñ. ꝙ poteſtas ꝛ Capitaneus ꝛ quilibet eorum teneantur ꝛ debeant omnes proceſſus inquiſitionum accuſationum ꝛ denunciationum in eoꝝ curijs occurrentes per ſententiã abſolutoriam/vel condẽnatoria3 finire ꝛ terminare a die date accuſationis, vel denunciationis vel formate inquiſitionis infra quinquaginta dies cõtinuos/ad penã centũ lib. deñ. ꝓ quolibet ꝛ qualibet vice. Hoc tñ ordine ꝛ forma primitus ſeruatis: videlicet qꝺ dicti dñi poteſtas ꝛ capitaneus ꝛ eoꝝ iudex teneant̃ ꝛ debeant: teſtes ꝛ ꝓbationes ꝛ defenſiones ꝑ duos notarios recipi facere ꝛ proceſſus publicare ꝛ poſt publicationem proceſſus aſſignare teneantur termino octo dierum partibus ad recolligendum acta: ꝛ teſtes ad reprobandum, ꝛ introducendum de eorum iure. Et dicto termino elapſo infra terminum eis conceſſum debeant: ꝛ teneantur ad dictam penam: ad condemnationem: vel abſolutionem prout fuerit procedendum procedere de predictis ꝛ ſuper predictis proceſſibus dummodo teſtes aduerſe partis: alia pars noluerit reprobare: Et ſi teſtes reprobare voluerit/ debeat ipſos teſtes reprobare infra octo dies

107v

predictos. Et ſi non poterit aut noluerit reprobare vlterius ad ipſoꝝ reprobationem minime admittatur: Ita ꝙ ad condemnationem ſeu abſolutionem de quolibet proceſſu faciendo per eos, ⁊ quam ipſorum infra terminum ſupradictum procedere teneantur. Et de predictis non poſſit nec debeat prorogationem petere, vel abſolutionem recipere. Et ꝙ dictus Capitaneus: ⁊ Dominus Poteſtas: ⁊ quilibet ipſorum qui pro tempoꝛ fuerint teneant ⁊ debeant vinculo ſacramēti, ⁊ ad penā centum librarum deñ. de cuiuſlibet eorum ſalario: dicto cōmuni Aſiſij ſolueñd. omnes ⁊ ſingulos proceſſus factos ⁊ fiendos in curijs preceſſoꝛuʒ ſuorum: eis vel alteri ipſorum conſignatos: vel conſignandos diffinire: ⁊ terminare infra primum menſem eorum / vel alterius eorum regiminis per ſententiam abſolutoriam vel condemnatoriam: ſecundum ꝙ de Iure fuerit terminandum. Et etiam teneantur ⁊ debeant ipſi, ⁊ quilibet ipſorum exequi facere predicta infra dictum terminum a die conſignationis cōputandum. Et ſi dicti domini Poteſtas / vel Capitaneus, vel alter eoruʒ fuerit vel fuerint negligentes penam predictam incurrant. Et ſindicatores ſeu ratiocinatores qui p̄o tempore fuerint teneantur ⁊ debeant facere inquiſitionem: ⁊ ipſoſ punire ⁊ condemnare in pena ⁊ banno predictis. Et ſi de predictis ſindicat. fuerint. negligent. perdant de ſuo ſalario vigintiquinqʒ lib. deñ. dicto cōmuni Aſiſij applicand. ſine denunciatione aliqua.

¶ Qꝫ Poteſtas ⁊ Capitaneus mandent executioni ſententias, ⁊ condemnationes. Rubrica. 25.

COmmuni Poteſtas ⁊ Capitaneus, ⁊ eorum officiales ⁊ familiares ⁊ quilibet officiales cōmunis Aſiſij in ſuo officio qui pro tempore erunt in Ciuitate Aſiſij: Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ teneantur ⁊ debeant preciſe exequi ⁊ exigere, ⁊ exigi facere pro cōmuni Aſiſij omnes condemnationeſ ⁊ ſententias factaſ ⁊ faciendas per eos / vel alterum ipſorum: Et omnes alias factas per caſtellanos caſtroꝝ dictę Ciuitatis / ⁊ officiales cōmunis Aſiſij poſitos ⁊ ponendos per dictum cōmune in quocūqʒ caſtro vel villa comitatus ⁊ diſtrictus Aſiſij, ⁊ omnes ſententias preceſſorum ſuorum: Et teneantur exigere condemnationes latas contra contumaces ſi poterunt. Et ſi non poterunt de cōtumacibus ſententijs preceſſorum ſuorum non teneantur ad penam Alias vero ſententias, ⁊ condemnationes in quibus fideiuſſores continerentur in cōmuni facere deuenire teneantur ad manus maſſarij ꝓut in ipſis condemnationibus ⁊ ſententijs cōtinetur ad penam dupli eius quantitatis quę continetur, ſiue contineretur in ſententia ⁊ condemnatione: in quā penam dupli communi predicto debeat condēnari. Et nihilominus maſſarius cōmunis qui pro tempore fuerit / teneatur ⁊ debeat pena centum lib. deñ. de ipſoꝝ rectoꝝ ſalario excomputare ⁊ retinere totum illud quod in ſententia ſic recolta: ⁊ i qua fideiuſſores continerentur. Et ꝙ per formam dicte talis ſententie condemnat. ſoluere teneretur. Et teneantur ⁊ debeant obſeruare predicti domini, ⁊ quilibet eoꝝ: ⁊ obſeruari facere: ⁊ executioni mandare / omnia ⁊ ſingula ſtatuta / decreta ⁊ ordinamenta: ⁊ reformationes conſiliorum facta ⁊ fienda cōmunis ⁊ populi ciuitatis predicte ad penam ⁊ bānum centum lib. deñ. pro quolibet ipſoꝝ: ⁊ qualibet vice. In quam penam per eoꝝ ſindicos ⁊ ratiocinatores debeant penitus condemnari: ⁊ ad petitionem ⁊ requiſitionem cuiuſlibet perſone facere ⁊ executionē mandare: ⁊ etiam ex ſuo officio / non obſtante aliquo Capitulo ſupra vel infra poſito.

¶ Qꝫ nullus poſſit cogi ad ſoluendum aliquam condemnationem niſi principalis ⁊ fideiuſſor. Rubrica. 26.

POteſtas Nec Capitaneus: nec aliquis officialis Ciuitatiſ Aſiſij. Statuerūt ⁊ ordinauerunt ꝙ non poſſint nec debeant aliquem ad ſoluenduʒ cogere aliquam condemnationem alicuius niſi principalem ad fideiuſſorem. Et vbi ſoluendi non eſſent cogantur approbatores fideiuſſorum predictorum ſeu eius in perſona ⁊ rebuſ pena officiali contrafacienti pro quolibet ⁊ qualibet vice Centum lib. deñ. Poſſint tamen teneantur ⁊ debeant vendere ⁊ vendi facere de bonis ipſius condemnati per ſindicum cōmunis ſi inuenirentur. Et id quod occaſione predicta venerit in cōmuni de bonis ipſius cōdemnati compenſetur ⁊ detrahatur de ipſa condemnatione.

¶ Qꝫ bona condemnatorum confiſcentur in ſententia Rubrica. 27.

STatuerunt Et ordinauerunt ꝙ quicunqʒ cōmicteret aliquod maleficium eo ipſo ꝙ maleficium cōmiſſum fuerit / omnia bona ipſius qui Maleficium comicteret ſint Communi Aſiſij confiſcbata: ⁊ obligata pro tota quantitate

in qua

in qua per Poteſtatem / vel Capitaneum: vel alium Officialem Communis Aſiſij fuerit condemnatus. Et ſemper in qualibet ſententia bona condemnati: vel condemnatorum pro quantitate ſententię late/vel ferendæ cõmuni Aſiſij debeant applicari ⁊ cõfiſcbari:que bona ſic applicata ⁊ confiſcbata ſcribantur ⁊ regiſtrentur in quodam libro per notariorum reformationum cõmunis Aſiſij, vel alium deputandum per dominos Priores populi:que bona debeant vendi per ſcindicum dicti cõmunis ad incantum in conſilio generali:vel Populi, ⁊ plus offerenti dentur/uſq; ad quantitatem condemnationis facte, ⁊ etiam quarti. Et ſi ipſa bona vendi non poſſent/vel aliquis emptor non inueniretur ꝙ fructus ⁊ redditus ipſorum bonorum recolligantur pro cõmuni Aſiſij. Et predicta omnia ⁊ ſingula ſupra dicta domini Poteſtas ⁊ Capitaneus fieri facere ⁊ obſeruare:⁊ obſeruari facere teneantur:pena centum librarum den̄. pro quolibet ipſorum. Et tum id quod de bonis alicuius condemnati venerit in cõmuni excomputetur ⁊ detrahatur de condemnatione de eo facta. Voluerunt tamen ꝙ elapſo termino ſententie decem dieꝝ infra alios decem dies imediate ſequentes bona dictorum condemnatorum publice banniantur, ⁊ ſubaſtentur in Conſilio generali/vel populi: ⁊ plus offerenti dentur. Et ſi ipſa bona vendi non poſſent / ꝙ Scindicus cõmunis ad predicta ſpetialiter deputatus teneatur ipſa bona fructare:⁊ fructus ex ipſis ꝓ dicto cõmuni percipere ⁊ conſeruare, ⁊ de ipſis inuentarium facere, ⁊ rationem reddere de ſingulis perceptis legaliter ⁊ bona fide. Et ſi reperiretur in predictis/vel aliquo predictoꝝ corruptelam dolum/vel fraudem:vel ſimoniam cõmiſiſſe/vel cõmictere:⁊ iuridice probatus fuerit puniatur in ducentis libris denariorum: Et nihilominus priuetur in poſterum ab omni officio Ciuitatis Aſiſij, Et ꝙ poſt publicationem preſentis ſtatuti/ſucceſſiue priores populi qui pro tempore erunt/teneantur ⁊ debeant vinculo iuramẽti ⁊ ad penā vigintiquinq; librarum denariorum pro quolibet eorum qui negligens fuerit/vel remiſſus dicto communi applicand. fieri facere vnum librum ordinatum de omnibus bonis condemnatoꝝ retro: per latera ⁊ confines/cum nominibus exbannitorum, ⁊ maxime de bonis confiſcbatis per ſententias latas per officiales Ciuitatis Aſiſij. Et ſi Poteſtas ⁊ capitaneus fuerint negligentes in predictis/vel aliquo predictorum perdant de eorum / ⁊ cuiuſq; ipſorum ſalario centum libras denarioꝝ in quibus per eorum futurum ſcindic. debeant cõdemnari ⁊ deueniat in cõmuni predicto.

¶ Qualiter ſit procedendum contra illum contra quem fuerit ſemiplene probatum. Rubrica. 28.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ quando aliquod maleficium eſſet probatum contra aliquam perſonam propter quam probationem poſſet aliquis torqueri ⁊ deberet ſecundum formam ſtatutorum publicatis teſtibus:⁊ proceſſu: ⁊ elapſo termino octo dierum/dato/ſeu dando ad reprobandum ſecundum formam ſtatut poſt publicationem teſtium ad reprobandum / Si teſtium reprobatio facta non eſſet: Iudex coraꝫ quo proceſſus fieret / teneatur ⁊ debeat illum talem / contra quem procederetur per accuſationem/denunciationem / vel inquiſitionem citari facere per baiulum cõmunis Aſiſij:qui baiulus portet ſuam ambaſiatam in quadam cedula ſcriptam manu Notarij habentis taleꝫ proceſſum/ꝙ infra tertiam diem a die citationis inantea cõputandā compareat ⁊ cõpareat ⁊ comparere debeat talis contra quem procederetur coram dicto Iudice ad confitendum maleficium ſeu maleficia contra eum probatum vel probata: Et ſi venerit ꝙ poſſit torqueri. Et ſi non venerit perſonaliter in dicto termino coram dicto Iudice: ex tunc in antea habeatur:⁊ haberi debeat pro confeſſo. Et inde ſequatur ⁊ ſequi poſſit condemnatio. Et omnis alia confeſſio quę appareret facta poſt primam excuſationem intelligatur eſſe facta per tormentum, quam voluerunt non valere: ⁊ ex ea ſequi ſententia non poſſit:niſi in ipſa executione appareret ꝙ fuerit facta requiſitio:vel conſentientes Iudici Domini Capitanei. Et Poteſtas ⁊ Capitaneus ⁊ quilibet ipſorum teneantur ⁊ debeant vinculo iuramenti: ⁊ ad penam centum librarum den̄. pro quolibet eorum ad petitionem: ⁊ requiſitionem cuiuſcunq; perſonę fideiuſſoris: ⁊ qui fideiuſſionem fecerit incurijs Maleficiorum pro tali non comparente, ⁊ modo quo ſupra continetur / cogere / ⁊ cogi facere in perſona, ⁊ rebus de facto ⁊ ſummarie ſine ſtrepitu ⁊ figura Iudicij dictum talem non comparentem ad ſeruandum indemnem ipſum fideiuſſorem de omni damno ⁊ toto illo quod dictus fideiuſſor / occaſione ipſius fideiuſſionis incurriſſet ſeu incurrere poſſet.

ℭ Q: Poteſtas ⁊ Capitaneus non poſſint ponere aliquem ad tormentum ſine licentia dominorū Prioꝝ ⁊ qualiter ꝓbetur de cortura. Rub. 19.

STatuerunt Et ordinauerunt ꝙ nec Poteſtas/ nec Capitaneus nec eius officiales poſſint: nec debeant aliquā perſonaz ponere: nec mictere in tormento/nec martorio/ſeu tormētare ſine licentia ⁊ expreſſo cōſenſu vel preſentia Dominorum Prioꝝ Ciuitatis Aſiſij, niſi caſibus infraſcriptis: ⁊ ſi poneretur confeſſio perſone per tormentū facta non valeat nec teneat, ⁊ habeatur pro caſſa: Et per tormentum preſūmatur eſſe facta omnis confeſſio que fieret de quocunqꝫ maleficio vnde non reſultaret perſonalis pena/vel pecuniaria a centum libris ſupra: ⁊ niſi appareat de ipſius confeſſione per publica acta curie ſcripta manu Notarij Domini Capitanei/vel Poteſtatis dicti communis ꝙ facta fuerit in preſentia dictoꝝ dominorum Prioꝝ/voluntarie vel per tormentū: videlicet ꝙ confeſſio fieri debeat in preſentia Judicis maleficioꝝ domini Poteſtatis / vel Capitanei: ⁊ Notarij maleficioꝝ Domini Poteſtatis; vel Capitanei dicti cōmunis: ⁊ dictorum Dominoꝝ Priorum ſub pena ⁊ ad penaz dicto domino capitaneo/vel poteſtati cētum lib. deñ, pro quolibet ipſoꝝ ⁊ qualibet vice/camere apoſtolice cōmunis Aſiſij applicādarum: ⁊ Confeſſio facta contra dictam formam non valeat: nec teneat: nec ex ea fieri poſſit condemnatio. Et ſi dicti domini Priores: Judices, ⁊ Notarij nollent preſtare preſentiam ⁊ conſenſum, quando de iure deberent incurrant penam centum lib. deñ. ꝓ quolibet ⁊ qualibet vice. Et nihilominus ſola requiſitio ſufficiat in predictis. Et niſi pena fuerit perſonalis vel pecuniaria a centum lib. ſupra non poſſit quis poni ad torturam.

Q: Poteſtas ⁊ Capit. Judices ⁊ milites eorundem poſſint imponere penam centum ſol. deñ. Rubrica. 30.

Capitaneus Populi ⁊ eius Judex: ⁊ etiam Poteſtas: ⁊ eius Judex: ac etiam milites eorundem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ poſſint imponere penā. cētū. ſol. deñ. ꝓ quolibet ⁊ q̄libet vice ꝓ eoꝝ officijs melius exerceñ. dūmodo non mandēt contra formam ſtatutoꝝ: Et ipſam penam ⁊ bāna facere deuenire in camera cōmunis: ⁊ a contrafacientibus defacto exigere ⁊ auferre: Statuto aliquo vel ordinamento loquente in contrarium/non obſtante. Et hoc locū non habeat in proteſtationibus ⁊ Notario qui non eſſet rogatus de proteſtatione.

De pena Poteſtatis ⁊ Capit. ⁊ eoꝝ officialium rixantium inter ſe. Rub. 31.

SJ Poteſtas, vel aliquis de ſua familia fecerit iniuriaz: vel offenſam Capitaneo populi: vel eius Judici: vel Notario aut alicui de ſua familia vel e cōtra. Statuerūt ⁊ ordinauerunt ꝙ perdant de eoꝝ ⁊ cuiuſlibet eorum ſalario ſcilicet rectoris iniuriantis, vel offendentis aut alij de ſua familia vt dictum eſt ſupra Centū lib. deñ, ⁊ mictantur ad introitus cōmunis nullo alio ſtatuto obſtante inſpecta qualitate perſonaꝝ ⁊ familie ⁊ curie, ac etiam qualitate negocij, Et ſi contigerit ꝙ aliqua riſſa interuenerit inter Poteſtatem: ⁊ Capitaneū: vel eorum officiales ⁊ familiares in qua riſſa interueniſſet enormis leſio: vel cū ſanguinis effuſione: Tunc domini Priores populi debeant ſe coaddunare, ⁊ coaddunari facere camerarios artium dicte Ciuitatis pro dicta riſſa ſedanda, ⁊ ad pacem ⁊ concordiam reducenda: ⁊ ſi riſſa: ſeu aliquod maleficium cōmicteretur inter familiam Poteſtatis inter ſe tunc Poteſtas debeat dictum maleficium ſeu meſchiam, cōmiſſuz/vel cōmiſſam inter familiares ſuos infra quintam diez/a die cōmiſſi maleficij ꝑ ſententiaz terminare, ⁊ delinquentem punire. Et ſi non fecerit Capitaneus ſecundum formā Statutoꝝ eoſdez punire teneat̄. Et hoc idem dixerūt ⁊ ordinauerūt de familia Capitanei: Si ipſe Capitaneus neglexerit familiares ſuos delinquentes debita pena punire Jta ꝙ punicio fieri poſſit ⁊ debeat ſecunduz ꝙ de Ciuibus Ciuitatis Aſiſij fieri poſſet/ ſi ſimile maleficiū cōmicteret̄. Et ſi quis de Aſiſio vel de comitatu; vel habitantes eoꝝ vel alicuius eoꝝ tēpore dicte riſſe fauerint alicui ex predictis in centū lib. deñ. ꝓ quolibet cōdēnet̄ ꝑ ſucceſſorem dñoꝝ ſuperius noīatoꝝ. Et in dicto caſu contra eos inquiri poſſit. Aliquo ſtatuto ⁊ lapſu temporis non obſtante. Et hoc Capitulum ſit preciſum.

ℭ Q: cuilibet ſit licitum proteſtari de iure ſuo corā officialibus. Rubrica. 31.

CUilibet De ciuitate Aſiſij; ⁊ eius diſtrictu. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ liceat ⁊ libere poſſit ſine pena coraz Poteſtate vel Capitaneo: vel eorum: ⁊ cuiuſlibet eorum officialibus Jre ⁊ proteſtari de iure ſuo. Et proteſtationem quili

bet

bet notarius de Aſiſio ſcribere: ⁊ proteſtationē publicam reddere. Et ſi Poteſtas vel Capitaneus: vel aliqs officialis ſeu familiaris in proteſtatione ꝯdiceret: vel inhiberet: vel bannum imponit ſeu penam aliquā proteſtanti: vel notario ſcribenti proteſtationē: qui notarius vocaretur, perdat de ſuo ſalario ꝯdicens: vel inhibens: vel bannū ſeu penā imponens centuȝ lib. den. que pena dicto cōi appli etur: ⁊ hoc capitulū ſit precisum. Saluo ſtatuto de appel. in ſtatu. contento. Et ꝙ per dictos officiales vel alterū ipſorū non poſſit nec debeat procedi vllo modo vel cauſa per directum vel obliquū contra tales ꝓteſtantes ⁊ ſcribentes dicta de cauſa: nec procedi facere. Et ſi quis dictorū dñorum vel officialium ꝯtrafecerit per eorum futuros ſindicos in quinquaginta lib. den. pro qualibet vice: ⁊ quolibet ꝯfaciente in predcis debeat cōdēnari. Et proceſſus non valeat, nec teneat in preiudicium predictorum.

De terminis miſſis circa montem ſubaſium. Rub. 33.

Quoniam Naturale vitium eſt negligi quod cōmuniter poſſidetur ne res ⁊ bona cōmunis ⁊ populi negligantur idcirco ſtatuerūt ⁊ ordinauerunt hac lege in perpetuū valitura. Q: omnes termini qui imiſſi ⁊ poſiti ſunt circūcirca mōtem ſubaſium ⁊ eius appendicias, prout nunc ſunt. Sint ⁊ habeantur pro veris terminis ⁊ conſinibus inter cōe predictum ⁊ ſingulares perſonas. Et nulla perſona audeat: vel preſumat ſcarcare, vel deſtruere dictos terminos: ⁊ qui ꝯfecerit per Poteſtatem vel Capitaneum dicte ciuitatis puniatur in quingentis lib. deñ. Et ſi contingerit talem perſonaȝ venire in fortiam cōis predicti: ⁊ .j. decem dies a die condēnationis cōputandos ſi predictam quantitatē pecunie nō ſoluerit cuȝ effectu a dicto termino in antea amputet ſibi manus dextera. Et nihilominus talem terminū faciat reactare ſuis proprijs ſumptibus ⁊ expenſis. Si vero aliquis terminus diſcarcatus inueniretur / tunc per cōmune hominū baylie: in cuius territorio ⁊ baylia talis terminus erat: cogantur .j. tres dies poſtq̄ fuerit eis preceptum ipſum terminum reactare ⁊ in priſtinū ſtatum reducere teneant. Et ſi facere neglexerint vt dictum eſt per Poteſtatem vel Capitaneū in vigintiquinq̄ lib. deñ. condēnentur. Et nihilominus ad reactionem dicti termini cogantur. Si vero terminus diſcarcatus non eſſet in aliqua baylia tunc tenentes ⁊ adiacentes: ⁊ propinquiores cogantur ad hmōi terminum reactanduȝ .j. dictum terminū poſtq̄ fuerit eis denunciatum. Et ſi facere neglexerint: vt dictum eſt per Poteſtatem vel Capitaneū in decem lib. deñ. condēnentur, ⁊ ad refectionē termini cogant. Et ad denunciā de predictis quilibet admittat: ⁊ habeat medietatē banni. Et dñs Capitaneus populi ⁊ eius miles qui pro tpe erit in ciuitate predicta ſemel durante officio ipſius vinculo iuramenti, ⁊ ad penam quinquaginta lib. deñ. de ſuo ſalario auferendarū perſonaliter teneatur ire cum duobus bonis ⁊ legalibus iuris de qualibet porta. Et habere poſſit vſq̄ in decem hominibus de armenzano: ⁊ de coſta trecbeſi ⁊ de panzo: ⁊ de alijs locis ⁊ baylijs circūſtantibus dicti montis qui vna cum dictis dñis officialibus videre debeant fines: ⁊ terminos veteres ⁊ antiquos dicti montis, ⁊ ipſos facere remurare: ⁊ omnia iura dicti mōtis reacquirere. Et ſi aliquis ſeu aliqui termini fuerit vel fuerint: mittendus: vel mittendi de nouo mittantur ⁊ ponantur ſm prouiſionem / ſniam ⁊ declarationem predictorū: prout melius ⁊ vtilius pro cōe Aſiſij videbitur faciendum. Et ſi aliquis terminus iam poſitus ⁊ imiſſus eſſet diſcarcatus / ſeu diſtractus vel non reinueniretur in loco dicti montis vbi iam fuit dñi Poteſtas ⁊ Capitaneus ⁊ eorum milites: ⁊ quilibet ipſorum: vel alter eorū dictos terminos faciant reactari expenſis cōis ad renam ⁊ calcem. Et etiaȝ remitti ⁊ remurari facere in loco ⁊ locis. In quo vel in quibus termini fuerunt. Ita ⁊ taliter ꝙ ius cōis in aliquo non fraudetur. Voluerunt inſup ⁊ ordinauerunt. Q: paſture montis cōis vt habilius terminentur ⁊ etiā omnes vie per quas ire poſſint homines ciuitatis ⁊ cōmitatus cū beſtijs ⁊ ſine beſtijs ad laborandū ⁊ paſchulandū per dictum montē dictam terminationē faciant fieri proximi priores qui erunt in officio prioratus poſt publicationē preſentium ſtatutoruȝ. Et ſi dicti dñi Priores, vel aliquis ipſorū fuerit ſeu fuerint negligentes in predictis cōdēnentur in vigintiquinq̄ lib. deñ. pro quolibet ipſorum cōmuni Aſiſij applicand.

De parte ſilue carceris non incidenda, ⁊ de alijs in capitulo contentis. Rub. 34.

Ad reuerentiam Beati Franciſci: ⁊ vt locus carceris ipſius qui eſt in monte Subaſio predicto ſit honeſtior. Et vt fratres qui ibidem morari voluerint ad ſeruitiū ⁊ ſeruiendū dicto Beato Franciſco / honeſtius me

lius ⁊ ſecretius valeant cõmorari. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ꝙ Silua communis que eſt
circũcirca ipſum carcerem non vendatur: nec incidatur per cõe Aſiſij: nec per aliquẽ ſeu ali-
quos qui dictam ſiluam emerint a cõe predicto: nec vendatur pro paſtura, nec poſſit paſtura-
ri per ſpatium quatuor modiolorum mẽſurandorũ circa ipſum carcerem ſm mandatũ do-
minorum priorũ. Ita tñ ꝙ proprietas dictorũ quatuor modio. ſit ipſius cõis: ⁊ per preſens
capitulum nullum ius concedatur ipſi carceri: nec dicto cõi aliquod preiudiciũ generet per
ipſum. Et ꝙ oẽs carceres ⁊ loca que ſunt in monte ſubaſio in territorio cõis Aſiſij / habeant
⁊ habere debeant ipſa loca: ⁊ quilibet ipſoꝝ de ſilua cõis computato terreno loci clauſtri ⁊
ſilue vnum mediolum pro quolibet ipſorum locoꝝ. Et ꝙ qñ venderentur ſilue cõis: in vendi-
tione non veniant ſilue ipſorum locorum / nec alicuius eoꝝ. Sed ſint exceptuate: ⁊ exceptua-
te habeantur: non obſtante ꝙ in inſtrõ non eſſet facta exceptuatio. Et nullus poſſit in ipſis
ſiluis: nec in parte ipſarum leuare nec incidere ꝯ voluntatem fratrum ⁊ fraticellorum ⁊ ſo-
cioꝝ locorũ / ſub pena ꝯfacienti quinquaginta lib. deñ. Et quilibet admittatur ad denuncian-
dum: ⁊ accuſandum: ⁊ habeat medietatem banni. Et ꝙ oẽs carcere predicti: ⁊ terrenum ⁊
ſilue ſint cõis Aſiſij, ⁊ proprietas ⁊ dominium remaneat ipſi cõi. Et ꝙ oẽs fratres ⁊ fraticel-
li ipſorum locorum / teneantur ⁊ debeant recognoſcere ꝙ ipſos carceres ⁊ loca ipſorum
carcerum teneant pro cõe Aſiſij. Et non pro aliqua alia perſona / loco / conuentu / fraternita-
te, vel vniuerſitate. Et nullus ex dictis locis. Scilicet locus conuentus: capitulũ fraternitas,
ſeu vniuerſitas: ⁊ aliqua alia perſona poſſit in ipſis carceribus ⁊ locis aliquo iure vti: nec fra-
tres ⁊ fraticellos mõ aliquo inquietare: nec moleſtare ſub pena ꝑ quolibet ꝯfaciente ⁊ qua-
libet vice centũ lib. deñ. Et ꝙ ipſi fratres ⁊ fraticelli qui ſtant in ipſis locis non poſſint ipſos
carceres: vel aliquem ipſorũ vendere: nec alienare, nec alteri concedere. Et ſi ꝯfecerint non
valeat quod factum fuerit. Et ſi contigerit ꝙ aliquis ex dictis fratribus: ſeu fraticellis dece-
deret: vel ſi abſentaret: ꝙ loco eius alter ponatur per dños Priores populi dicte Ciuitatis
Aſiſij / prout eis videbitur ⁊ placebit. Et nullus ex ipſis fratribus ſeu fraticellis: ⁊ moranti-
bus in ipſis carceribus ⁊ locis poſſit remoueri ⁊ expelli per aliquam perſonam: capitulum
fraternitatem ſeu vniuerſitatem: niſi per cõe Aſiſij: ⁊ dños priores dicte ciuitatis. Et dñs po-
teſtas ⁊ capitaneus populi non permittant ꝙ dicte particule conceſſe dictis carceribus pro
fratribus ⁊ fraticellis qui morantur in eis incidantur vel tollantur per aliquam perſonã,
que ſiluam ⁊ montem: vel dicti montis ligna emeret. Et dñs capitaneus populi dicte ciuita-
tis Aſiſij teneatur ⁊ debeat vinculo iuramenti ⁊ ad penam. xxv. lib. deñ. anno quolibet per
quindecim dies ante feſtum oĩum Sanctorum proponi facere: ⁊ proponat in conſilio came-
rariorum de parte ipſorum lignorum: ⁊ de ſilua que vendi debet quolibet anno. Et prout in
dicto conſilio videbitur ⁊ deliberabitur procedatur. Et in qualibet venditione mõtis ſuba-
ſij, que fiet in dictis terris: ⁊ in venditione ipſius ſemper ponatur de pacto. Q: nullus paſtu-
ret in ſiluis dicti montis nec in terris ſitis infra ſiluas ipſius montis. Et hoc capitulũ ſit pre-
ciſum: ⁊ etiam capitulum de terris montis ſubaſij proxime dictum in qualibet parte dictorũ
capitulorum ſit preciſum: que tolli non poſſint conſilio / concione: vel arenga. Nec dñi prio-
res non poſſint poſitionem: ſeu propoſitam facere ꝙ tollatur vllo alio capitulo non obſtãte.
Et ſiquis contrafecerit ꝙ dicta capitula tollantur condẽnetur in quinquaginta lib. deñ. cõ-
muni Aſiſij applicandorum. Et predicti domini teneantur predicta preciſe obſeruare ad pe-
nam quinquaginta lib. deñ.

¶ Q: nullus de Aſiſio vendat aliquã poſſeſſionẽ alicui forenſi. Rub. 35.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q: nullus de iuriſdictione Aſiſij audeat ali-
cui de alterius iuriſdictione vendere donare ⁊ permutare: vel alienare ali-
quam rem ſtabilem aliquo modo, nec alicui forenſi in dotem dare: nec ius aliquod, nec ali-
quam actionem concedere contra cõmune Aſiſij: nec contra ſpeciales perſonas ipſius: ali-
quo modo. Et contrafacientem: Poteſtas ⁊ Capitaneus Ciuitatis Aſiſij: auferat nomine
pene, ⁊ puniat in quinquaginta lib. deñ. ⁊ compellat eundem qui contrafecerit ad dictam
penam ſoluendam, ⁊ illud ius reuocare ⁊ reacquirere. Et ſi bannũ ſoluere non poterit pu-
niatur arbitrio Poteſtatis vel Capitanei, ⁊ ad denunciandũ quilibet admittatur. Et ꝙ oẽs vẽ-
ditiones / donationes / ꝑmutationes / vel alienationes facte ꝯ predictam formã nõ valeãt nec

teneant

teneant ipſo iure: ꝛ pro caſſis ꝛ irritis habeant̃ auctoritate preſentis ſtatuti. Et ꝙ nulla perſona de Aſiſio: vel eius diſtrictu audeat vel preſumat recipere, vel emere aliquod ius/vel actionez cuiuſcunqȝ rei vel quantitatis exiſtat ab aliqua perſona forenſi que non habitaret in Ciuitate Aſiſij contra aliquam perſonã oriundam in dicta ciuitate: vel eius cõmitatu ad penam quinquaginta lib. deñ. pro quolibet ꝯfaciente, ꝛ qualibet vice. Et ſi reciperet vel emeret contra dictam formam: ꝙ tunc inſtrumentũ talis venditiõis, vel emptionis: vel receptionis in quacũqȝ forma verborum appareret ſit ꝛ eſſe debeat caſſũz ꝛ nullum: ꝛ nullius valoris: ꝛ pro caſſo ꝛ irrito habeatur. Et ipſo inſtrumẽto ac iuribus aliqua perſona in curia Ciuitatis Aſiſij vti non poſſit neqȝ debeat. Et hoc locum habeat in illis inſtrumẽtis que fierent in futurum. Et Poteſtas ꝛ Capitaneus populi qui pro tẽpe fuerint teneant̃ ꝛ debeant predicta oĩa facere obſeruari ad penã quinquaginta lib. dena. Ad petitionẽ ꝛ requiſitionem cuiuſcũqȝ perſone ꝯ quam talia inſtrumenta fuerint producta vel exequi peterentur.

¶ De pena offendentis patrem vel matrem. Rub. 36.

Si filiuſfamilias offenderet patrem ꝛ matrem dicto vel facto. Statuerunt ꝛ ordinauerunt. Q̃ Poteſtas ꝛ Capitaneus teneatur ipſum filium punire in perſona ꝛ rebus ſi placuerit patri vel matri: nõ obſtante ſi fuerit mancipatus: ꝛ deneget eidem filio ſtare in domo paterna: vel materna. Et ſi Poteſtas, vel Capitaneus in hoc fuerint negligentes perdant de ſuo ſalario viginti quinqȝ lib. deñ. Et ad denunciandũ quilibet admittatur. Et idem dixerunt eſſe ſeruandũz per Poteſtatẽ ꝛ capitaneũz ad dictam penam in auo ꝛ auia contra Nepotes.

¶ Q̃ nullus vadat poſt tertium ſonum campane. Rub. 37.

DOminus Poteſtas: ꝛ Capitaneus populi qui nunc ſunt ꝛ pro tempore fuerint. Statuerunt ꝛ ordinaue. Q̃ teneantur ꝛ debeant ſub pena quinquaginta lib. dena. pro qualibet vice qua ꝯfecerint/facere ad reuerẽtiã Beate Marie virginis pulſare campanam populi Ciuitatis Aſiſij quolibet ſero ꝛ mane ad laudem: ſecundum ꝙ actenus extitit conſuetũ: videlicet ter in ſero: ꝛ ſimiliter de mane ante diẽ. Et ꝙ nullus poſt tertium ſonum campane que pulſatur de ſero: ꝛ ante ſonum campane que pulſatur de mane vadat de nocte per Ciuitatem Aſiſij burgos vel ſub burgos: ad penam ꝛ bãnum viginti ſol. dena. pro quolibet contrafaciente: ꝛ qualibet vice. Poſſint tamen dicti domini, ꝛ eorũ officiales ꝛ familiares oẽs quos inuenirent contrafacientes in predictis ꝛ infraſcriptis ad palatium ducere ꝛ retinere vel ipſos relaxare cum fideiuſſoribus: vel ſine fideiuſſoribus: inſpecta ſemper qualitate facti: ꝛ conditione perſone. Poſſit tamẽ quilibet poſt tertium ſonum cãpane ſtare ꝛ morari prope domuz. In qua habitat: ſeu cameram ſiue apothecam, in qua iacet per tres domos. Et ire per ciuitatem ꝛ burgos ꝛ ſub burgos cum lumine: vel igne apparente tres perſone ad plus pro quolibet lumine vel igne patienter ꝛ ſine clamore ꝛ honeſte. Et tẽpore vindemiarũ ꝛ meſſium oẽs poſſint ire per Ciuitatẽ Aſiſij: burgos ꝛ ſub burgos omni hora cum beſtijs: ꝛ ſine beſtijs cauſa eundi foras ꝛ redeundi ꝑ eorum neceſſitatibus ꝛ factis cum lumine ꝛ ſine lumine. Et cã vindemiandi vel perficiendi vindemias. Et ſi quis predictorum dñorum: vel officialium ꝯfecerit perdat quilibet eorũ de ſuo ſalario viginti quinqȝ lib. dena. Voluerunt etiã. Q̃ dicti dñi Poteſtas vel Capitaneus nõ debeant ipſam campanã pulſare de ſero pro tertia vice: niſi elapſis duabus horis noctis. Et de mane in aurora: ſiue per horam ante diem: ad penam decem librarũ dena. pro qualibet vice qua contrafecerint cõmuni Aſiſij applicandã. Et cuilibet licitum ſit denũtiare ꝛ accuſare: ꝛ credatur iuramento ipſius denuntiatoris, vel accuſatoris cum vno teſte: ꝛ eius nomen teneatur in ſecreto: de quibus debeant ſindicari tempore eorum ſindicatus per eorum ſindicatores deputandos per commune Aſiſij.

¶ Q̃ nullus edificet in ſtratis publicis. Rub. 38.

ITem Statuerunt ꝛ ordinauerunt. Q̃ nullus audeat vel preſumat auctoritate propria edificare: nec hedificari facere iuſta vel prope ſtratas ꝛ vias publicas ꝛ vicinales, niſi obtenta lñia prius a dño poteſtate vel capitaneo: vel eorũ iudice: q añqȝ ꝓcedat licẽtiã edificandi mittat vnũ ex notarijs ſuis ad locũ ad capiendũ menſurã vie vbi edificat̃, ad hoc vt edificans nõ poſſit occupare viã nec plateã, nec ſtrataz in aliquo ledere, ꝛ vt ꝑꝑ id nõ habeat dare mãm ſcandali. Et qui ꝯfecerit ꝯdẽnet̃ ꝑ dñz ꝑtãtẽ vel capita. in. xx. lib. deñ. dũmõ ꝙ dictus notarius licẽtiã de ꝑdictis ꝓcedere nõ poſſit: ꝛ edificiũ reducat in ſtatuz

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q; Poteſtas ⁊ Cap. Ciuitatis Aſiſij hēant plenam auctoritatē/arbitrium/imperiū ⁊ bailiam multandi ⁊ ꝯfinādi oēs ꝑſonas enorme maleficiū cōmittentes, ⁊ oēs alias ꝑſonas de qbus haberet̃ ſuſpitio ⁊ fama pro ipſoꝝ vel alicuius ipſoꝝ inimicitia quam hꝫ vnde poſſet periculū exoriri in ciuitate ⁊ cōmitatu Aſiſij. Et predicta remaneant in ꝯſcia ipſoꝝ dñoꝝ Ptātis ⁊ Capi. ⁊ penaꝫ ⁊ banna imponere ⁊ tollere pro cōi ab inobediente/aliquo ſtatuto vel ordinamento nō obſtante. Et quicquid ipſi dñi Poteſtas ⁊ Capitaneus: ⁊ qlibet ipſoꝝ ⁊ eoꝝ officiales fecerint in predictis vel aliquo predictorū cuꝫ licentia ⁊ conſenſu quinqꝫ ex dñis Prioribus populi hēatur pro iuridice ⁊ legitime facte: aliquo ſtatuto incontrariū loquente non obſtante.

¶ Quod dicatur ⁊ intelligatur eſſe maleficium. Rub. 83.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q; illud intelligatur eſſe maleficium ⁊ dicat̃ maleficium vnde pena reſultaret in communi, tam ex forma ſtatutorum ⁊ ordinamentorum: q̄ etiam ex alio iure ⁊ modo a quinqꝫ libris ſupra.

¶ De pena iniuriantium fratres vel ſorores. Rub. 84.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q; ſiquis vel ſiqua fecerit iniuriam fratribus minoribus vel dominabus S. Clare: de S. donato panzo S. Catharine: vel de Sancto Apolinario: aut de Sācto Paulo/de Abbatiſſis ſeu de alijs locis religioſis recluſis/de Ciuitate vel cōmitatu Aſiſij/puniatur in duplum eius pene qua puniret̃ ſi aliuꝫ offenderet ſimili leſione. Et in hoc quilibet admittatur ad accuſandum.

¶ De pena homicidij ⁊ cōmittentis homicidium. Rub. 85.

SI quis Occiderit vel occidi fecerit aliquē Aſiſinatēſem vel cōmitatenſeꝫ Aſiſij. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q; ſi fuerit in fortia cōiꝫ Aſiſij/ſibi caput a ſpatulis amputetur ita ꝙ moriat̃ oino. Et ſi nō venerit in fortiā dicti cōis in amputatione capitis ꝯdēnetur. Et ꝙ ſi quo tpe venerit in fortiam dicti cōis ſibi caput a ſpatulis amputetur ita ꝙ moriat̃ oino ⁊ bona ipſius nō publicent̃ cōi. Si vero nō venerit in fortiā cōis: ⁊ bona illius eſſent maioris valoris cuius valoris eſſent bona talis occiſi: dūmō dicta bona talis occiſi non poſſint extimari minori quantitate quinquaginta lib. deñ. poſito ꝙ minoris valoris eſſent: quelibet bona predicta vſqꝫ ad valorem bonorum dicti occiſi heredibus ſiue filijs dicti occiſi applicentur, ⁊ abinde ſupra dicto cōmuni.

¶ De pena cuius occidentis foreſem. Rub. 86.

ITem Statuerūt ⁊ ordinauerūt. Q; ſi aliqs ciuis vel cōmitatiuus ciuitatis Aſiſij occiderit aliquē hoiem aduenā ſeu forēſeꝫ in. c. flor. aureis ꝯdēnet̃ ſoluēdiꝫ maſſario camere cōis Aſiſij. ꝫ. xv. dies a die dcē facte ꝯdēnationiꝫ numerādos: quā penā ſi nō ſoluerit. ꝫ. dictū tps, caput a ſpatulis ſibi amputet̃. Et ſi nō venerit in fortiā cōis Aſiſij ꝯdēnet̃ talis occiſor in dicta pena. c. duca. auri ſoluenda. ꝫ. xv. dies: ⁊ in bāno ponat̃, qđ ſi nō ſoluerit ꝫ. dictū tps: ⁊ vllo vnq̄ tpe venerit in fortiam dicti cōis caput a ſpatulis ſibi amputet̃, ⁊ bona illius occiſoris dicto cōi publicent̃ vſqꝫ ad dictā ſūmam ⁊ quantitatē. c. ducatorum auri.

¶ De pena extinguentis aliquem veneno. Rub. 87.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q; ſiquis tam ciuis q̄ cōmitatenſiꝫ vel forenſis extinſerint aliquā vel ꝯſumpſerit veneno: vel vendiderit dictū venenum in caſu predicto ſcienter: igne cōburatur ita ꝙ moriatur oino, ⁊ oia eius bona deueniant in cōi. Et hoc capitulū ſit preciſuꝫ. Et per Poteſtatē ⁊ Capitaneū ⁊ quēlibet officialē debeat in quolibet predictoꝝ caſuū integre obſeruari pena centū lib. deñ. pro quolibet ꝯfaciente ⁊ qlibet vice. Et de ꝑdictis ⁊ quolibet predictoꝝ poſſit inquiri ēt ex offō ipſoꝝ dñoꝝ officialiū.

¶ De pena offendentiꝫ aliquem precio. Rub. 88.

ITem Statuerunt ⁊ ordi. Q; nulla ꝑſona cōmittat maleficiū aliqđ ꝑ denarioꝫ in ꝑſonā alicuius de ciuitate vel diſtrictu Aſiſij. Et ſiqs ꝯfecerit ⁊ ſanguis exiuerit amputet̃ ſibi manus, ⁊ taliſ cōmitti faciens aliquod maleficiū ꝑ denarioꝫ ⁊ ſanguis exiuerit ꝯdēnet̃ in dupla pena pecuniaria in q̄ puniri dēret ſi tale maleficiū principalr̃: ⁊ nō ꝑ denarios cōmiſiſſet. Et ſi homicidiū ſeqret̃: tā occiſori q̄ occidi faciēti ꝑ denarios caput a ſpatuliꝫ

amputeꝛ.Et bõa ipſoꝝ cõi Aſiſij publiceñ ſm ordinẽ traditũ in ſtatu.loquẽ.ƺ homicidio.&.

¶ De pena occidentis ſiue occidi facientis aliquem bona cuius occiſi prouenirent ad occiſorem:deueniant ad hoſpitale cõis. Rub. 89.

Si quis occiderit vel occidi fecerit aliquẽ, cuius bona vel eius ſucceſſio/vel hereditas, vel pro parte:vel in totum:ex teſtamẽto vel ab inteſtato/vel aliter eſſent prouentura/vel ad ipſum occiſorem vel ad ipſum occidentem, vel occidi facientẽ per/uenirent. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ bona ipſius mortui, vel occiſi que ad ipſum occidẽtem erant prouentura:vel occidi facientem vt dictuꝫ eſt:integre ſine aliqua diminutione deueniãt hoſpitali Cõis Aſiſij: ⁊ dicto hoſpitali applicenꝛ.Ipſe vero occiſor, vel occidi faciẽs in aliquo nõ ſuccedat, nec ſuccedere poſſit ipſe nec vxor:nec filij eius aliqs eius legitimus.

¶ Qꝫ nullus tpe rumoris accipiat aliqd alicui nec ciuem aſſociet. Rub. 90.

Item Statuerunt, ⁊ ordinaurunt. Qꝫ quicũqꝫ rumorẽ ſciens vel ſcire debens ⁊ tpe rumoris qui eſſet in ciuitate Aſiſij aliquid acciperet alicui ꝯ ſuam voluntateꝫ valore.xx.ſolidorũ deñ.vel abinde ſupra pes eidẽqꝫ amputetur. Si vero domum intrauerit cap.eidem amputetur/ita ꝙ moriatur omnino.Et ꝙ nullus de Aſiſio debeat ſociare aliquẽ alium ciuem ciuitatis Aſiſij ad aliquod maleficium cõmittendum cum effuſione ſanguinis. Et qui ꝯfecerit ſoluat triplum pluſqꝫ ſoluere deberet per formaꝫ ſtatutoꝝ ſeu ordinamentorum Ciuitatis Aſiſij.Et ꝙ omnes ſocietates, iure ⁊ ſecte facte per quoſcunqꝫ in ciuitate vel cõmitatu Aſiſij ſint caſſe: ⁊ nullius valoris.Et quodãmodo nulla ſocietas iura ⁊ ſecta poſſit fieri ſine licentia dñorum Prioꝝ populi, pena ꝯfacientti, ⁊ ſcribenti quinquaginta lib. deñ.quã penam ſi ſoluere nõ poterit amputetur ſibi pes, ⁊ notarius ſcribenſ pingatur in palatio cõis.Et ꝙ de cetero a cõe Aſiſij nullum officium poſſit percipere vel hẽre: ⁊ ꝙ de predictis inquiri poſſit ⁊ per inqſitionẽ procedere ſine promotore:aliquo ſtatuto nõ obſtãte.

De pena aſſociantis aliquem forenſem ad faciendum rumorem. Rub. 91.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ qcunqꝫ de Ciuitate Aſiſij vel cõmitatu aſſociauerit ſine armis:vel cum armis aliquem forenſeꝫ ad faciendum rumorem ex quo poſſet turbari:vel turbaretur ſtatus pacificus Ciuitatis Aſiſij/ puniatur in quingentis lib.deñ. ⁊ ſi non poterit ſoluere.ĩ.iij.diem amputetur ſibi caput:forenſis vͦ in caſu predicto capitis amputatione puniaꝛ ita ꝙ moriaꝛ oĩo.Et intelligaꝛ rumore incepto eſſent decẽ, vel a decem ſupra hoĩes ciues vel forenſes tm̃: ⁊ cõmitatenſes vel forenſes tm̃ armati.

¶ Qꝫ tpe rumoris hoĩes villarum cõmitatus Aſiſij teneantur trabere ad cuſtodiam ſtratarum ipſius ville. Rub. 92.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ hoĩes villarum cõmitatus Aſiſij tpe rumoris teneanꝛ trabere ad cuſtodiã ſtrataꝝ ville predicte: ⁊ capere oẽs malefactores tam terrigenas qꝫ forẽſes pena.xxv.lib.deñ. ꝓ qlibet bailia: ⁊ cẽtũ ſol.deñ.pro qualibet habitante in dicta bailia ⁊ iuxta dictas ſtratas.Et ꝙ de predictis Poteſtas ⁊ Capitaneus ⁊ qlibet eorũ poſſit ⁊ teneatur inqrere pena.xxv.lib.deñ.pro quolibet ipſorum.

¶ De pena forenſis vel exbãniti incipientis rumorem vel rixam. Rub. 93.

ITem Statuerũt ⁊ ordinauerunt pro euidenti vtilitate cõis ⁊ fauore ciuium ⁊ cõmitatenſium Ciuitatis ⁊ cõmitatus Aſiſij. Qꝫ quicũqꝫ forenſis vel exbannitus de Aſiſio inciperet in Ciuitate Aſiſij prefate/aliquẽ rumorem/vel meſchiã/vel riſſam cũ aliquo ciue:vel cõmitatẽ ſi Ciuitatis prefate:cũ armis vel ſine/de die vel de nocte ſoluat penaꝫ ⁊ penas in ſtatutis cõtentas.Et nihilominus talis ciuis:vel cõmitatenſis poſſit talem forenſem ⁊ exbãnitum vnum vel plures offendere verbis ⁊ factis: cum armis ⁊ ſine/cum ſanguine ⁊ ſine/abſqꝫ pena ⁊ banno, Immo ad predicta poſſit eſſe aſſociatus cum duobus ciuibus ⁊ cõmitatenſibus alijs ad predicta ſine pena ⁊ banno. Saluo ꝙ non poſſit forenſis occidi/niſi eſſet primo ciuis/vel cõmitatenſis occiſus:vel cũ armis: ⁊ ſanguinis effuſione percuſſus.Et tunc conſanguinei occiſi ſi illũ vel illos interficiẽtes/percutientes ⁊ occidentes percuterent/occiderent:vel interficerent non teneanꝛ ad penam : nec in predictis per Poteſtatem vel Capitaneum:vel alterum eoꝝ procedi poſſit ꝯ predictos, vel alterum eoꝝ/per eoſdem, nec per accuſato.denunciam vel aliter.Et ſi procederenꝛ non valeat proceſſus:nec de dicto proceſſu poſſit ſequi condẽnatio: ⁊ ſi ſequeretur vel fieret/nõ poſſit executioni mandari:pena dictis Poteſtati vel Capitaneo: ⁊ cuilibet eorum quingentaꝝ lib.deñ.ſi in aliquo contra predicta vel aliquod predictorum facerent quoquo modo.

¶ De pena

¶ De pena receptantium ⁊ aſſociantiū exbannitos. Et ꝙ exbanniti poſſint alium ducere. Rub. 94.

Si quis De ciuitate vel cõmitatu Aſiſij receptauerit aliquem exbannitum de ciuitate vel cõmitatu pꝛedict. pꝛo aliquo maleficio in domo vinea ſeu cappana/ſiue poſſeſſione ſcienter. Statuerunt ⁊ oꝛdinauerunt. Q; ſi talis exbannitus fuerit condẽnatus a.xxv.libꝛis ſupꝛa vſqꝫ ad centū lib. deñ. condẽnetur in.x.lib.deñ. Et ſi fuerit exbãnitus a centum libꝛis ſupꝛa pecunialiter: vel aſſociauerit condẽnatum/in quinquaginta lib. deñ. condẽnetur: vel condẽnatum in perſona/condẽnetur receptans: ⁊ etiam ille qui eū aſſociauerit in centum lib.deñ. pꝛo quolibet ⁊ qualibet vice cõdẽnetur. Dūmodo exceptuãtur a dicta pena pater/mater/frater/filius/maritus vxoꝛ, ſoroꝛ: qui ⁊ quilibet ipſoꝝ qui fecerint contra pꝛedicta, vel aliquod pꝛedictoꝝ fecerit condẽnentur pꝛo quolibet ⁊ qualibet vice in centum ſolidis deñ. Et quilibet admittatur ad denunciandū ⁊ accuſandum. Qui vero pꝛeſtiterit auxilium conſilium, vel fauoꝛem alicui exbannito a.xxv.libꝛis ſupꝛa puniatur ⁊ condẽnetur in media pena in qua eſſet condẽnatus vel exbãnitus talis exbannitus: dūmodo dicta pena non poſſit excedere ſummam centum lib. dena. niſi homicidium cõmitteret per dictum exbannitum ſic aſſociatum. Q; tunc pꝛeſtans auxilium/conſilium vel fauoꝛẽ ad penã debitā teneatur. Et quicūqꝫ dederit auxilium conſilium vel fauoꝛem alicui exbannito vel condẽnato a.xxv.lib.ſupꝛa ad excappandum/vel euadendū ne caperetur: vel ne captus in foꝛtiam cõmunis Aſiſij duceretur/puniatur ⁊ condẽnetur in ea pena ad quã talis exbãnitus teneretur ⁊ condẽnatus eſſet ſi pecunialiter eſſet exbãnitus vel condẽnatus. Si autem in perſona eſſet exbannitus vel condẽnatus: condẽnetur ⁊ condẽnari debeat in ducentis lib.deñ. Et ꝙ baiuli villarū teneantur ⁊ debeant ad penam.x.libꝛaꝝ dena. Et etiam homines bailiarū teneant̃ ⁊ debeant ad dictam penam dare auxiliū conſilium ⁊ fauoꝛem familie dñoꝛum Poteſtatis vel Capitanei ⁊ ceteris hominibus qui irent ad capiendum hmõi exbãnitos ⁊ condẽnatos totiens quotiens inuenerint/aut in eoꝝ villis moꝛarentur per eoꝛum villas ⁊ bailias, ⁊ trahere ⁊ currere poſt ipſos ⁊ clamare. Et Poteſtas ⁊ Capitaneus ⁊ quilibet eoꝝ ſemel in menſe teneantur mittere in cõmitatu Aſiſij familias ipſoꝛū pꝛo exbãnitis ⁊ condẽnatis capiendis ⁊ ducendis in foꝛtiam cõis Aſiſij ad penam quinquaginta lib. deñ. Et quicunqꝫ exbannitus ſeu condẽnatus cõis Aſiſij apoſtauerit/oꝛdinauerit ⁊ ceperit aliquem exbãnitum ciuitatis Aſiſij pꝛo maleficio a.xxv.lib.ſupꝛa/remittatur tali exbannito/ſeu talibus exbãnitis ⁊ condẽnatis/capienti ſeu capientibus: ⁊ pꝛeſentanti ſeu pꝛeſentantibus coꝛam dño Poteſtate vel Capitaneo, vel eoꝝ vel alicuius eoꝝ curie ⁊ curijs tm̃ de condẽnatione ipſius vel ipſoꝝ talem exbãnitum ⁊ condẽnatū ſic duceñ. ⁊ pꝛeſentañ. quantum exbannitus ſeu condẽnatus ſeu exbanniti vel condẽnati eſſent ſeu eſſet talis captus ſiue capti. Et ſiquis exbãnitus cõis Aſiſij pꝛeſentauerit aliquem exbannitum ⁊ condẽnatum in perſona vel pꝛo homicidio. Q; condẽnatio ſiue ſñia/aut bannum dicti capientis ⁊ pꝛeſentantis caſſetur ⁊ remittatur in totum. Et ꝙ qcunqꝫ exbãnitus ⁊ condẽnatus pecunialiter a quingentis libꝛis ſupꝛa vna cõdẽnatione vel pluribus pꝛo maleficio ductus fuerit in foꝛtiam cõis Aſiſij: ⁊ eius condẽnationem ⁊ quantitatẽ.ĩ.quintam diem poſtq̃ꝫ fuerit in foꝛtia cõis Aſiſij non ſoluerit/pes a crure penitus amputetur. Et ꝙ ad petitionem Poteſtatis ⁊ Capitanei ⁊ cuiuſlibet ipſoꝛum dñi Pꝛioꝛes ⁊ Camerarij artium teneant̃ ⁊ debeant eligere.v.homines per poꝛtā: pꝛout ipſis dominis Pꝛioꝛibus ⁊ Camerarijs videbit̃ pꝛo exbãnitis ⁊ condẽnatis capiendis: ⁊ adſequendis familiam ſeu familias pꝛedictoꝝ dñoꝛum Poteſtatis ⁊ Capitanei cum ſalario/pꝛout ipſis dñis Pꝛioꝛibus ⁊ Camerarijs, vel maioꝛi parte ipſoꝝ videbitur. Et qcunqꝫ nõ exbãni. caperet ⁊ pꝛeſentaret aliquẽ exbãnitum ⁊ condẽnatum cõi pꝛedicto a.xxv.lib.ſupꝛa pꝛo maleficio habeat ⁊ habere debeat quatuoꝛ ſol.deñ. pꝛo qualibet libꝛa condẽna. Scilicet duos ſolidos a cõi, ⁊ duos ſolidos ab exbãnito/ſiue condẽnato: dūmodo ſūmam qnquaginta lib.deñ. non excedat. Et ſi exbãnitus ſeu condẽnatus eſſet ad moꝛtẽ ille captus talis capiens ⁊ pꝛeſentans exbãnitum ⁊ condẽnatum dicti cõis pꝛo maleficio poſſit libere ⁊ impune ad Ciuitatem Aſiſij ad pꝛeſentandū ⁊ cõſignandū dictum talem exbãnitum vel exbãnitos venire coꝛam Poteſtate vel Capitaneo. Nec aliqs alius officialis aut ex officialibus dicti cõis poſſit tales exbãnitos pꝛeſentantes vel capientes alios exbãnitos/ſeu alium exbãnitum capere/detinere/moleſtare/vel aliquam iniuriam facere/dicto vel facto: nec aliqs alius poſſit eum ſeu eos impedire vel capere/vel retinere. Et ꝙ maſſarius cõis poſſit teneatur ⁊ de-

beat dictam quantitatem duoꝝ ſolidorū pro libra cum apodiſſa dñorū Priorum ſoluere ꝛ pagare de auere dicti cōis ſine ſuo preiudicio. Et ꝙ notarius cācellarie ſiue Camerarius dicti cōis teneatur vinculo iuramenti condēnationis ꝛ ſnias talium exbānitorū capientium ꝛ preſentantium alium ſeu alios exbānitos caſſare ꝛ annullare. Exceptis derobbatoribus: falſarijs/proditoribus ꝛ rebellibus: ꝛ vere homicidiarijs qbus bñficium preſentandi nō pſit. Et predicta obſeruentur per dictos officiales pena quinquaginta lib. deñ. Et ꝙ familiares dñorum Poteſtatis ꝛ Capitanei habeant bñficium ſtatuti quod hñt ciues ciuitatis Aſiſij pro illis exbānitis dicti cōis quos ceperint ſm formaȝ dictorū ſtatutorū: dūmodo nihil hēre poſſint de exbānitis tempore ſui regiminis ſeu primi proximi preceſſoris ſui.

¶ Q cuilibet liceat offendere exbannitos. Rub. 95.

ITem Statuerunt ꝛ ordinauerunt. Q quilibet poſſit ꝛ eideȝ liceat offendere exbannitos ꝛ condēnatos ꝛ vulnerare ſi fuerit exbannitus ꝛ condēnatus a quinquaginta lib. ſupra: vel exbānitus ſiue condēnatus pro homicidio/ furto/ falſitate prodimento vel aſſaſſinatione ſine pena ꝛ banno: ꝛ ſi eum occiderit condēnetur in centum libris denariorum cōmuni predicto.

¶ Q nullus vadat ad capiendum aliquam ciuitatem villam vel rocchā. Rub. 96.

ITem Statuerunt ꝛ ordinauerūt. Q nullus de ciuitate Aſiſij, vel cōmitatu eiuſdeȝ: vel habitator dicte ciuitatis vel cōmitatuſ: vadat vel mittat in futurū extra ciuitatem vel cōmitatum Aſiſij ad aliquā ciuitatem vel caſtrum terram/vel fortiliciuȝ/ monaſterium vel eccleſiā propinquum: vel propinquaȝ ciuitati Aſiſij per triginta miliaria/ vel infra/ſua propria auctoritate vel voluntate/vel ad petitionem alicuius cauſe/occupandi vel turbandi ſeu ſcandalum/ſeditionem ſeu turbationem faciendam/ſeu faciendi in dicta ciuitate caſtro/vel fortilicio: vel aliqua/ſiue aliquo eorum, vel occupata tenere: vel defendere aliquam ciuitatem terram caſtrum: vel fortilicium ciuitati vel cōmitatui Aſiſij propinquam per triginta miliaria/vel .ĭ. ſine licentia vel mandato ꝛ deliberatione cōſilij generalis vel populi ꝛ conſilij dñorum Priorū ꝛ notarij ipſorū dicte Ciuitatis Aſiſij de qua licentia ꝛ mādato appareat publica ſcriptura manu notarij reformationum dicte Ciuitatiſ, vel manu notarij dictorum dñoꝝ Priorū qui pro tpe fuerint ſub pena ꝛ ad penā eunti centum lib. deñ. ac mittenti aliter ꝙ̄ dictum eſt ducētaꝝ lib. deñ. quā penam ſi ſoluere non poterint ꝛ nō ſoluerint .ĭ. x. dies a die late ſententie numerandos in predictis amputet̄ eiſdeȝ ꝛ cuilibet ipſoꝝ non ſoluentium .ĭ. dictum terminum pes dexter ita ꝙ ſeparet̄ a corpore. Et ꝙ Poteſtas vel Capitaneus ꝛ quilibet ipſorū poſſit/teneantur ꝛ debeant de predictis ꝛ quolibet predictorum ſemel ꝛ pluries, ſi eis videbitur per inquiſitionem procedere ꝯ delinquentes in predictis: ſuper qua inquiſitione teneant̄ examinare ad minus .xv. bonos homines Ciuitatis predicte tam nobiles ꝙ̄ populares, ꝛ repertos culpabiles punire ꝛ condēnare in dictis penis/ vt ſupra dictum eſt: ſub pena centum lib. deñ. cuilibet dictoꝝ dñoꝝ ꝯfacienti: ꝛ qualibet vice. Et tpe ſindicatus ipſoꝝ teneant̄ aſſignare ipſas inqſitiones ꝑ ipſos formatas dictis tpibus/ corā ſindicis dicti cōis ſub dicta pena .c. lib. deñ. Et ꝙ ꝑ inqſitionē gñalē fiendā ad inueniēdū culpabiles/qlibet reptus culpabilis poſſit ꝛ dēat ꝯdēnari in pena predicta. Et nihilominus qlibet ciuis ꝛ cōmitatēſis habitator ciuitatis ꝛ cōmitatus Aſiſij admittatur ad accuſandū ꝛ denūtiandū in predictis: ꝛ habeat̄ ꝓ idoneo ꝛ legitimo accuſatore ꝛ denūciatore: ſup qbus dñi Poteſtas ꝛ capitaneus ꝛ quilibet eorū debeant tpe eorum ſindic. per eorū futuros ſindicos ſindicari. Et ꝙ in oibus ꝛ ſingulis ſupradictis in preſenti capitulo inſertis: ꝛ in quolibet eorum: ꝛ ꝯ omnes ꝛ ſingulos cōmittentes predicta, vel aliquod predictoꝝ: ꝛ ꝯ quēlibet predictorum ſufficiat ꝛ habeat̄ pro legitima ꝛ ſufficienti ꝓbōne probatio dictorū teſtium de veritate: vel vnius de veritate ꝛ quinqȝ de fama: vel decem teſtium de fama: qui iurent ꝛ dicant ſe vere credere predicta. Quoꝝ deceȝ teſtiū qlibet ſit adcataſtatus in cataſto cōis Aſiſij pro vltima reductione ad minus in .xxv. lib. deñ. vel abinde ſupra. Et ꝙ dñi Poteſtas ꝛ Capitaneus ꝛ quilibet ipſorū de omni eo qđ venire fecerit in cōi cum effectu ad manus maſſarij dicti cōis occaſione predicta debeat habere quartam partem pene tantum.

¶ De pena diſgomborantium aliquā domum tempore rumoris. Rub. 97.

ITem Statuerunt ꝛ ordinauerunt. Q quecunqȝ perſone de ciuitate vel cōmitatu Aſiſij vel aliunde tpe rumoris vel ſuſpitionis: qui ꝛ que eſſet in dicta ciuitate Aſiſij diſgomboraret ſeu diſgomborari faceret domum ſuam de

aliquibus

aliquibus rebus vel maſſaritijs puniatur in.xxv.lib.deñ.Et nihilominus ipſe maſſaritie ⁊ res diſgomborate/ſeu que diſgomborarentur veniant in cõi:⁊ quilibet poſſit accuſare ⁊ denunciare:⁊ habeat quartam partem eius qđ venerit in cõi.Et Poteſtas ⁊ Capitaneus teneantur ⁊ debeant ⁊ poſſint inquirere de predictis per inquiſitionem ex officio formandã.

¶ De pena facientium rumorem ⁊ tumultum in populo. Rub. 98.

Pro bono Et pacifico ſtatu cõis ⁊ populi Ciuitatis Aſiſij:⁊ ꝓ honore ⁊ augmentatione officij prioratus:⁊ defenſione ⁊ tuitione beatoꝝ hominum diligentium bonum ⁊ pacificum ſtatũ ciuitatis predicte.Statuerunt/prouiderunt ⁊ ordinauerunt.Q꞉ nullus de ciuitate vel cõmitatu Aſiſij,vel aliunde cuiuſcũq; conditionis ⁊ ſtatus exiſtat audeat vel preſumat in poſterũ facere/nec fieri facere in ipſa ciuitate vel cõmitatu aliquẽ rumorem ſiue aliquem tumultum per quẽ poſſit turbari/aut ledi bonus ⁊ pacificus ſtatus ciuitatis predicte vel officium prioratus:vel per quem populus dicte ciuitatis incitaretur ad arma,vel per quem in ciuitate predicta generaret̃ ſuſpitio:vel aliqua cõmotio:⁊ ſi fuerit ꝯ̃factum condẽnetur ꝯ̃faciens vel ꝯ̃facientes in quingentis lib.deñ.pro quolibet ⁊ qualibet vice.Et ſi dictam condẽnationem ſoluere nõ poterit.ĩ.xv.dies poſt latam ſñiam capite puniatur ita ꝙ moriatur.Et intelligatur cõmiſiſſe aliquod predictorũ qñ campana dominoꝝ Priorum populi ciuitatis Aſiſij pulſaret ad arma:vel bannimentũ fieret pro cõſilio ſecreto/mandato dñoꝝ Priorum populi.Q꞉ deberent trahere ad palatia Priorum muniti armis.Et qñ mandaretur vexilliferis portarũ publice vel ſecrete per predictos dominos Priores populi ꝙ cum gentibus eoꝝ venirent ad palatium dñoꝝ Prioꝝ armati:vel quãdo populus incitaretur ad arma.Voluerunt inſup ⁊ ordinauerunt.Q꞉ facientes ꝯ̃ predicta:vel aliquod predictoꝝ intelligãtur enorme maleficium cõmiſiſſe.Et ꝙ nullus dicto tpe exceptis illis de dicto conſilio debeat intrare plateam cõis ſub pena centum lib.deñ. pro quolibet.Et ſi fuerit aliquis in platea debeat ſecedere ſtatim factis bãnimentis:vel precepto dominoꝝ Prioꝝ populi:vel dñoꝝ Poteſtatis vel Capitanei:⁊ exceptis mercatoribus ⁊ apothecarijs popularibus/⁊ eoꝝ ſcholaribus ⁊ famulis ⁊ habentibus apothecaſ in platea:vel habentibus mandatum a dñis Prioribus populi dicte ciuitatis ſub dicta pena.

¶ Q꞉ nullus tpe rumoris ſeu tumultus aliquem offendat. Rub. 99.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt.Q꞉ nullus de ciuitate vel cõmitatu Aſiſij vel aliunde audeat vel preſumat tpe rumoris ſeu tumultus qui eſſet in populo dicte ciuitatis facere aliquam meſchiam ſiue brigam/nec aliquẽ offendere ad duplam penã,qua de ſimili offenſione puniri deberet per formã ſtatutorum cum duplicatione penaꝝ:que duplicatio fieri poſſit locis ⁊ tpibus a ſtatutis expreſſis.Jlli vero qui vellent turbare bonum ⁊ pacificum ſtatum dicte ciuitatis ⁊ officium dñoꝝ Priorum poſſint impune offendi.Et intelligantur velle turbare bonum ⁊ pacificum ſtatum dicte ciuitatis ⁊ officium dñorum Prioꝝ illi qui dicto tpe rumoris ⁊ tumultus dcõ vel facto ſe opponerent ꝯ̃ bonum ⁊ pacificum ſtatum dicte ciuitatis ⁊ officium dñoꝝ Priorum populi/⁊ ipſum populum.Jn quo caſu poſſint tales ſic ſe opponentes impune offendi tpe ſupradicto.Et ſi homicidium ſequeretur in perſonã alicuius predictoꝝ volentium turbare bonum ⁊ pacificum ſtatum dicte ciuitatis,⁊ officium prioratus/cõmittens tale homicidium puniatur in.x.ſolidis deñ.⁊ non vltra.

¶ Q꞉ forenſes poſt bannimentum factum ꝙ diſcedant: Et ſtarent poſſint impune offendi. Rub. 100.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt.Q꞉ ſi aliquis forenſis tpe alicuius rumoris vel tumultuſ qui eſſet in populo poſt bãnimentum factum.Q꞉ forẽſes debeant ſecedere de ciuitate ⁊ cõmitatu Aſiſij/veniret vel ſtaret in dicta ciuitate Aſiſij ſine licentia dñorum Priorum populi dicti cõis poſſit impune offendi in perſona ⁊ rebus.Et ſi in cõmitatu moraretur poſt bãnimentum predictum capiatur ⁊ preſentetur coram curia cõis Aſiſij:⁊ poſtꝗ̃ fuerit preſentatus examinetur per Poteſtatem ⁊ Capitaneum Ciuitatis Aſiſij/ ⁊ puniatur ſecũdum ꝙ videbitur Poteſtati ⁊ Capitaneo predictis ẜm qualitatem perſone.

¶ Q꞉ non liceat exbannito intrare ciuitatem ſeu cõmitatum. Rub. 101.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt.Q꞉ non liceat alicui exbãnito ſeu condẽnato cõis Aſiſij pro maleficio aliquo ingredi intrare / ſeu venire in cõmitatu

ſeu diſtrictu Ciuitatis Aſiſij, ⁊ ſiquis ꝯfecerit puniatur ⁊ condẽnetur pro quolibet ⁊ qualibet vice in.xxv.lib.deñ.⁊ plus ⁊ minus vſqꝫ in quantitatẽ quinquaginta lib.deñ.cõſiderata perſona exbãniti ⁊ condẽnati/⁊ banno ⁊ facti qualitate. Et qlibet admittatur ad denunciandum ⁊ accuſandũ:⁊ habeat medietatem bãni ſiue ꝯdẽnationis ferende ꝯ talẽ exbannitum.

¶ De pena forenſium euntium ad offendenduꝫ in aliqua terra propinqua Aſiſio per.xxx miliaria. Rub. 102.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ nullus Eugubinus vel alius forenſis habitans/vel qui habitauerit in Ciuitate vel cõmitatu Aſiſij:vel aliqs alius moueat ſe de ciuitate vel cõmitatu dicte ciuitatis ad eũdum vel vadat ad occupanduꝫ/capiẽdum/inſultandum/vel offendendũ aliquam ciuitatem/terram/caſtrum/locum vel fortiliciũ: vel monaſterium propinquum vel propinquam Ciuitati Aſiſij per.xxx.miliaria vel.J.ad penam ⁊ bannũ/ad quod ⁊ quam tenentur ciues ⁊ cõmitatenſes Aſiſij:qui ſimile delictuꝫ cõmitterent, ꝯ quos procedatur ⁊ procedi poſſit ⁊ debeat ſicut ꝯ ciues, ⁊ cõmitatenſes Aſiſij, qui ſimile delictũ cõmitterẽt/ſm formam ſtatutoꝝ ciuitatis Aſiſij. Et qcũqꝫ iuerit vel iuiſſet: ab octo diebus citra nõ poſſit redire ad ciuitatem vel cõmitatum Aſiſij ad penaꝫ centuꝫ lib. dena.pro quolibet ꝯfaciente:dũmodo legitime ꝓbetur ꝑ duos teſtes fidedignos ad minus.

¶ Qꝫ nullus faciat vindictam niſi principalis. Rub. 103.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ nulla perſona preſumat aliquam vindictam facere vel faciat de aliqua offenſione eidem facta offendendo aliam perſonam q̃ꝫ principalem que fecerit iniuriam. Et ſi occiderit vel occidi fecerit capite puniatur. Et ſi vulnerauerit aliquem:vel fecerit vulnerari cum ferro/⁊ ſanguis exiuerit. Soluat nomine banni qngentas lib.deñ. Et ſi ſanguis non exiuerit puniatur in centum lib.deñ. Et ſi percuſſerit aliquẽ cum manu ſine armis:condẽnetur in qnquaginta.lib.deñ. Et predicta locum habeant ſi fecerit quis vindictam in alium q̃ꝫ in principalem vſqꝫ in tertiuꝫ gradũ offenſori coniunctum. Et intelligatur feciſſe vindictam ſi aliam contentionem prius nõ habuiſſet cum offenſo ob aliam cauſam:⁊ hoc capitulum ſit preciſum.

¶ De pena tenentis aliquem in priuato carcere. Rub. 104.

ITem Statuerunt:⁊ ordinauerunt. Qꝫ qcunqꝫ retinuerit aliqueꝫ in priuato carcere:domini Poteſtas vel Capitaneus/vel alter ipſorũ poſſint teneãtur ⁊ debeant punire ⁊ condẽnare delinqueñ.eoꝝ arbitrio vſqꝫ in quantitatẽ tricentaꝝ lib.deñ. ꝯſiderata ſemper quantitate negocij:⁊ qualitate perſonarum, videlicet facieñ.carcerem priuatum:⁊ carcerati ⁊ etiam loci:⁊ priuatus carcer intelligatur, ſi eum tenuerint in aliquo loco occulto per vim vltra vnam diem. Et ſi condẽnationem non ſoluerit delinquẽs capite puniatur. Et hoc capitulum ſit preciſum:⁊ debeat inuiolabiliter obſeruari.

¶ De pena ordinantis capi faciendum aliquẽ mercatorem. Rub. 105.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerũt. Qꝫ ſiquis vel ſiqui in ciuitate Aſiſij vel eius cõmitatu ordinaret tractaret ſeu faceret aliquam cõſpirationẽ appoſturam ſectam vel legam de capiendo aliquem mercatorem vecturalem/ſeu aliam perſonam exiſtentem in dicta ciuitate Aſiſij:ſeu eius cõmitatu vel alibi, ⁊ ipm̃ vel ipſos redimi faciendo: vel de cõmittendo aliud maleficium de predictis extra territorium ciuitatis Aſiſij. Qꝫ tunc dicti delinquentes in dicto caſu per ſe vel alios eoꝝ ſuaſione ⁊ cauſa in dicta ciuitate Aſiſij perinde puniantur/ac ſi dictum maleficium in dicta ciuitate vel eius cõmitatu cõmitteretur.

¶ De pena preſtantis auxilium ad aliquod maleficium cõmittendum. Rub. 106.

SI quis Preſtiterit auxilium conſilium vel fauorem ad aliquod maleficium cõmittendum. Statuerunt ⁊ ordinauerũt. Qꝫ puniatur ⁊ cõdẽnetur in media pena. In qua deberet puniri cõmittens maleficium cõi Aſiſij/qñ preſtans auxiliuꝫ ⁊ cõſilium, vel fauorem dans non tangeret perſonam. Sed ſi conſilium auxiliũ vel fauoreꝫ dans tangeret perſonam/tunc dictus offendens in ipſo caſu puniatur ea pena in qua deberet condẽnari ſeu puniri offendens:dũmodo nõ debeat vna ⁊ eadem perſona puniri:vt principalis cõmittens/⁊ vt preſtans auxiliũ conſilium vel fauorem:ſed altera maiori pena debeat cõdẽnari:niſi homicidium in dicta offenſa cõmitteretur. Et tunc in dicto caſu penã quingentaruꝫ lib.deñ.incurrat:eidẽ ꝑ Poteſtatẽ vel Capitaneũ vel alteꝝ eoꝝ:vel cuiuſcunqꝫ ipſoꝝ offici. auferendã:que pena cõi Aſiſij applicet. Et hoc locũ nõ hẽat in aſſociantibus forẽſem aut forenſes ad faciendũ rumorẽ:⁊ hoc capl̃m ſit preciſum quod tolli non poſſit ꝯſilio vel arenga.

¶ Quomodo

Quomodo ⁊ ordine matrimonia contrahantur. Rub. 107.

Ad tollendam Oẽm materiã delinquẽdi ⁊ ne modus feminarũ valeat ſue proli verecundiam in futurũ inferre hac lege. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q ſiquis de ciuitate vel cõmitatu Aſiſij: vel aliunde extraheret vel extrahi faceret: de domo patris: vel matris ſue/ vel de alia domo/ vel retinuerit aliquam puellam virginẽ minorẽ viginti annis hñtem patrem vel matrem ꝯ voluntatem ⁊ ſine licentia/ preſentia ⁊ ꝯſenſu patris ſi patrem haberet. Et ſi non haberet patrem/ ꝯ voluntatem mřis/ ſi matrem haberet/ ⁊ ſi non tranſiuerit dicta mater ad ſecunda vota/ requiſitis per eã duobus proximioribus ꝯſanguineis dicte filie ex parte patris. Et ſi trãſiuerit ad ſecũda vota ſine preſentia ⁊ conſenſu ꝓximiorũ conſanguineoꝝ dicte puelle. Et dicti conſanguinei requirantur bina citatione: ⁊ requiſitione facta ad domum eorũ ſolite habitationis, vel ſemel perſonaliter requirantur coram iudice dñi Poteſtatis vel Capitanei ad preſtandam preſentiam ⁊ conſenſum predictum, vel ad dicendum ⁊ allegandũ: ⁊ aſſignandum cãm quare nõ debeant dictã preſentiã ⁊ conſenſũ preſtare: vel recuſent. Et ſi comparuerint ⁊ allegauerint legitimã cã/ audiantur requiſiti legitima citatione ſecuta. Et predicta expediantur. ĩ. x. dies a die requiſitionis predicte numerandos pena officiali negligenti expedire. ĩ. dictum terminũ qnquaginta lib. deñ. Et ſi non haberet patrem nec matrẽ/ ꝯ voluntatem fratris carnalis/ ſiue fratrũ carnalium ſi fratres carnales haberet, ⁊ ꝯ voluntatem ipſius puelle, in quingentis lib. deñ. condẽnentur. Si aũt cum voluntate ipſius puelle abſq licentia voluntate ⁊ ꝯſenſu predictoꝝ dicto modo penã tricentaꝝ lib. deñ. incurrat/ ẽt ſi cauſa matrimonij coniungendi hoc factũ fuerit. Si vero careret oibus dictis cõſanguineis ⁊ matre: tunc in quolibet dictoꝝ caſuum requiratur voluntas: conſenſus ⁊ licentia duoꝝ proximioꝝ conſanguineoꝝ puelle prefate in gradu quoꝝ preſentia licentia ⁊ ꝯſenſus ſuppleat in perfectã etatẽ puelle prefate. Et ſi mulier fuerit maior. xx. annis: ⁊ careret patre vel matre quorũ modo predicto preſentia licẽtia ⁊ conſenſus requiratur ſi haberet: tunc cum licentia preſentia ꝯſenſu ⁊ voluntate duoꝝ ſuoꝝ ꝓximiorũ conſanguineoꝝ in gradu, cui vult nubat in dño. Et ſi dicti ꝯſanguinei preſtare nollent preſentiam licentiam ⁊ ꝯſenſum: tunc ipſis ꝯſanguineis reqſitis a muliere predicta vel eius procuratore: vel curatore ad quẽ poſſit conſtituere: ⁊ per. x. dies ad minus expectatis a die requiſitionis numerandos: de qua requiſitione appareat inſtrm̃ publicũ: liceat dicte mulieri nubere cui vult: in dño abſq pena. Si vero preter ⁊ ꝯ formam predictã fieret, accipiẽs incurrat penam ſuperius declaratam. Si quis vero extraſſerit: vel retinuerit in futurũ aliquam aliã mulierem de Aſiſio vel eius diſtrictu bone ꝯdõnis ⁊ fame ꝯ ſuam voluntatem: ⁊ predicta forma non ſeruata penã. ccc. lib. deñ. incurrat: etiam ſi factum fuerit cauſa matrimonium coniungendi. Et ꝙ Poteſtas ⁊ Capitaneus qui pro tpe fuerint ꝯ delinquentes in futurum ꝯ aliquod predictorũ poſſint per inquiſitionem ꝓcedere ex officio ſuo: ⁊ per denũciationem: ⁊ accuſationem cuiuſcũq perſone factam: ⁊ repertos culpabiles punire ⁊ condẽnare in penis ſuperius declaratis, pena officiali ꝯfacienti qngentarũ lib. deñ. pro qualibet vice qua ꝯfecerit auferend. Statutis ſupra vel. ĩ. poſit. non obſtant. Et predicta oia vendicent ſibi locum: ⁊ intelligantur etiam in maſculis minoribus. xiiij. annis: qui non poſſint vxorari nec vxorem accipere: ſeu matrimonium ꝯhere ſine preſentia ⁊ conſenſu modo predicto vt ſupra in puella minore. xx. annis requiritur. Et ẽt in ſponſo ⁊ ſponſa per verba de preſenti.

De pena inſultantis ⁊ carnaliter cognoſcentis aliquam mulierem. Rub. 108.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q ſiquis temere vel violenter acceſſerit ad domum alterius: ⁊ ipſam domum clam vel palam intrauerit ⁊ iniuriã intulerit: vel inferre voluerit vxori filie: vel ſorori: nepti: vel ceteris ſimilibus affinibus vel conſanguineis alicuius: ⁊ predictas feminas vel aliquam ipſarũ carnaliter cognouerit: vel cognoſcere voluerit ꝙ licitum ſit dño domus: vel conductori domus predicte: ⁊ eorũ familiaribus dictũ aggreſſorem ⁊ predictum iniuriam inferentem vel inferre volentẽ impune offendere. Et nihilominus ipſe aggreſſor ſoluat Cõi Aſiſij penam in ſtatutis contentã. Et ſi contingerit dictum aggreſſorem occidi: occiſor non teneatur ad penam.

De pena cognoſcentis carnaliter mulierem maritatam vel virginem. Rub. 109.

Item Statuerunt: ⁊ ordinauerunt. Q ſiquis mulierem maritatam cognouerit puniatur in quingentis lib. deñ. ſi fuerit bone vite ⁊ fame. Si vero virginem cognouerit ſimili pena puniatur, vel det ſibi dotem conuenientem: vel eam accipiat in

vxorem/conſiderata perſona ⁊ ſtatu mulieris ⁊ hois. Et hoc intelligatur ſi eam vel eaſ violenter cognouerit/⁊ nemo ad accuſandum ⁊ denunciandū de predictis admittaꝛ/niſi mulier maritata vel eius vir ⁊ pater vel mater/vel filius vel frater carnalis dicte mulieris:⁊ intelligatur legitimus accuſator. Et ſi maritata non eſſet admittaꝛ pr̄ mater frater carnalis ⁊ ipſa mulier tm̄. Et non poſſit inquiri ſuper predictis/niſi denūtiatio facta fuerit per ſupradictas perſonas:vel aliquam ipſarū ſm̄ predictum modū. Et ꝙ ſiquis inuenerit in domo ſeu ꝓpria vel conducta aliquem adulterantem vxoré/filiam neptem/nurum/ſororé/matrem vel auiá/ ꝙ liceat ⁊ licitum ſit tali inuenienti in dicta eius domo dictuȝ adulterantē impune offendere in perſona ⁊ rebus. Et ſi eum occiderit puniatur in pena.cc.lib.deñ.talis occiſor. Et ſit etiaȝ licitum occidere dictas perſonas feminas ſic inuētas adulterantes. Et de dicto homicidio ſi ſequeretur/teneatur occiſor ad penam.cc.lib.deñ. Et hoc locum habeat in mulieribus bone fame tm̄, ⁊ que non ſint conſuete talia cōmittere vel facere. Et ſi probareꝛ eam vel eas, aliaſ talia cōmittere vel facere:vel cum aliquo feciſſe ꝙ ille accuſatus vel denuntiatus, vel ꝯ quē inquireretur/condēnetur ⁊ teneatur ad penam.xxv.lib.deñ. Item ſiquis cognouerit aliquā mulierem que non ſit bone fame, que tm̄ non eſſet publica meretrix condēneꝛ in.xxv.lib.deñ. Et ſi aliqua mulier maritata cum aliqua perſona ꝗ̄ cuȝ viro ſuo adulteriū cōmiſerit ⁊ probatum fuerit legitime ꝯdēnetur ipſa mulier per Poteſtatem vel Capitaneū in quinquaginta lib.deñ. Et in perditione oīum ſuaꝝ dotium:que ipſo facto dicto ſuo viro concedaꝛ ⁊ adiudicentur/non obſtante aliquo ſtatuto quod in ꝯ̄trium loqueretꝛ. Et ſi ipſa mulier maritata per aliquem denuntiata fuerit de adulterio/⁊ vir eiuſ eam defendere vellet/voluerunt ꝙ ex tunc ſuper ipſa accuſatione vel denuntiatione nullatenus procedaꝛ per aliqueȝ officialē cōis Aſiſij. Et ipſa denuntiatio ſeu accuſatio ex nunc ſit caſſa ⁊ vana: ⁊ in ſe nullam habeat firmitatem: ⁊ exinde non poſſit ſequi condēnatio:⁊ ſi ſequeretur non valeat/nec teneat ipſa condēnatio nec aliquam mereatur executionem.

¶ De pena cognoſcentis carnaliter ⁊ tenentis aliquam mulierem. Rub. 110.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q: nullus de ciuitate ⁊ cōmitatu Aſiſij vel aliunde audeat vel preſumat tenere aliquā mulierem maritataȝ de Ciuitate vel cōmitatu Aſiſij cā eam carnaliter cognoſcendi ꝯ̄ voluntatem viri dicte mulieris ſic detente. Et ſiquis ꝯ̄fecerit puniatur ⁊ condēnetur pro vice qualibet detentor in quingentis lib.deñ dicto cōi Aſiſij applicandoꝝ. Si talis detentor fuerit de Ciuitate vel cōmitatu Aſiſij. Si vero fuerit forenſis condēnetur cōi Aſiſij in mille lib.deñ. ⁊ talis mulier ſic detenta amittat dotes ſuas:⁊ deueniant in virum ſuū:quas dotes vir ipſius mulieris ſibi lucri faciat. Et ſimiliter locū habeant predicta ⁊ intelligaꝛ in filiabus/ſororibus neptibus ⁊ alijs ſimilibus/que detinereꝛ cā ipſaſ carnaliter cognoſcendi/ ꝯ̄ voluntateȝ patris vel matris:vel fratris carnalis:vel aui:vel patrui:vel auunculi. Et nihilominus detētor talis mulieris ſic detente relaſſet ⁊ relapſare teneatur ⁊ debeat penitus eā liberare. Et ſi Poteſtas vel Capitaneus in predictis erunt negligenteſ perdat q̄libet ipſorum centuȝ lib. deñ. ⁊ cōi Aſiſij applicentur. Nec opituletur tali detinenti aliquā dictarū mulieruȝ ex cauſa predicta ſi habet inſtr̄m ꝙ dicta mulier ſtaret in domo cum dicto detentore pro famula vel ſeruitiali:niſi inſtr̄m eſſet factum de voluntate viri ſi eſſet maritata:vel ſi non eſſet maritata/ ſine conſenſu proximioris ⁊ idonioris conſanguinei talis mulieris.

¶ De pena cognoſcentis carnaliter aliquā mulierē recluſam. Rub. 111.

QUia In diuina religione continetur moniales ⁊ dei religioſas venerari idcirco. Statuerunt ⁊ ordinauerunt ⁊ preſenti lege firmauerunt. Q: ſiquis cognoſceret mulierem recluſam in monaſterio:vel ea de monaſterio extraheret: vel caperet cā eam/ carnaliter cognoſcendi capite puniatur. De alijs vero mulieribus religioſis non recluſiſ puniatur dupla pena pluſq̄ȝ puniretur de muliere non maritata. Si ſimile delictum cōmitteretur. Et receptans predicta vel aliquod predictoꝝ puniaꝛ in q̄ngentis lib.deñ.

¶ De pena Sodorum. Rub. 112.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt ad extirpandam ſodomorū malitiaȝ turpitudinem ⁊ obrobrium / ⁊ tm̄ nefarium ſcelus inimiciſſimuȝ dei euitandum. Q: ſi quis de Ciuitate vel cōmitatu Aſiſij vel aliunde in ipſa ciuitate vel eius territorio cōmiſerit dictum tale deteſtabile ⁊ nefandiſſimum crimen ſodomie ꝑꝑ quod deus ciuitates ſubuertit/ad nihilat ⁊ in profundum emergit igne comburatur:ita ꝙ moriaꝛ.

ꝙ moriatur oīno: ⁊ eius aīa a corpore ſeparetur. Et tam agens ꝙ̄ patiens voluntarie ſimili pena puniatur. Et hoc locum habeat in maioribus. xiiij. annis. Minores autē. xiiij. annis: ⁊ maiores. xij. in. x. lib. deñ. condēnentur ⁊ fuſtigentur in palatio dominorum Poteſtatis ⁊ Capitanei arbitrio ipſorum dominorum.

¶ De pena furantis ⁊ acceptantis furtum. Rub. 113.

Item Prouiderunt ⁊ ordinauerunt. Quod ſiquis: vel ſi qua furatus vel furata fuerit aliquam rem vel quantitatē valoris centum ſol deñ. vel ab inde. j. ſoluat ⁊ ſoluere teneatur. xxv. lib. deñ. ⁊ emendet furtum in dupluꝫ domino rei furate. Si vero furatus vel furata fuerit aliquam rem vel quātitatem valoris vel cōis extimationis a centum ſolidis. ſ. vſqꝫ in. x. lib. deñ. ſoluat ⁊ ſoluere teneatur quinquaginta lib. d. ñ. ⁊ furtū emendet dño rei furate in duplum. Si vero aliquis vel aliqua perſona furatus vel furata fuerit: aliquam reꝫ vel quantitatem valoris ⁊ cōis extimationis a. x. libris ſupra vſqꝫ in quinquaginta lib deñ. condēnetur cōi Aſiſij in centum lib. deñ. Et ſimiliter furtum emendet in duplū dño rei furate. Et ſi eſſet res furata valoris ⁊ cōis extimationis a quinquaginta lib. ſupra vſqꝫ in centuꝫ lib. deñ. condēnetur in. cc. lib. deñ. Et ab inde. ſ. vſqꝫ in oēm ſūmam cōdēnetur in quadruplo valoris ſiue extimationis rei furate, ⁊ in oībus dictis caſibus emendet furtum duplicatū domino rei furate. Si quis autem fecerit duo furta in Ciuitate vel cōmitatu Aſiſij vltra penas pecuniarias predictas fuſtiget per totam Ciuitatem per loca publica ⁊ conſueta: ⁊ poſtea ponatur in carceribus cōis Aſiſij pro pena pecuniaria ſoluenda. Et ſi tria furta feciſſet cōſtiterit in Ciuitate vel cōmitatu Aſiſij coquatur in fronte cum ferro feruenti: ⁊ penam. ſ. taxatam incurrat ⁊ ſoluere teneatur. Et ſi fur non poſſet haberi in fortiam cōis Aſiſij/ condēnet in dictis penis pecuniarijs ⁊ perſonalibus. Si vnqꝫ peruenerit in fortiam dicti cōis ſingula ſingulis referendo. Et ſemp condēnetur ad emendationē dño rei furate in dupluꝫ. Publici autem ⁊ famoſi latrones furtis laqueo ſuſpendantur: ita ꝙ moriantur oīno. Et publici ⁊ famoſi latrones intelligantur illi qui feciſſent quatuor furta vel plura: in dicta Ciuitate vel cōmitatu Aſiſij. Et ꝙ in caſu predicto ſuſpenſionis bona furis non publicent camere/ niſi pro quātitate emende rei furate in duplum. Et ꝙ dānum paſſus pro furto preferatur fiſcho pro ipſa emenda furti. Et ſi quid ſupererit de bonis condēnati pro furto conuertatur pro pena debita cōi predicto alijs ſtatutis ⁊ ordinamentis de materia loquentibus non obſtantibus. Et predicta locū habeant etiam in furtum alibi facta ⁊ Aſiſij ꝯtatis.

¶ Ubi ⁊ in quo loco iuſtitia fieri debeat. Rub. 114.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Quod publici ⁊ famoſi latrones ⁊ fures qui pena furcarum puniri debent/ non poſſint nec debeant per rectores Ciuitatis Aſiſij: vel eorum aliquem vel eorum officiales ⁊ familiares ſuſpēdi vel in furcis poni facere in aliquo loco cōmitatus Aſiſij niſi tm̄ in turrione maſſatij verſus Spellum vltra renarium, vel in furcis poſitis in campo poſito prope ſtratam Sancte Marie Angelorū, in pede plagie verſus Spellum vbi ſolite ſunt ſtare ⁊ fiunt per hoīes de villa valechie pena rectori ⁊ officiali ⁊ familiaris ꝯfacienti quingenta. lib. deñ. ⁊ ſufficiat probatio per publicā vocem, ⁊ famam per quinqꝫ teſtes etiaꝫ ſine redditione cauſe. Et de predictis ſindicari ⁊ ratiocinari debeant per ſindicos cōis Aſiſij. Et ad hoc vt in dicto torrione vel campo vt ſupra iuſtitia fieri poſſit: liceat tamen dictis rectoribus iuſtitiam fieri facere tempore Indulgētie Sancte Marie Angelorum vbicunqꝫ eis videbitur extra Ciuitatem Aſiſij.

¶ Quod ſi qua robbaria fieret in aliqua villa emendetur. Rub. 115.

Si qua Robbaria fieret in aliqua bailia diſtrictu Aſiſij: ⁊ baiulus ⁊ hoīes dicte bailie non proſequerentur ⁊ caperent ipſum malefactoreꝫ ſeu robbatorē/ ⁊ coram Poteſtate vel Capitaneo non preſentauerint Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Quod teneatur caſtrum ſeu bailia in cuius territorio cōmiſſi fuerit emendare dānum paſſo. Et predicta locum non habeant in robbarijs de nocte cōmiſſis. Si vero aliquis autē derobauerit de quātitate vel de re valoris ⁊ extimationis a quadraginta ſol. deñ. j. puniat in x. lib. deñ. Et ſi a. xl. ſol. ſupra vſqꝫ in. x. lib. deñ. puniatur in. xxv. lib. deñ. Et ſi a. x. lib. ſupra vſqꝫ in. xxv. libris deñ. puniatur in centum lib. deñ. Et ſi a. xxv. libris ſupra condēnetur in centuꝫ quinquaginta lib. deñ. Et in ſupradictis caſibus ad reſtitutioneꝫ dupli quantitatis vel extimationis rei derobate debeat ꝯdēnari. Et robbariam/ aut robbatorem receptans rē robbatā emendet: ⁊ in xxv. lib. deñ. cōi Aſiſij condēnetur. Publici aūt ⁊ famoſi robbatores pena legali puniantur.

¶ De diuinatoribus ⁊ facturarijs puniendis. Rub. 116.

Item Ut materia ſcandali: que occaſione diuinationis ⁊ facturaruz exoriri poſſit pe
nitus tollatur. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q: omnes ⁊ ſingule perſone que ſe
fecerint vel dixerint diuinatores/aut incantatores puniant arbitrio Poteſtatis vel Capita-
nei/conſiderata negotij qualitate. Et quecūq3 perſona aliquā maliam: facinoriā facturaz ſeu
artificium fecerit ſeu fieri fecerit/de quo publica laborat infamia/ad impediendū vxorem vi
ro ⁊ econuerſo cōmiſceri: ſeu ad incitandum aliquē ad odium ꝯ aliquem, ſeu ad ſeducenduz
aliquē ad inhoneſtum amorem viri, cum ipſorum ars ſit ſeueriſſimis penis punienda/predi
ctoꝝ dn̄orū arbitrio realiter ⁊ perſonaliter relinquerunt puniendū conſiderata negotij qua-
litate/⁊ perſonaꝝ ꝯditione: ⁊ hoc capitulum ſit preciſum quod tolli non poſſit.

¶ De pena maledicentis ⁊ blaſſemantis deum ⁊ ſanctos. Rub. 117.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q: a die firmationis preſentium ordinamentoruz
In antea nulla perſona cuiuſcūq3 ꝯdōnis/ſtatuſ ⁊ dignitatis exiſtat audeat vel
preſumat maledicere ⁊ blaſſemare Deum ⁊ Beatam ſemp Verginem Mariā eiuſ matrē:
vel iurare per vuluam ſiue anum ⁊ per preputiū. Et quecūq3 perſona ꝯfecerit per dn̄m Po
teſtatem vel Capitaneū Ciuitatiſ Aſiſij cuz .x. lib. den̄ ſoluere cōpellatur pro qualibet vice.
Et vltra .x. libras quas vt .s. quicūq3 maledicens ſiue blasfemans tenore pn̄tium ſtatutoꝝ ſol
uere cōpellitur/ꝙ decem diebus cōtinuis in carceribus cōi Aſiſij ſtare debeat: quos carce-
res ſi redimere voluerit illico: ⁊ abſq3 mora alias .x. lib ſoluere debeat. Et ſiquiſ maledixerit
vel blasfemauerit aliquem Sanctū vel Sanctam: aut ꝯ ipſuz vel ipſam iurauerit per anum
vuluam vel preputium vt .s. dictum eſt penaz .v. lib. den̄. incurrat ⁊ incurriſſe intelligatur. Et
vltra .v. lib. predictas .v. diebus continuis in carceribus predictis ſtare debeat, quaſ carcereſ
redimere poſſit ⁊ valeat modo ꝓdicto. Quas penas dictus dn̄s Poteſtas vel Capitaneus
teneatur ⁊ debeat auferre ſtatim abſq3 aliqua mora/omni reiecta appellatione: ⁊ ſolui face-
re maſſario cōis Aſiſij de facto ſine aliquo proceſſu vel ꝯdēnatione. Sub pena ſoluenda tan
tūdem de ſuo ſalario. Et tpe ſui ſindicatus cuilibet liceat ſibi dare petitiones de negligentia:
⁊ quicūq3 hmōi petitionem ꝯ dictos Poteſtatem ⁊ officiales porrexerit ⁊ probauerit corā
dn̄is ſindicatoribus dicto Poteſtati vel Capitaneo aſſignatis medietatez hmōi pene lucre-
tur: ⁊ dicti ſindici ꝯ ipſum Poteſtatem vel Capitaneum ēt ex officio procedere poſſint. Et
dictarū penaruz medietas ſit officialis ⁊ rectoris executionē facientis: ⁊ denuntiantis vel ac
cuſantis: ⁊ reliqua medietas ſit ⁊ eſſe debeat dicti cōis Aſiſij Et credatur ⁊ ſtetur ad probā
dum predicta ſacramento accuſatoris ⁊ denuntiatoris cum vno Idoneo teſte ad minuſ non
obſtante aliquo ſtatuto in ꝯrium loquēte. Et nihilominus de predictis inquiri diligēter poſ
ſit ⁊ debeat per dictos rectores ⁊ officiales ex ipſorū officio. Et vbi procederetur per inquiſi
tionem vel per inuentionem alicuius officialis dicti dn̄i Capitanei vel Poteſtatis cum vno
Idoneo teſtes tunc habeat dictus dn̄s Capitaneus vel Poteſtas medietatē dicte pene: que
per inquiſitionem predictam vel inuentionem fuerit per ſoluta.

¶ De pena exconiurantis Corpus Chriſti. Rub. 118.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt: vt ſacruz dei nomen veneretur. Q: nulla perſona
audeat vel preſumat iurare, vel excōiurare Corpus ſanguinez / carnem vixera
ſeu clauos ⁊ his ſimilia in quolibet membro Domini noſtri Jeſu Chriſti: ⁊ Beate Marie
ſemper virginis Matris eius pena .xl. ſol. den̄. pro qualibet vice incurrat. Et nihilominus
ſtare debeat in carceribus cōis Aſiſij tot diebus quot lib. den̄. lib. ſoluere tenet ex cā premiſ-
ſa quos carceres redimere poſſit ſi ſoluerit tantūdem dicto cōi. Et quilibet poſſit denuntia-
re contrafacientes in die ⁊ non plus: ⁊ cedulam in cippo mittere. Et ſemper in accuſatione
apponatur dies ex cōiurationis. Et quicūq3 fuerit inuentus in cippis ⁊ denunciatus per cu
ſtodes celatos ad hoc deputatos vel deputandos ꝙ iurauerit: vel exconiurauerit Corpus
ſeu ſauguinem/vel aliquod membrū ſacri corporis Dn̄i noſtri Jeſu Chriſti: vel matris eiuſ
aut Sanctorū vel Sanctarū eius ſoluere debeat nomine pene ſol. v. den̄. pro qualibet vice.
Dūmodo in denuntiatione ſemp apponatur dies. Et nullus poſſit denuntiare vltra tres vi-
ces in die. Et ſi quis maledixerit vel blasfemauerit Deum vel Virginez Mariam matrem
eius, vel aliquem Sanctum vel Sanctam, ⁊ repertus fuerit in dictis cippis/vel aliquo co-
rum denuntiatus per cuſtodes predictos ſoluat noīe pene pro vice qualibet lib. iiij. den̄. Et
ſemp in qualibet appodiſſa apponatur dies ⁊ locus. Et ſiquis ſub vno die ⁊ vno loco in di-

uerſis appodiſſis reperiretur ſoluat tm̄ pro vna die ⁊ nō plus. Et nō poſſit quis accuſari niſi viſupra in die. Et ſemper electio dictoꝝ cuſtodū fiat ⁊ fieri debeat iſto modo vz. Qꝫ per priores fraternitatis Sancte Marie ⁊ Sancti Rofini eligantur. xv. boni hoies pro porta dicte Ciuitatis: qui habeant ⁊ habere debeant ſigillum dñoꝝ Prioꝝ / cum quibus debeant ſigillare oēs appodiſſas imittendas in cippis predictis: que ſigilla ſint ⁊ eſſe debeant de vna ⁊ eadem ſculptura: quibus appodiſſis credatur prout ⁊ ſicut in ſtatutis ꝯtinetur. Et nulli alij appodiſſe que nō eſt ſigillata dicto ſigillo credatur. Voluerūt et ꝙ ſi in aliqua ipſarū appodiſſarum inuenirent aliquā perſonā maledixiſſe / ſeu blaſfemaſſe Deum ⁊ Sanctam Mariā Uirginem ſeu aliquē Sanctum vel Sanctā / cum duobus legitimis teſtibus adminus cōdēnetur in pena in ſtatutis contenta: ac ſi eſſet accuſatus per legitimū accuſatorē. Et electio predictorum cuſtodū de mēſe Martij fieri debeat ⁊ fiat ſingulis annis. Et ſemp dicti cuſtodes in principio eoꝝ officij iurent ⁊ iurare debeant in manibus dictoꝝ priorum dictarum fraternitatum ⁊ dñorum Priorum populi dicte Ciuitatis / ⁊ cuiuſcūqꝫ ipſorum officium eis cōmiſſum bene ⁊ legaliter exercere.

¶ Qꝫ cōmitatenſes teneantur capere malefactorem. Rub. 119.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ ſiquis comiſerit aliquod maleficium ſeu percuſſerit aliquem in cōmitatu Aſiſij cum aliquo genere armorum cum ſanguinis effuſione ꝙ villa ſeu bailia vbi dictum maleficiū cōmitteretꝰ: ⁊ hoies circūcirca dictum locum vbi dictū maleficiū cōmitteretꝰ debeant ⁊ teneantur trahere ⁊ currere ad capiēdum ⁊ capere talem delinquētē ⁊ opponere ſe pro poſſe ꝙ capiatur: ⁊ in fortiaꝫ cōis Aſiſij ducatur, ⁊ de villa in villam vſqꝫ ad exitum cōmitatus proſequi. Et quilibet exiſtens in villa ⁊ per villam vnde talis malefactor ſeu malefactores ⁊ cōmittentes tale maleficium aufugeret ſeu aufugerent / teneantur ⁊ proſequi ⁊ iuuare ad capiendum dictum malefactorē / ſeu malefactores. Et ſi quis fuerit negligēs in ꝑdictis ſoluat noīe pene cōi Aſiſij quelibet bailia decem lib. deñ. Et quilibet homo. xx. ſol. deñ. Et ſi ex dicta ferita ſeu maleficio homicidiuꝫ reſultaret quelibet talis bailia ſentiens ſi negligens eſſet ſoluat viginti quinqꝫ libras deñ. nomine pene cōmuni Aſiſij.

¶ Qꝫ dominus ſatiſdet pro famulo. Rub. 120.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ quicūqꝫ odioſus retinuerit aliquem famuluꝫ vt vadat cum eo munitus / pro eo debeat. Satiſdare ne aliquem offendat. Et ſi dictus famulus aliquem offenderit preſtita ſatiſdatione vel nō ſoluat nomine bāni quinquaginta lib. deñ. Et nihilominus ſoluat penam in qua eſſet cōdēnatus dictus famulus pro maleficio cōmiſſo. Et dicto mō teneatur predictus dñs ſoluere pro famulo ſuo predicto penas ⁊ bāna contenta ⁊ ꝯtentas in ſtatutis ⁊ ordinamētis factis ⁊ fiendis pro maleficijs ⁊ exceſſibus que ⁊ qui cōmitterenꝰ impoſterum per ipſum famuluꝫ ꝯ quācūqꝫ perſonā: ⁊ quocūqꝫ modo vel cauſa. Et dictus famulus eſſe preſumatur ⁊ intelligatur ſi cum tali dño ſteterit ⁊ habitauerit in eadem familia ad vnū panē ⁊ vnum vinuꝫ per octo dies ante cōmiſſuꝫ maleficium vel cōmittendū. Et hoc capitulum ſit preciſum quod tolli non poſſit.

¶ De pena exeuntis vel aſcendentis per muros Ciuitatis vel ſubtus portam. Rub. 121.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ Poteſtas ⁊ Capitaneus Ciuitatis Aſiſij teneantur ⁊ debeant inquirere ⁊ inueſtigare ꝯ omnes ⁊ ſingulas perſonas que aſcenderint per muros Ciuitatis Aſiſij vel ſubtuſ aliquam portam dicte Ciuitatis intrauerint ⁊ ipſam vel ipſas ponere ad tormentum ſm ꝙ melius inuenire poterit: ⁊ ꝯ ipſam vel ipſas diligenter inueſtigare / ſub pena ⁊ ad penam. xxv. Floreñ. auri ſibi de ſuo ſalario de facto auferendoꝝ ⁊ retinendoꝝ ⁊ applicandoꝝ pro ipſo cōi. Et ſi per talem examinationē inuenerit ꝙ tale delictum cōmiſerit ꝯ bonum ⁊ pacificū ſtatum Sancte Romane Eccleſie vel cōis Aſiſij doloſe / dicto tali ꝯfacienti caput a ſpatulis amputetꝰ ita ꝙ moriatur oino ſine aliqua redemptione. Si vero ipſa perſona reperiretur per dictuꝫ dñm Poteſtatem vel Capitaneum / dictum tale delictum cōmiſiſſe ſimplr ſine dolo Si exiuerit per dictos muros amputetur ſibi pes. Si intrauerit per dictos muros amputetur ſibi manus. Et in caſu quo dicta perſona: que vt dictum eſt non deliquerit doloſe vellet ſoluere ⁊ ſolueret. ĩ. x. dies / a die ſue condēnationis numerandos. cc. lib. deñ. maſſario cōi Aſiſij pro ipſo cōi recipienti in pecunia numerata nō puniatur in dicta pena amputationis pedis vel manus: ſed ſit liber ⁊ abſolu

ſuo a delicto predicto. Et in eiſdem penis ⁊ ſimilibus puniat quilibet qui alicui intrãdo vel exeundo per dictos muros: vel ſubtus dictam portã dederit auxilium/conſilium/vel fauorẽ. Et ſimiliter examinetur cum tormento per dictum dñm Poteſtatẽ ⁊ Capitaneũ. Et ꝙ preſens ſtatutum ⁊ ordinamentũ non intelligatur ⁊ locum nõ habeat in illis qui pro tpe preterito ſimile delictum cõmiſerunt. Et ẽt non intelligatur ⁊ locũ non hẽat in illis perſonis que exibunt vel intrabunt per portellam S. Franciſci dicte Ciuitatis: per quam portellam itur ad ſiluam/ſiue ad ortum dicte Eccleſie; dũmodo talis exitus vel introitus per dictam portellam ſit ſine malitia vel fraude, ⁊ non ſit ꝯ ⁊ in preiudiciũ dicti ſtatus vel dicte Ciuitatis. Et de perſonis que exibunt vel intrabunt per caſſara: vel aliquod predictoꝝ dicte Ciuitatis/ſiue loci ⁊ Eccleſie Sancti Franciſci fuerit ſine dolo/vel cum dolo/remaneat in deliberatiõe Magnificoꝝ dñorum Prioꝝ/⁊ dicti dñi Poteſtatis vel Capitanei. Et ſiqua perſona reperiretur per ipſum dñm Poteſtatẽ vel Capitaneũ Ciuitatis Aſiſij doloſe ⁊ ꝯ dictum ſtatum dicte Ciuitatis intraſſe vel exiuiſſe per dictam portellam/cõdẽnetur ⁊ puniatur in pena/ac ſi intrauerit/vel exiuerit per dictos muros Ciuitatis: ⁊ in quocũqꝫ dictoꝝ caſuũ ⁊ modorum. Et ſi in fortiam cõis Aſiſij venerit ẽt procedatur ꝯ eum in penis ſuperius declaratis. Et ad iudicandum ⁊ declarandum ꝙ talis exiuerit vel intrauerit per dictaꝫ portellã: Magnifici dñi Priores ⁊ Poteſtas vel Capitaneus iuxta eorum iudicium poſſint iudicare, ⁊ admittatur ⁊ habeat roboris firmitatem.

¶ Q nullus innouet vel miniſterium aliquod preſtet in ſeraturis portarum ⁊ cathenarum. Rub. 122.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q nullus cuiuſcũqꝫ ꝯdõnis exiſtat ciuis vel cõmitatenſis Ciuitatis predicte/aut forenſis audeat vel preſumat quolibet claues vel ſeramina; vel aliquod miniſterium facere in aliqua portarum dicte Ciuitatis Aſiſij: aut in cathenis circa vel iuxta dictas portas ⁊ plateaꝫ cõis exiſtentibus: nec aliquid in predictis: vel aliquod eorũ operari vel inouare ſine expreſſa licẽtia ⁊ mandato dñorum Prioꝝ ⁊ Poteſtatis vel Capitanei Ciuitatis predicte/pena manus dextere amputationis ſine aliqua redemptiõe pro quolibet ꝯfaciẽte. Saluo ꝙ dicti domini Priores poſſint dicta ſeramina ⁊ claues reficere ⁊ renouare ꝓut eis videbitur expedire: vel refici ⁊ renouari facere ſine pena.

¶ De pena intrantium per ſtecchata ⁊ de modo tenendo. Rub. 123.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q ex parte interiori ſtecchatoruꝫ fiat ⁊ fieri debeat quedam carbonaria: in qua tempore nouitatis occurrende aſſignetur pro defenſa ⁊ tuitione ciuitatis habentibus baliſtas/ vbi cõmodius ſtare poſſint ad defenſam predictam/⁊ in offenſam inimicoruꝫ: ⁊ vt ipſa ſtecchata de terrẽ. melius recalcientur; nullus de Ciuitate; vel cõmitatu Aſiſij: vel aliunde audeat vel preſumat per ipſa ſtecchata reintrare pena ꝯfacienti/ſi de die/centũ ſol. deñ. ſi de nocte. xxv. lib. deñ auferend. de facto per officiales ſupradictos. Saluo ꝙ tpe nouitatis quilibet ꝓ defenſione dicte Ciuitatis ⁊ offenſiõe inimicorũ poſſit ⁊ ſibi liceat ſtare ad ipſa ſtecchata ⁊ ſup ipſis ſtecchatis ad offenſionẽ inimicoꝝ: ⁊ defenſionẽ Ciuitatis ⁊ ipſoꝝ ſtecchatoꝝ ſine pena.

¶ De pena deſtruentium breteſchas. Rub. 124.

ITem Prouiderunt ⁊ ordinauerunt. Q nullus de Ciuitate vel cõmitatu Aſiſij vel aliunde audeat vel preſumat inferre aliquod dãnum, vel deſtruere aliquam de brecteſchis vel ſchalis muroꝝ Ciuitatis Aſiſij: vel in portis aut cathenis nec in armis cõis Aſiſij pena ꝯfacienti pro quolibet ⁊ qualibet vice centũ lib. deñ. Et quilibet poſſit accuſare ⁊ denunciare/⁊ habeatur pro vero ⁊ legitimo denuntiatore ⁊ accuſatore: cuius pene quarta pars ſit accuſatoris: ⁊ alia quarta pars ſit officialis facientis executionem, ⁊ reſiduum cõis Aſiſij. Et ſi reperiretur ꝙ aliquis exportauerit ⁊ abſtulerit aliquid de ſtecchatis cõis Aſiſij: vel aliquam aſſidem vel pedagnolam de muris vel berecteſchis dicte Ciuitatis/cõdẽnetur in quinquaginta lib. deñ. pro qualibet vice.

¶ De pena non reſtituentium ſagittamina ⁊ arma cõmunis. Rub. 125.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q ſi contingerit (qđ deus auertat) aliquam nouitatem exoriri/per inimicos cõis Aſiſij vel alios quoſcũqꝫ ⁊ aliqua arma dicti cõis vel ſagittamina alicui darent vel aſſignarent ꝙ ſedata ipſa nouitate vel ante ſi videbit Magnificis dominis Prioribus talis recipiens ipſa arma vel ſagittamina teneat

⁊ debeat ipſis dñis Prioribus vel cancellario cõis Aſiſij qui pro tpe fuerint reddere ⁊ cõſi gnare ipſa die qua ſibi mandatum vel iniunctum fuerit per dictos dños Priores: vel ſequẽ ti die pena centum lib. deñ. auferendoꝝ de facto per officiales predictos: ⁊ nihilominus co gatur ad reſtõnem rei ſibi date ⁊ conſignate. Cuius pene quarta pars ſit officialis executio nem facientis: ⁊ reſiduũ dicti cõis tñ de ſagittatione ⁊ fractione alicuius baliſte remaneat di ſcretioni dñorum Priorum dicte Ciuitatis qui pro tempore fuerint, ⁊ predicta bãniantur ſingulis duobus menſibus.

¶ De pena offendentis vel iniuriantis aliquem facientẽ circa cincioꝝ. Rub. 126.

Item Prouiderunt ⁊ ordinauerunt. Q: quicũq3 iniuriauerit ſeu aliquã iniuriã fecerit dicto vel facto emptoribus gabelle cinciorũ/ conductoribus vel eo rum nuncijs ſoluat vltra penam contenta in ſtatutis Ciuitatis Aſiſij pro offenſione quam cõ miſerit centum ſolidos deñ.

¶ De pena adminantiũ manu vacua vel pede: ⁊ accipientium birretũ: ⁊ facientium cadere in terram. Rub. 127.

Si quis Adminauerit ꝯ aliquẽ manu vacua vel cum pede ⁊ non pcuſſerit. Sta tuerunt ⁊ ordinauerunt. Q: ſoluat ⁊ ſoluere cõpellatur ac cõdẽnetur p Poteſtatem vel Capitaneum pro vice qualibet in centum ſol. deñ. Et ſiquis acceperit iniu rioſe birretum ſeu caputeum de capite: vel fecerit birretũ ſeu caputeũ de capite cadere in ter ram ſimili pena puniatur ⁊ condẽnetur camere cõmunis Aſiſij.

¶ Q: quicũq3 exbannitus qui ſatiſdederit audiatur per procuratorem. Rub. 128.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q: quicunq3 exbãnitus cõis Aſiſij obtulerit ſatiſdare ⁊ ſatiſdederit Idonee de ſoluendo ꝯdẽnationẽ ſuam vel ꝯdẽna tiones ſuas ⁊ pcuratorem conſtituerit: ipſe ⁊ quilibet aliuſ pro eo audiatur in quolibet ſuo iure, ⁊ bona ⁊ iura ſua poſſit per procuratorem defendere ⁊ alienare put ſibi placuerit, nõ obſtante aliquo ſtatuto. ſ. vel. J. poſito: in ꝯtrium loquente/ dũmodo teneatur ⁊ cogatur ſolue re/ condẽnationẽ de qua vel quibus ſoluenduz obtulerit ⁊ ſatiſdederit. J. octo dies a die ſatiſ dationis predicte/ dũmodo nõ habeat locum in condẽnationibus corporalibus ſiue in cõdẽ nationibus in quibus ingeretur pena ſanguinis.

¶ Q: ea die qua pulſat ad arma ciues ⁊ cõmitatẽſes poſſint portare arma. Rub. 129.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q: cuilibet ciui ⁊ cõmitatenſi Ciuitatis Aſiſij li ceat arma portare per dictaz Ciuitatẽ Aſiſij burgos ⁊ ſub burgos ea die qua pulſatur ad arma per aliquã campanam niſi forte ea die met fuerit factum bannimentum in ꝯtrium, videlicet ꝙ nullus portet arma de mandato Rectoris dicte Ciuitatis: vel de manda to dñorum Priorum populi.

¶ Q: Poteſtas ⁊ Capitaneus debeant obſeruare ſtatuta ꝯ rebelles. Rub. 130

Poteſtas ⁊ Capitaneus, ⁊ quilibet alius officialis Ciuitatis Aſiſij qui modo ſunt ⁊ pro tpe erunt. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q: debeant vincu lo ſacramenti ⁊ ad penaz quinquaginta lib. deñ. obſeruare ⁊ obſeruari facere oĩa ⁊ ſingula dicta ſtatuta: ⁊ ipſa executioni mandare ex ſuo officio. Et ad petitionem cuiuſlibet petentis: ⁊ omnia alia ordinamenta facta contra predictos rebelles.

¶ Q: nullus accipiat lapides de muro Ciuitatis ⁊ pontium. Rub. 131.

Quicũq3 Eleuauerit aliquem lapidem de muro Ciuitatiſ Aſiſij. Statuerunt ⁊ ordinauerũt. Q: ſoluat noĩe pene. xxv. lib. deñ. Et nulla pſona audeat vel preſumat eleuare lapidem de aliquo ponte/ fonte/ conducto vel lauatorio: vel gurga cõiſ Aſiſij pena pro qualibet vice. x. lib. deñ. Et pontes, qui ſtant in cõmitatu Aſiſij: Poteſtaſ vel Capitaneus: vel Sindicus Ciuitatis qui pro tpe erũt teneant ⁊ debeant manutenere in bo no ſtatu per adiacentes ipſoꝝ pontium ⁊ fontium. Et ꝙ hoĩes ⁊ plebati cõis Aſiſij teneant ⁊ debeant manutenere in bono ſtatu oẽs ⁊ ſingulos põtes qui ſunt ⁊ erũt in eoꝝ plebatibuſ pena centum lib. deñ. pro quolibet plebatus: ⁊ ſindicus qui pro tempore erit teneatur predi cta obſeruare ⁊ obſeruari facere: ⁊ de predictis inquirere ad requiſitionem cuiuſlibet perſo ne ad penam quinquaginta lib. deñ.

¶ De pena frangentium pacem: ⁊ ꝙ paces ſint firme. Rub. 132.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q: oẽs paces ⁊ ꝯcordie facte ⁊ fiende/ firme ⁊ rate in perpetuum hẽantur ⁊ cuſtodiantur ſub pena in inſtris appoſita. Et

ſiquis per ſe vel alium pacē factam vel fiendam corrūperit aliquo tp̄e, Poteſtas vel Capitaneus penam in inſtr̄is appoſitam ab eo qui pacē fregerit auferre teneatur. Et intelligatur de oī maleficio perſonali. Et ꝙ oīs pax: ⁊ oīa inſtr̄a concordiarꝫ pacis tam factarꝫ q̄ȝ fiēdarꝫ ſcripta vel ēt ſcribenda que manu cuiuſcūq̄ȝ publici Notarij apparerent ſint firm̄. Voluerūt etiam/firmauerunt ac declarauerunt. Quod ſiquis fregerit pacē alicui de aliqua offēnſiōe facta vel fienda in futuro ſi in dicta fractione pacis homicidiū cōmitteret ꝯdēnetur frangens pacē in perditione capitis ita ꝙ moriat̄. Et ſi in dicta fractione pacis interuenerit aliq̄d maleficiū perſonale condēnet̄ in pena dupli vltra ſtatu. in qua deberet ꝯdēnari delinquens: ſi pax non eſſet facta. Et ſemper debeat condēnari in pena in inſtr̄o pacis ꝯtenta: ⁊ ſimul exigant̄/ vȝ ꝯdēnatio pro cōi ⁊ pena pro iniuriato/exceptis q̄ȝ in dānis datis: ⁊ verbis iniurioſis p̄dicta non vendicent ſibi locum. Voluerunt ēt ⁊ mandauerunt. Quod in quolibet inſtr̄o pacis intelligatur adminus pena appoſita. xxv. lib. deñ. non obſtante ꝙ in dicto inſtr̄o dicte pacis minor pena eſſet appoſita vel ſcripta. Et nō intelligat̄ frangere pacē: vel venire ꝯ̄ predictā formam pro verbis iniurioſis/vel dānis datis: vel pro maleficio de quo non exiret ſanguis: ⁊ hoc locum habeat in inſtrumentis factis ⁊ faciendis.

De officialibus familiaribus dñorꝫ Poteſtatis ⁊ Cap. liceat capere rixātes. Rub. 133.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Quod licitū ſit officialibus ⁊ familiaribus Poteſtatis ⁊ Capitaneis ⁊ familiaribus dñorꝫ Priorūȝ dicte Ciuitatis vel alterius eorꝫ de die/ ⁊ de nocte trahere ⁊ ire ad rumores. ⁊ melchias que eſſent in Ciuitate burgis ⁊ ſub burgis aut in cōmitatu Aſiſij/aut in futurꝫ acciderit cuȝ armis ⁊ ſine armis/⁊ occaſione diuidendi riſſantes: vel malefactores capiendi/⁊ ad curiam ducendi. Et ſi aliquaȝ vel aliquos ꝑcutere acciderit/nō teneant̄ ad penā dūmodo dicta cā hoc fecerint vel facerent ipſi vel aliquis eorꝫ: ⁊ de his ſindicari nō poſſint per ſindicos cōis: nec per aliquem aliuȝ tp̄e ſindicatus/nō obſtāte aliquo cap̄lo ſtatutorꝫ quod ꝯ̄trium loqueret̄: ⁊ dūmodo predicta nō fiant ad vindictā: vel offenſam per dictos officiales vel familiares: ⁊ hoc probet̄ p̄ duos teſtes ſi predicta fierent pp̄ iniuriam vel ad offenſam, vel per vindictaȝ. Et ſi ab aliqua dictarꝫ percuſſionū/q̄d abſit/ſequeret̄ homicidium ſeu mēbri debilitatio puniant̄ predicti talia cōmittentes ſm̄ formam ⁊ ordinē iuris cōis/aliquo ſtatuto. ſ. vel. ꝯ̄. poſito nō obſtante.

De illis perſonis que a maleficijs excipiuntur. Rub. 134.

A penis Autem maleficiorꝫ hac perſonas exceperunt Patrem/auum/auiam/patruos/auunculos/virum vxorē nepotes/natos ex filijs vel fratribus/ſeruientes/fratres carnales/ſiue ſimul habitantes ſiue nō: ⁊ alios vniuerſos in eadē familia habitantes ad vnū panem ⁊ vnum vinū: ⁊ oēs minores. xiiij. annis: exceptis q̄ȝ in dānis datis: a quorꝫ dānorꝫ datoruȝ ſolutiōibus ⁊ penis nō exceperunt. Et ſi ipſi minores inter ſe riſſantes fuerint: ⁊ enormis interuenerit leſio/vel ſi minores fecerint/vel coniuncti vel conſanguinei/ſiue habitantes ſimul ſiue nō/⁊ enormis interuenerit leſio, ⁊ inde expoſita fuerit querela per dictos iniuriatos/cōdēnent̄ in medietate pene in qua deberent ꝯdēnari ſi offendiſſent alios ſimili leſione. Aliter de riſſis iter ſe habitis nullatenus procedat̄. Liceat vñ cuilibet ſuum famulū ⁊ famulā verberare moderate ſine pena. Et ꝙ Poteſtas vel Capitaneus nō poſſint capere/vel ēt retinere aliquē ex predictis in caſibus ſupradictis: nec aliqueȝ ad accuſandū directe vel indirecte cogere. Et ſi facerent non valeat nec teneat ipſo iure; minor autē xiiij. annis ⁊ maior. xj, ſi homicidium cōmiſerit/condēnetur in. ccc. libris deñ.

De pena extrahentis ſeu mutantis terminum finalem. Rub. 135.

Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Quod qcūq̄ȝ extraxerit/ſeu extrahi fecerit: vel immutauerit ſeu immutari fecerit terminū/ vel terminos finales/de partium voluntate miſſos/aut ab officialibus cōis Aſiſij: vel arbitris vel alijs ad hoc officiū deputatis/vtraq̄ȝ parte p̄ñte: vel legitime citata: vel qui termini manſerint per decēniū/ aut finales ſi de die vel de nocte fuerit/pro quolibet termino in. xxv. lib. deñ. ꝯdēnetur/ ſi ſtudioſe vel fraudulenter fecerit. Et ſi bannū ſoluere nō poterit cum termino/ad collū per totā Ciuitatem debeat fuſtigari: ⁊ exbāniatur a dicta Ciuitate vel cōmitatu Aſiſij/quouſq̄ȝ dictuȝ bānum ſoluerit: ⁊ in carceribus mittatur donec dictum terminū in eodē loco in quo prius erat repoſuerit ſeu reponi fecerit ſine fraude. Et ſi probari non poterit dictum terminū per quē fuiſſet extractū vel mutatū: vel probatum non fuerit de predictis/ipſos terminos remitti faciat in priſtinū ſtatum prout erant per duos proximos cōuicinos ꝯfidenter vbi fuerint deſignati:

gnati: quorū deſignationi ⁊ terminationi ſtetur. Et idem modus ⁊ forma ſeruetur in terminis miſſis ⁊ mittendis in ſtratis ⁊ vijs publicis. Et in eadem pena debeant condēnari cōtra facientes. Et quilibet poſſit accuſare ⁊ denunciare: ⁊ habeat medietatem banni: ⁊ credatur ſuo iuramento cum vno Idoneo teſte.

¶ Q; nulla ſnia vel ↄdēnatio poſtquā lata eſt poſſit caſſari. Rub. 136.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q; nulla condēnatio poſtq̄ lata eſt vel fuerit per Poteſtatem vel Capitaneum/vel eorū iudices ꝯ aliquem ſeu aliquos de aliquo maleficio vel delicto/poſt. x. dies a die late ſnie poſſit vel debeat cancellari/vel mutari p aliquē/niſi ſolueret ipſaꝫ ↄdēnationē/pena quinquaginta lib. deñ. pro quolibet ꝯfaciente ⁊ qualibet vice. Et quod fieret aliter q̄ dicta forma ſeruata/nō valeat nec teneat vllo modo.

¶ Q; non liceat Poteſtati vel alio officiali accipere pignora ante condēnationem. Rub. 137.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q; nō liceat Poteſtati vel Capitaneo/vel alicui alio officiali, vel eorū Iudicum qui eſſet in officio cōis Aſiſij cogere aliquem de Aſiſio dare denarios vel pignora occaſione alicuius maleficij / quod diceret fore cōmiſſum ante ↄdēnationem factam de ipſo/de qbuſcūqꝫ maleficijs in quocūqꝫ loco cōmiſſis: ſed idoneis fideiuſſoribus ⁊ approbatoribus ſint contenti: excepto q̄ in dānis datis. In quo caſu poſſint de facto accipi. Et nō poſſint extra Ciuitatem aliquē de Aſiſio: vel eius diſtrictu mittere ad confines/vel relegare pro verbis iniurioſis. Sed pro factis ⁊ percuſſionibus poſſint cōpellere: dūmodo aliquem nō ↄfinent vltra duas dietas: nec pro alijs maleficijs exceptis q dixerint: vel tractauerint aliquid ꝯ cōe Aſiſij/vel ſtatum dicte Ciuitatis: ⁊ S. R. E. quos pignoribus: vel alio quocūqꝫ modo grauare poſſint prout dictis officialibus vel alteri eoꝝ videbitur ⁊ placebit. Et predicta non hēant locum in ↄfinando/niſi qñ proceſſerit de voluntate dñoꝝ Priorum, exiſtentium ex eis adminus quinqꝫ in ↄcordia. Voluerunt ēt ꝙ pignora accepta: vel accipienda ad manus maſſarij dicti cōis/vel eius notarij debeant peruenire. Et ſiquis ꝯfecerit: debeat in. x. lib deñ. ↄdēnari dicto cōi Aſiſij effectualiter applicandorū.

¶ De pena corrūpentis Poteſtatem vel Capitaneū vel eoꝝ officiales. Rub. 138.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerūt. Q; nullus vndecūqꝫ ⁊ cuiuſcūqꝫ ſtatus ⁊ ↄdōnis ſit, audeat vel preſumat corrūpere: aut corruptelam aliquā ordinare tractare: ac etiam acceptare cum dño Poteſtate: vel Capitaneo: vel eoꝝ: aut cum aliquibus eoꝝ officialibus/occaſione alicuius proceſſus crialis ſeu ciuilis qñcūqꝫ ⁊ qualitercūqꝫ cū datis vel promiſſis Et ſiquis ꝯfecerit penaꝫ qnquaginta lib. deñ. dicto cōi Aſiſij applicandoꝝ. Et ꝯ talem corrumpentē ⁊ attentantē poſſit procedi p accuſationem denuntiationē ⁊ inquiſitionē. Et ad plenam ꝓbōnem ſufficiat dictum talis officialis corrupti/cum vno Idoneo teſte: qui non ſit de familia ipſius: vel eius ſotius: nec ſit de vna familia ſecum. Et ſi dictam penam ſoluere nō poterit perſonalr puniatur ſm ꝙ viſum fuerit Poteſtati vel Capitaneo. Excepto tñ a pñti ſtatuto. Q; ille talis qui aliquid dederit ſiue ꝓmiſerit occaſione alicuius corruptionis anteq̄ ꝯ eum procederetur vel inquireretur cōpareret coram aliquo ex dictis officialibus ⁊ publice diceret ſe pecuniam: vel aliquid dediſſe vel promiſiſſe quod ad corruptelam pertineret, ꝙ talis ad penam nullatenus teneatur. Et dēat dare operam efficacem ꝙ predicto tali corrūpenti ſeu corrūpere volēti. Id quod dederit integraliter reſtituatur, ⁊ omne quod promiſit reuocetur/conſiderata tamen in predictis caſibus qualitatem perſonarum.

¶ Q; nulla prouiſio fiat alicui domini vel officiali forenſi: ⁊ de baractarijs non faciendis. Rub. 139.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q; nullus mercator vel campſor, vel alia perſona cuiuſcūqꝫ prebeminentie vel ſtatus exiſtat audeat: vel preſumat alicui officiali forenſi/Priori populi: vel camerario artis, ſeu alteri pſone pro eis vel altero eoꝝ: vel eius noīe recipere, ſeu eius preteſtu promiſſioneꝫ alicuius quantitatis pecunie: tam in pecunia q̄ in alijs rebus facere, vel fieri facere/occaſione alicuius ↄcluſionis, deceptionis, vel ſimonie, ſiue maleficij reuēdendi: vel penam ipſius minuendi, vel aliquem abſoluendi ſiue ↄdēnandi in maiori vel minori pena q̄ debuerit de iure: vel reformationē fiende in fauorem alicuius ⁊ dānum cōis, ad penam quinquaginta lib. deñ. pro quolibet ꝯfaciente: ⁊ qualibet vice. Et ꝙ dñs Poteſtas vel Capitaneus ſemper in

principio cuiuſlibet officij Prioratus ⁊ camerariatus vinculo iuramenti ad penam predi/ctam teneatur ⁊ d'eant facere iurare ad Sancta dei Euangelia oēs ⁊ ſingul: s mercatores, ⁊ campſores ⁊ Iudeos: ⁊ etiam oēs pueros dictoꝝ mercatorum ⁊ campſorum: ⁊ alios eis ſubmiſſos, quoꝝ promiſſioni fides daretˀ obſeruare ⁊ attendere tenorem pñtis ſtatuti.

¶ Ꝙ ſnīe ferantur per Poteſta. vel Capitan. vt in capitulo ꝯtinetˀ. Rub. 140.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerūt ꝙ in ordinarijs ciuilibus ⁊ criminalibus ſnīe ferē/de per dños Poteſtatez ⁊ Capitaneum, ⁊ eoꝝ officiales: ⁊ quēlibet ipſorum dentur ⁊ ferantur per ipſos in locis infraſcriptis vꝫ. Ꝙ dñs Potel: as ⁊ eius officiales teneantˀ ⁊ debeant ſuas ſnīas ferre ⁊ dare in ſala inferiori palatij habitationis ipſius dñi Po teſtatis vbi ius redditur. Et idem dixerunt ⁊ voluerunt de dño Capitaneo in palatio ipſius dñi Capitanei: vbi ipſe ius reddit. Et ſi aliter ferrentˀ vel darentur dicte ſnīe ſint ipſo iure nulle. Voluerunt etiam ꝙ ſi aliquis bānitorū ⁊ baiulorum cōis deferret dictis officialibus/ vel alicui ipſorum aliquā literam ſeu cedulam in qua vel quibus ꝯtineretur aliqđ rogamen de aliquo maleficio cōmiſſo: ꝙ ꝯ̄faciens incidat in penam. x. lib. deñ. pro qualibet vice: que pena auferri poſſit de facto a contrafaciente abſqꝫ aliqua ſententia vel proceſſu per officialē cui oblata fuerit dicta litera.

¶ De pena turbantis aliquem in tenuta ſiue poſſeſſioñ. Rub. 141.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Ꝙ ſi aliquis tenutam vel poſſeſſionez rei imobilis valoris quinquaginta lib. deñ. inuaſerit ſeu turbauerit vel moleſtauerit poſſi/dentem vel tenentem ſine auctoritate curie hoc probato poſſeſſionē ⁊ tenutam reſtituat ſpo/liato, ⁊ ſoluat. x. lib. deñ. ⁊ a moleſtatione ceſſet. Si vero fuerit valoris ⁊ extimationis a qn/quaginta libris ſupra condēnetur in xxv. lib. deñ. poſſeſſionē reſtituat ⁊ a moleſtatione deſi/ſtat. Et ſi tenutam rei mobilis vel ſe mouentis valoris centum ſol. deñ. vltra ſoluat noīe ban ni. xl. ſol. deñ. ⁊ reſtituat rem ablatam ⁊ dānum emendet ſacro patientis. Et ſiquis de tenuta turbata aliquē accuſauerit: vel de quocūqꝫ alio maleficio: vel delicto: vbi pena reſultaret a cē tum lib. ꝟ. pro quolibet accuſato: ꝯ̄ quē non probauerit accuſator in totum vel in partē: cōdē/netur in. xl. ſol. deñ. Si vero pena reſultaret a centum libris ſupra vſqꝫ in. cc. lib. in centum ſo lidis deñ. condēnetur. A ducentis lib. ſupra vſqꝫ in quadringentis lib. in. x. lib. deñ. condēne/tur. Et ab inde ſupra cuiuſcūqꝫ ſumme fuerit pena imponenda in. xx. lib. deñ. condēnetur. Si vero pena fuerit perſonalis principalr̄ vel in defectu ſolutionis: in. xxv. lib. deñ. condēnetur. Et nullus in caſibus predictis appellans. Et ſi data vel conceſſa fuerit tenuta vel poſſeſſio ꝑ curiam Poteſtatis vel Capitanei, vel per iudices ipſorū: vel alterum eoꝝ ꝯ̄faciens in. xxv. lib. deñ. debeat cōdēnari. Et ſi predicti Poteſtas vel Capitaneus, vel eorū officiales in pre/dictis fuerint negligentes ⁊ predicta non ſeruauerint pro qualibet vice penā centuz lib. deñ. incurrunt. Et ſi aliquis prelatus vel clericus: vel qui non eſſet ſubiectus iuriſdictioni cōmu/nis Aſiſij abſtulerit ſeu priuauerit: vel priuare preſumpſerit uel non ꝑmiſerit poſſidere per ſe vel alium abſqꝫ ⁊ ſine auctoritate curie Poteſtatis vel Capitanei Ciuitatis Aſiſij: aliquā poſſeſſionem imobilez alicui vel cōmitatenſi Ciuitatis Aſiſij, ꝙ Poteſtas vel Capitaneus ⁊ vel Iudices eorū: vel alterius eoꝝ ſummarie ⁊ de facto ſine ſtrepitu ⁊ figura Iudicij ipſum ciuem vel cōmitatenſem Aſiſij ſubiectuz reponant ⁊ reponi faciant in pacifica poſſeſſione ꝟ. xv. dies poſtqꝫ petitū fuerit. Et poſtqꝫ repoſitus fuerit nullus debeat eum moleſtare nec in/quietare: nec ipſam laborare ad petitionē dicti prelati clerici, vel non ſubiecti. Et ꝯ̄faciens ꝑ dictos dños vel eorum alterū in centum lib. deñ. debeat condēnari: ⁊ dicto cōi applicari in pena predicta, liceat tñ tali prelato/clerico/vel non ſubiecto ꝯ̄ talem ciuem/uel cōmitatenſez agere via ordinaria coram officialibus ſupradictis: dūmodo tali prelato, clerico/uel nō ſub/iecto per ablationem quaz fecerit, uel faceret in futurū ius aliquod nō acquiratur ſeu acqui/ri poſſit in poſterum. Et ꝙ liceat cuicūqꝫ accuſatori de turbata poſſeſſione petere abolitionē ſuper dicta accuſatione: ⁊ ipſa petitione facta ſuper dicta accuſatione procedere non poſſit: dummodo dicta abolitio petatur ante publicationē teſtium ⁊ proceſſus: poſtea autem peti non poſſit nec aboleri. Et petens abolitionem predictam teneatur ſoluere maſſario cōmunis Aſiſij pro ipſo cōi recipientis centum ſol. deñ. ⁊ reficiat accuſator expenſis.

¶ Ꝙ nullus doctor vel nobilis fideiubeat pro aliquo ⁊ nullus ciuis fideiubeat pro forenſe. Rub. 142.

Item Statuerũt ⁊ ordinauerunt. Q nullus doctor nec nobilis: audeat vel preſumat in curijs Ciuitatis Aſiſij pro maleficio fideiubere pro aliquo de Ciuitate Aſiſij vel cõmitatu pena centum lib. deñ. nec popularis poſſit pro aliquo nobile fideiubere in ciui li vel criminali cauſa ad dictam penã. Et ꝙ nullus ciuis poſſit fideiubere in criãlibus ꝑ ali quo forenſe ad dictam penam: ⁊ fideiuſſio non valeat. Et ꝙ predicti dñi vel alter eoꝝ: ſiue al terius eoꝝ officiales tales nobiles vel doctores/ſiue ciues fideiubere volentes pro perſonis predictis: ⁊ in caſibus predictis nullatenus admittere debeant ſub pena centum lib. dena riorum de ipſorum ſalario.

Q nullus tẽpore rumoris trahat vel trahere debeat aut vadat ad ali quem nobilem vel ad eius domum. Rub. 143.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q nullus ciuis Ciuitatis Aſiſij: vel cõmitatiuus vel forenſis vadat/trahat, vel trahere debeat, ſeu accedat tpe rumoris ſiqs ori retur, quem deus auertat, ad aliquem nobilem ſeu ad eius domum, nec euz ſequi, nec ad ali quem qui turbaret: vel turbare vellet bonum ⁊ pacificum ſtatum cõis ⁊ populi Ciuitatis Aſiſij, vel vnionem ciuium dicte Ciuitatis: nec ei dare debeat: auxilium conſiliũ vel fauorem pena quingentaꝝ lib. deñ. quam penã ſiue condẽnationẽ ſi. j. x. dies non ſoluerit pes amputet eidem. Et predicti Poteſtas ⁊ Capitaneus ⁊ quilibet eoꝝ teneãtur predicta exequi ⁊ exe cutioni mandare cum fuerint requiſiti. Et de predictis ex eoꝝ offõ inquirere poſſint ⁊ teneã tur ⁊ debeant: pena centum lib. deñ. Si negligentes extiterint in predictis.

Q qui fecerit proditionem contra ſtatum eccleſie ſtraſinari debeat. Rub. 144.

Item Ad hoc vt malignitates de cordibus nequiſſimoꝝ eruantur: ⁊ eoꝝ prauis co gitationibus obuietur hoc pñti ſtatuto duxerunt ordinandũ. Q quicunqꝫ cu iuſuis ſtatus: ꝓdõnis ſiue preheminentie fuerit qui verbo, vel opere publice: vel occulte proditionem: ſiue conſpirationẽ fecerit ꝯ ſtatum S. R. E. ⁊ cõis Aſiſij, ſeu auxilium / conſi lium/vel fauorem quouiſmodo prebuerit ſtraſſinari debeat per Ciuitatẽ Aſiſij, ⁊ maxime ꝑ loca publica. Et deinde conducatur ad locum iuſtitie: ⁊ ibi dimembretur ſiue ſquartetur, ⁊ ante quãlibet portam dicte Ciuitatis ſuper furchis ponatur vnus quartus. Et oĩa bona ta lis delinquentis/ſi fuerit paterfamilias confiſcẽtur. Si vero fuerit filiuſfamilias dicta pena puniatur. Et bona paterna, etiam viuente patre, ⁊ oĩa quecũqꝫ alia bona vndecũqꝫ venerint ad ipſum quolibet ſpectantia ſimili modo in eius ꝯdẽnatione cõfiſcentur. Verũ ſi talis de linquens aufugeret ponatur in bãno predicto. Q ſi vnqꝫ venerit ad manus ⁊ fortiã prefati cõis Aſiſij ſupradicta pena puniatur. Et pingatur in formã proditoris ſuſpenſus cũ vno pe de: ⁊ cum capite. j. in loco publico ſup plateam cõis, vcꝫ in pariete palatij Magnificoꝝ dño rum Priorum verſus plateam. Et filij dicti talis delinquentis expellãtur ⁊ bãniatur de Ci uitate ⁊ eius cõmitatu nõ redituri amplius ſub pena ad quã teneret ipſe pater delinquens. Et ſimiliter eꝯ. Si filius vel filij modo predicto deliquerint eoꝝ pater expellat: ⁊ ſimili mõ bãniatur. Et nullus de ſupradictis delinquentibus poſſit ad prefatam Ciuitatem venire vel cõmitatum quin dictam penam patiatur. Et conſanguinei eiuſdem vſqꝫ ad tertium gradum teneantur redimere bona dicti delinquentis a camera dicti cõis. Et cõe teneatur dictis con ſanguineis facere inſtrm venditionis. Et dictum inſtrm habeat effectũ, ac ſi emiſſent a pro prijs dñis: hoc ſuperaddito ꝙ quicũqꝫ interficeret aliquem vel aliquos ex dictis exbanditis vel in fortiam eiuſdem cõis deduceret. Si ipſe talis interficiens vel modo predicto ꝓducens eſſet exbanditus quacũqꝫ de cã rebanniatur: ⁊ ipſo iure intelligatur auctoritate pñtis ſtatuti eſſe rebãnitus ⁊ remiſſus in dicta Ciuitate Aſiſij. Et ſi fuerit alius ꝙ bãnitus ſit imperpetuũ exẽptus cũ oĩbus ſuis hrdibus ⁊ ſucceſſoribus iperpetuũ per lineam maſculinaz a quolibet grauamine ⁊ onore perſonali ⁊ reali prefate Ciuitatis ⁊ cõmitatis eiuſdẽ. Et ſup. hoc impe tret litere a. S. D. N. P P. Q hmõi bãniti nõ poſſint ſtare neqꝫ habitare in aliqua ex ter ris ſeu aliquo ex locis/dominio Sancte Roma. Eccleſie ſubiectis ad dictaz penaz. Et ꝙ re ctores ſiue officiales hmõi terraruz ſiue locorũ: vbi dicti tales delinquentes reperti forent te neant illos capi facere: ⁊ ad locum delicti remittere ſub fida cuſtodia. Et ibidem ſubijcian tur pene predicte. Verum ſi hec in tali forma obtineri non poſſent, obtineatur ſaltim ꝙ nõ poſſint ſtare prope dictam Ciuitatem Aſiſij per ſpacium quinquaginta miliariorum.

Q quicũqꝫ ſub leuauerit ſiue congregauerit ſiue noĩauerit aliquas partes do loſe vel aliter in Ciuitate Aſiſij ſiue cõmitatu puniatur. Rub. 145.

Item Ad hoc vt in futurũ ceſſet oĩs materia delinquendi, ⁊ aliquas partes ſubleuã di ſeu ꝯgregandi. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q̄ quicũq̄ de cetero ſubleuauerit/ſiue ꝯgregauerit partes aliquas in hac Ciuitate Aſiſij: ſiue eius cõmitatu, aut tumultum dicta occaſione fecerit in populo: ſiue hec tractantes: aut ſciens nõ reuelauerit ⁊ manifeſtauerit puniant̄ ẜm formam. ꝗ̄. ſcripti ſtatuti de ꝓditoribus ꝯ̄ ſtatuꝫ eccleſie: ⁊ cõis Aſiſij. Quicunq̄ vero doloſe ⁊ apenſate noiauerit partes aliquas in eiſdẽ Ciuitate vel cõmitatu, ipſo facto incidat in penã lib. qnquaginta deñ quas ſubito ſoluere teneat̄ abſq̄ dilatiõe. Et ſi nõ ſoluerit detineatur in carceribus cõis quouſq̄ ſoluerit. Siquis vero al'r noiauerit aliquas partes in eadẽ Ciuitate vel cõmitatu Aſiſij. Illico incidat in penã lib. x. deñ. Et ſtare debeat in carceribus cõis per. x. dies continuos: quos carceres ſi redimere voluerit: alias. x. lib. deñ. ſoluere teneatur: quas penas dictus dñs Poteſtas vel Capitaneuꝫ dicte Ciuitatis Aſiſij q̄ pro tp̄e fuerint exequi facere teneant̄ de facto: ⁊ ſine aliquo ꝓceſſu ſub pena ⁊ ad penã. xxv. lib. deñ. auferendoꝝ de ſuo ſalario tp̄e ſindicatus ſi in predictis negligens fuerit.

¶ Q̄ nullus ciuis: cõmitatenſis: vel forenſis audeat portare aliquã diuiſam. Rub. 146.

Item Ad obuiandum incõuenientijs que occurrere poſſent pp̄ antiquas paſſiones eoꝝ qui veſtigia maloꝝ perſequebant̄. Statuerunt ⁊ ordinauerũt. Q̄ in futurũ nullus tam ciuis q̄ꝫ cõmitatiuus vel forenſis: cuiuſuis ꝯdõnis exiſtat habitãs in Ciuitate vel cõmitatu Aſiſij. Et intelligat̄ forenſis habitans in Ciuitate vel cõmitatu, qui ſteterit per vnũ annuꝫ in dicta Ciuitate vel cõmitatu, audeat vel preſumat portare aliquã diuiſaꝫ in caligis cuiuſuis perſonis preter ſuam vel ſuoꝝ, niſi fuerit familiaris alicuius ciuiꝫ familiariter habitans cum dicto ciue ad vnũ panem ⁊ vnũ vinum. Et quicũq̄ ꝯ̄fecerit ipſo facto penaꝫ lib. x. deñ. incurrat quas ſoluere teneatur per bullectã ſine aliquo ꝓceſſu ⁊ ſnĩa: dũmodo appareat bullecta de ſołone predicta ⁊ callige libere ſint officialis inueniẽtiꝫ. Si vero officialis negligens fuerit ad ingrendum prefatos transgreſſores ⁊ ꝯ̄ eos executionẽ faciendũ incidat in penaꝫ. xxv. lib. deñ, retinendã de ipſoꝝ ſalario tp̄e eoꝝ ſindicatuꝫ. Et quilibet poſſit ꝯ̄ dictos officiales negligentes porrigere petitionem in dicto eorum ſindicatu.

¶ Q̄ nulla ſocietas poſſit fieri in Ciuitate vel comitatu. Rub. 147.

Item Ad obuiandum erroribus q̄ occurrere poſſent pp̄ ſocietates que hactenus in hac Ciuitate ſolite erant fieri. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q̄ de cetero ⁊ in futurum nulla ſocietas cuiuſuis gñis fieri poſſit: vel coadunari in Ciuitate vel cõmitatu Aſiſij pro aliqua letitia vel triſtitia: quinimo facte penitus diſſoluant̄. Et quicũq̄ ꝯ̄ ire vel facere deprehenſus fuerit, camere dicte Ciuitatis Aſiſij ipſo facto lib. quinquaginta deñ. ſoluere teneat̄. Et ꝑtãs taliũ ſocietatum ⁊ cõpagniaꝝ: ⁊ quilibet eoꝝ huic ſtatuto ꝯ̄facientes ⁊ ꝯ̄faciens eidem camere ſoluant lib. c. deñ. abſq̄ mora, ⁊ ſine vlla exceptione, ⁊ de facto. Et dñs Poteſtas ⁊ Capitaneus dicte Ciuitatis Aſiſij qui pro tempore fuerint teneant̄ facere fieri executionem ſub dicta pena contra delinquentes modo predicto in quam penam incurrant ſi in predictis vel aliquo predictorum fuerint negligentes.

¶ Q̄ ſindici villarum teneantur denuntiare maleficia: ⁊ ſe preſentare vt in capitulo continetur. Rub. 148.

Omnes Et ſinguli ſindici villarũ cõmitatu Aſiſij, ſiue Caſtellani caſtroꝝ dicti cõmitatus. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q̄ teneant̄ ⁊ debeant. ĩ. x. dies a die introitus Poteſtatis vel Capitanei ciuitatis Aſiſij cõputãdos quolibet ſemeſtri ſe ꝑſonaliter preſentare: ⁊ corã dicto dño Poteſtate vel Capitaneo cõparere ad iurandũ offĩcis vel alteri ipſoꝝ cõmiſſum. Et deinde qualibet die ſabbati q̄libet ſindicus villarũ, ſeu bailiarũ, ⁊ caſtellanus caſtroꝝ dicte Ciuitatis durante tp̄e eoꝝ officij teneant̄ ⁊ debeãt ſe ꝑſonaliter p̄ntare coram dictis dñis Poteſtate vel Capitaneo ad penã c. ſoł. deñ. Et ſi qđ maleficiũ, cõmitteret̄ in aliqua balia/villa/ſiue caſtro/dicti cõmitatus: hoĩes dicte ville ſeu balie, ſiue caſtri, in quo fuerit cõmiſſum dictũ maleficiũ: ad penã. c. ſoł. pro quolibet ipſoꝝ teneant̄ ⁊ debeant. ĩ. v. diem a die dicti cõmiſſi delicti ſignificare dictũ maleficiũ/ſiue delictũ dicto ſindico/ſiue caſtellano: ⁊ plenarie ipſuꝫ informare. Et q̄ q̄libet ſindicus villaꝝ: ſeu caſtellanus caſtroꝝ teneatur ⁊ debeat in ſcriptis per modum ⁊ viã denuntie. ĩ. viij. dies proxime futuros a die dicti cõmiſſi maleficij ſiue delicti cõputandos: denuntiare dicto dño Poteſta. vel Cap. ⁊ ſuis officialibus oĩa ⁊ ſingula maleficia in dictis balia/villa/ſeu caſtro/ſeu altero eoꝝ commiſſa ꝑ quoſcũq̄ ad penam. x. lib. deñ. dicto cõi applicandarũ. Et ſi ante dictos. viij. dies ad

notitiam

125r

notitiam dictorum dñoꝝ Poteſtatis vel Capitanei: vel alicuius eoꝝ officialium qui erunt pro tpe dictũ maleficium vel maleficia deueniret. Qꝫ cómiſſum fuiſſet in aliqua bailia vel caſtro, cómitatus eiuſdem. Qꝫ ex nunc de dicto maleficio nó denũciato ſindicus vel caſtellanus nó teneaᷓ ad penam: nec poſſit occaſione dicti maleficij in aliquo ꝯdénari. Et nulla pſona audeat vel preſumat corrũpere ſindicos ſiue caſtellanos cómitatus: nec aliquos teſtes: vel aliquem ex predictis occaſione alicuius maleficij. Et ꝙ ipſi ſindici ꝛ caſtellani non pmittant ſe corrũpi modo aliquo precio, vel precibus ſeu ſuaſionibus aliquorum. Et qui ꝯfecerint pro qualibet vice in. xxv. lib. deñ. debeant ꝯdénari. Et quilibet poſſit ꝯfacientes accuſare. Et nihilominus dicti dñi Poteſtas vel Capita. ꝛ quilibet ipſoꝝ de predictis teneantur ꝛ debeant inquirere ſingulis menſibus. Et intelligatur dicta corruptio facta eſſe de predictis ſindicis vel caſtellanis ſi eis vel alteri ipſoꝝ, aut alij eoꝝ ſi dicta de cauſa aliqua locatio vel promiſſio eſſet facta de aliqua pecunie quantitate vel re occaſione predicta.

¶ Qꝫ ſi baiulus vel hoies villarum ſcienter occultauerint maleficium condénentur. Rub. 149.

Si contigerit Aliqđ enorme maleficiũ cómitti per aliqué ſeu aliquos in aliqua villa ſeu territorio ville: caſtro ſeu territorio caſtri cómitatus eiuſdé, ꝛ hoies ipſius ville ſeu caſtri: vel ſindicus eiuſdé, vel caſtellani tale maleficium ſcienter occultauerint. Statuerunt ꝛ ordinauerunt. Qꝫ ipſa villa ſeu caſtrum ꝛ hoies eiuſdé penam. xxv. lib. deñ. incurrant. Sindici vero ꝛ caſtellani qui ſcienter occultauerint tale maleficium pená quinquaginta lib. deñ. incurrant pro quolibet ꝛ qualibet vice. In qbus penis p Poteſtatem vel Capitaneũ debeant ꝯdénari. Et intelligatur maleficiuꝫ enorme tam in Ciuitate ꝙ̃ in villis ꝛ caſtris/furtum a. x. lib. ſ. homicidium vel robbaria a. x. lib. ſ. incendium alicuius domus vel cappanne: ſeu bladi valoris. x. lib. deñ. ꝛ ab inde. ſ. Et vulnus factum cuꝫ debilitatione mébri. Et vulnus factum cũ armis ꝛ effuſione ſanguinis, ꝛ ſtruprũ, ꝛ raptus: ꝛ immiſſio cum muliere virgine: ꝛ adulterium/proditio/ꝛ falſitas. Et ꝙ Poteſtas ꝛ Cap. poſſint ꝯ tales vniuerſitates villarũ ꝛ caſtrorum: ꝛ ſindicos ſiue caſtellanos p inquiſitionem procedere: ꝛ repertos culpabiles in dictis penis punire ꝛ ꝯdénare. Et qlibet poſſit ꝯfacientes accuſare ꝛ denuntiare palam ꝛ ſecrete: ꝛ habeat medietaté ꝯdéna. ꝛ aliter vel alio mó ꝯ baiulos ſiue ſindicos ville, ꝛ hoies alicuius balie: vel caſtellanos alicuius caſtri cómitatus Aſiſij per dictum dñm Poteſtatem vel Capitaneum: vel alterũ ipſorum procedi non poſſit nec inquiri: ꝛ ſi procederetur proceſſus nó valeat nec teneat, ſed ſit caſſus ꝛ nullius valoris atqꝫ momenti. Et predicta ſeruentur per dictos dños Poteſtaté vel Capitaneũ ꝛ eoꝝ officiales vinculo iuramenti: ad penam centum lib. deñ. pro quolibet eorum.

¶ Qꝫ bailie cómitatus Aſiſij prout cófinate ſunt ita remaneant. Et ꝙ quelibet bailia teneaᷓ facere ſuum ſindicum. Rub. 150.

Item Statuerunt ꝛ ordinauerunt. Qꝫ balie cómitatus Aſiſij prout ſunt ꝯfinate. ſ. in ſtatutis ita remaneant confinate: firme ꝛ diſtincte. Et hoc nó vendicet ſibi locum in illis bailijs caſtris ſeu villis que vnite eſſent: ꝛ quibus imunitas conceſſa eſſet per formam alicuius ſtatuti vel ordinaméti cóis Aſiſij per ipſum cóe Aſiſij. Et quelibet bailia debeat facere ſuum ſindicum ꝛ baiulum. Et hoies de quolibet caſtro, caſtellanũ: quibuſlibet. vi. menſibus. ſ. x. dies in aduentu dñorum: vcꝫ cuiuſlibet Poteſtatis vel Capitanei: ſub pena ꝛ ad penam. xx. ſol. deñ. pro quolibet fumante. Et bailia qualibet ſiue caſtro. x. lib. deñ. cuius báni quarta pars ſit officialis ꝯdénantis ꝛ tres partes ſint cóis. Et Poteſtas ꝛ Capitaneus teneaᷓ predicta facere obſeruari pena. c. lib. deñ. p quolibet. Et ꝙ oés allibrati in villis ſeu caſtris pro cómitatu debeant ꝯtribuere in balijs ſeu caſtris in quibus allibrati ſunt in oibus factionibus ꝛ oneribus: nó obſtante ꝙ ibi nó habitent. Exceptis ꝙ̃ in dánis datis/ cuſtodia ꝛ officio baiulatus ꝛ ſindicatus. In quibus teneaᷓ solũmodo ꝯtribuere in villa in qua habitant: licet ibi allibrati non ſint. Nullus tñ allibratus per Ciuitatem vel in Ciuitate poſſit eligi in baiulum alicuius bailie: ſiue ſindicũ ꝛ caſtellanũ alicuius caſtri: nó obſtante ꝙ in bailia vel caſtro habitauerit. Voluerunt ſtatuerunt ꝛ firmauerunt ét ꝙ oés habitantes in aliq̃ bailia cómitatus Aſiſij licet allibrati exiſtant ꝛ ſint in Ciuitate ꝛ per Ciuitaté teneaᷓ ꝛ debeant ſoluere ꝛ contribuere pro dánis datis: ꝛ in dánis datis: datis in [illegible]ia in qua habitarent, vt alij de bailia: pro eo tempore tantum quo habitarent ꝛ cum beſtijs, ꝛ non in alijs.

¶ De pena quarti. Rub. 151.

OMnes Et singuli qui ꝯdēnabūtur per Potestatē:vel Capitaneū vel aliū officialē cōis Aſiſij ſḃm ſuam iuriſditionem in aliqua quātitate pecunie. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ ipſam ꝯdēnationem ſoluant ⁊ ſoluere teneanť .x.v. dies poſt latam ſniam nō computata die late ſnie a .x.v. diebus in antea exnunc incurrant penam quarti ipſo facto:⁊ vltra predictā ꝯdēnationē:cōi Aſiſij ſoluant ⁊ ſoluere teneantur ⁊ cōpellantur ipſum quartū ſine aliqua ꝯdēnatione facta ſeu fienda de ipſo quarto. A pena autē quarti excluſerunt:qui ante condēnationē factam ꝯ̄ predictos fuerint in carcere cōmunis Aſiſij detenti ⁊ recluſi,⁊ hoc capitulum ſit preciſum.

¶ De quibus maleficijs poſſit fieri pax:⁊ de beneficio cōfeſſionis. Rub. 152.

De omnibus ⁊ ſingulis maleficijs exceſſibus ⁊ delictis īter riſſantes:ſeu ēt litigantes per ſe ⁊ eoꝝ vel alterius eoꝝ procuratorē tutorem:vel curatorē. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ poſſit fieri pax ⁊ remiſſio:preterꝗꝫ de furto robbaria:incēdio:⁊ aſſiſſinatione,⁊ blaſfemia dei,⁊ eius matris ⁊ ſanctoꝝ ⁊ ſanctaꝝ eius ⁊ falſitate de qbus nullatenus ꝑſit. Et ꝙ quicūqꝫ habuerit pacē de aliquo maleficio qḋ dicereť cōmiſiſſe. Et tpe citationis cōparuerit corā dn̄o Poteſtate vel Capitaneo vel eoꝝ ſeu alterius eoꝝ officialibus ⁊ ſponte confeſſus fuerit maleficium de quo accuſareť vel ad grauareť vel aliter ꝯ̄ eum procedereť tpe accuſatiōis ꝙ per ipſam cōfeſſionem remittatur quarta pars eius pene ⁊ ꝯdēnationis in qua puniri ⁊ condēnari deberet per formam alicuius ſtatuti. Et pp pacem habitam alia quarta pars totius pene remittatur. Statuerunt ēt ꝙ ſiquis cōmiſerit delictū ſeu exceſſum:⁊ ipſum negauerit:⁊ vigore plene vel ſemiplene ꝓbōnis conuinceretur ꝙ bn̄ficium pacis ad quartam partē pene tm̄modo:pene in qua condēnari deberet ſe extendat:dūmodo in oibus ⁊ ſingulis caſibus .ſ̄. dictis pax facta fuerit ante ſniam latā. Et dūmodo .ꝫ.x. dies poſt latam ſniam:⁊ productuꝫ fuerit inſtrm̄ pacis apud acta coram officialibus qui dictam ſniam de dicto maleficio vel exceſſu tuliſſent. Voluerunt ⁊ firmauerunt etiam ꝙ quicūqꝫ fecerit pacem de tali maleficio vel exceſſu vnde ſibi aliqua pars condēnationis reſultaret vel veniret ꝙ de ipſis condēnationibus poſt factam pacem nullum participium habere poſſit/nec partem habeat vllo modo.

¶ Qꝫ beneficium pacis proſit ſine confeſſione. Rub. 153.

Beneficium Pacis. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ de oibus exceſſibus maleficijs vel delictis de quibus procedereť in curia dn̄orum Poteſtatis vel Capitanei exceptis caſibus .ſ̄. dictis:⁊ alijs per formā pn̄tium ſtatutoꝝ reſeruatis ꝙ proſit ſine ꝯfeſſione. Et bn̄ficium ꝯfeſſionis econuerſo in oibus .ſ̄. dictis caſibus preterꝗꝫ .ſ̄. exceptis proſit ſine pace. Et Poteſtas ⁊ Capitaneus vel alter ipſoꝝ ſub pena:⁊ ad penam quinquaginta lib. den̄. ſibi de facto auferendoꝝ per eius eoꝝ ſindicatores admittere ⁊ demere teneanť:non obſtante aliquo ſtatuto vel ordinamento incontrarium diſponente.

¶ Qꝫ bn̄ficium pacis nō proſit cōmittentibus maleficiuꝫ in platea nec ꝯfeſſio. Rub. 154.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt ad hoc vt in platea cōis Aſiſij quilibet valeat ſecure manere:nulluſqꝫ audeat in ea maleficiū aliqḋ perpetrare. Qꝫ bn̄ficiuꝫ pacis vel ꝯfeſſionis non proſit,nec admittatur alicui qui aliqḋ maleficiuꝫ in platea dicti cōi cōmitteret:nō obſtante aliqua ꝯfeſſione facta:vel pace. Sed integre ꝯdēnetur in oi ⁊ tota quantitate qua condēnari deberet per formam alicuius ſiue aliquoꝝ ſtatutorum ⁊ ordinamentorum dicti cōis. Et dictam condēnationem integram ⁊ effectualiter ſoluere teneatur aliquo ſtatuto ſupra ⁊ infra poſito non obſtante.

¶ De duplicatione penarum. Rub. 155.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ pene maleficioꝝ dupliceť ⁊ duplicari debeant cuilibet maleficium cōmittenti de nocte:que nox intelligatur a primo ſono cāpane cōis que pulſatur de ſero:vſqꝫ ad cāpanam diei que pulſatur de mane. Et in quolibet palatio ⁊ domo in quo ſeu qua morareť aliqs officialis cōis pro ſuo officio exercendo. Et in macello cōis. Et in platea S. Rofini. Et in campo nouo:ſeu platea noua in qua beſtie vēduť ad perlaſium. Et in platea S. Clare. S. Marie maioris epiſcopatus. In platea S. Franciſci. Et in platea monaſterij S. Petri. Et in qualibet eccleſia. Et in via ⁊ per ſtrataꝫ qua itur ad eccleſiam S. Marie Angeloꝝ, vcꝫ a porta S. Petri vſqꝫ ad dictā eccleſiam. Et in platea ipſius eccleſie. Et in qualibet platea vbi fieret mercatū ſeu forum publicū. Et in taberna ⁊ prope tabernam per tres

domos

domos ex quacũqꝫ parte fuerit melius pro cõi menſurandũ. Et ante domuꝫ iniuriati per. x. pedes ad pedem pertice cõis vel. j. Et in domo illius qui receperit iniuriaꝫ. Duobus diebus ante Kaleñ. menſis Auguſti: die Kalendaꝝ: ⁊ die ſequenti poſt Kal. Et in diebus feſtiuitatũ beatoꝝ Roſini Victorini Franciſci: ⁊ ipſius Stigmatũ. Et S. Marie virginis in Annunciatione. Et S. Marie de Auguſto in Aſſumptione. Et in feſto Natiuitatis de mẽſe Septẽbris. Et in Purificatione de menſe Februarij. Et in vigilijs eaꝝ. Et in die Paſchatis Pẽtecoſten. Et in die Veneris Sancti. Et in die octaue paſchatis Reſurrectionis: Saluis caſibus in preſenti volumine ſtatutoꝝ expreſſis. In quibus pene duplicari poſſint vt. s̃. ſiue de nocte: ſiue de die, ⁊ in tabernis vel alijs locis vbi cõmitterent aliqua maleficia: vel delicta. Exceptis ꝗ̃ in platea cõis Aſiſij ⁊ per. x. pedes iuxta dicta palatia cõis Aſiſij: vbi ſit pena delinquentibus tripla: dũmodo ratione diei ſabbati: vel alia rõne vltra triplum predictum puniri vel condẽnari non poſſit statu. s̃. vel. j. poſitum non obſtante.

¶ Ꝙ nullus notarius qui non ſit de Aſiſio extrahat aliquam ſcripturam de libris communis. Rub. 156.

NUllus Notarius qui non ſit oriundus de Aſiſio: vel eius diſtrictu. Statuerũt ⁊ ordinauerunt. Ꝙ audeat vel preſumat extrahere de aliquo capitulo huius ſtatuti, nec de aliqua ſcriptura cõis Aſiſij copiam. Et qui ꝯfecerit per Poteſtatẽ vel Capitaneum dicti cõis in quinquaginta lib. den̄. debeat ꝯdẽnari. Et ꝙ nullus notarius de Aſiſio vel eius diſtrictu: audeat vel preſumat extrahere aliquã copiaꝫ de ſtatutis cõis Aſiſij in dãnum ⁊ preiudicium dicti cõis. Et ſi ꝯfecerit talis ſcriptura non valeat. Et nihilominus dãnuꝫ qd̾ cõe Aſiſij reportaret de ſuo proprio cõi predicto debeat emendare. Et ſi non poterit aut noluerit facere: ⁊ in fortiam dicti cõis peruenerit detineat in perpetuo carcere donec emendauerit. Et ſi contumax fuerit exbãniatur perpetuo de Ciuitate ⁊ cõmitatu Aſiſij. Et nihilominus in. c. lib. den̄. debeat condẽnari. Et hoc capitulũ legi faciat in conſilio ⁊ inter notarios ſemel in menſe: ⁊ banniri publice in ſex menſibus bis: ad hoc vt nullus poſſit pretẽdere ignorantiaꝫ. Et ſi Poteſtas vel Capitaneus in predictis fuerint negligentes perdant de eorum ſalario quinquaginta lib. den̄. dicto cõmuni applicand.

¶ Ꝙ quicunqꝫ habet de ſcripturis cõis debeat ipſas aſſignare. Rub. 157.

ITem Statuerũt ⁊ ordinauerũt. Ꝙ Poteſtas ⁊ Capitaneus teneant ⁊ dẽant. j. xv. dies a die introitus ſui officij numerandos perquirere ⁊ inueſtigare: ⁊ bãniri facere nulla habita diſtinctiõe perſonaꝝ. Ꝙ ſiquis de Ciuitate vel cõmitatu Aſiſij: vel eius diſtrictu vel aliunde haberet aliquem librum ſeu ſcripturã: qui aut que ptineat cõi Aſiſij ꝙ. j. viij. dies poſt diem bãni: debeat maſſario cõis Aſiſij aſſignare: ⁊ qui nõ aſſignauerit in dicto termino penam quinquaginta lib. den̄. incurrat: quã penaꝫ ſibi Ptãs Ciuitatis Aſiſij auferre teneatur. Et nihilominus ad reſtõneꝫ libri ſiue ſcripture cõpellat. Et ad denũciandũ ⁊ accuſandum ꝯfacientes qlibet admittatur cum vno teſte idoneo ⁊ fidedigno, ⁊ cũ iuramento, ⁊ habeatur pro plena ꝓbõne. Et ideꝫ intelligatur de Capitaneo in oibus ⁊ per oia ad obſeruantiam predictoꝝ oium. Et ſi aliquis predictoꝝ dñoꝝ fuerint negligentes perdant de ſuo ſalario quinquaginta lib. den̄. Et hoc capl̄m ſit preciſum quod tolli nõ poſſit. Et ꝙ quilibet hactenus ſubſtitutus vel ſubſtituendus in futuꝝ a cancellario vel electus a cõi teneat ⁊ debeat oẽs ſcripturas de quibus eſt rogatus in publicã formã, aſſignare dñis Prioribus populi. j. menſem a die qua rogatus fuerit de dicta ſcriptura pena quinquaginta lib. den̄. pro qualibet ſcriptura cõmuni Aſiſij applicand. Et nihilominus cõpellatur ipſe ad reſtitutionem dictarum ſcripturarum in publicam formam.

¶ De terra que non poteſt laborari per inimicum. Rub. 158.

SI quis Habet aliquã poſſeſſionẽ in territorio alicuius ville ⁊ non põt eã facere laborare pp potentiã inimici ſui: vel alicuius exbãnite pſone. Statuerũt ⁊ ordinauerunt. Ꝙ hoies bailie in qua res eſſet: vel eſſent ſita vel ſite: teneant eam vel eas laborare vel laborari facere: ⁊ ſi eam vel eas laborare renunciant teneant dare illi cuius eſſet poſſeſſio predicta tm̃ quantum poſſit recipere de dicta terra vel terris ſi laborarentur. Et ad predicta facienda cogantur per Poteſtatem vel Capitaneum.

¶ Ꝙ procedatur de ſimilibus ad ſimilia. Rub. 159.

IN omnibus ⁊ ſingulis maleficijs delictis ⁊ exceſſibus atqꝫ caſibus cõtingentibus. In quibus ⁊ de quibus ad punitionẽ predi-

ctoꝝ maleficiorum ⁊ alioꝝ per formam alicuius ſtatuti nõ eſſet pena ordinata. Statuerũt ⁊ ordinauerunt. Q; Poteſtas ⁊ Capitaneus ⁊ glibet ipſoꝝ in puniendo dicta maleficia delicta ſiue exceſſus poſſint imponere penã ⁊ bãna que imponunẽ per formaȝ alicuius ſtatuti de maleficio ⁊ exceſſu quod magis aſſimilatur dicto tali maleficio ⁊ exceſſui qđ diceretur com miſſum de quo ꝑ formam ſtatutoꝝ non eſſet noiata certa pena. Et ſi ſimile reperiri non poſſet procedaẽ ſm formam iuris cõis: dũmodo ſemp Poteſtas ⁊ ſui Judices requirant ⁊ requirere debeant in predictis conſiliũ Magnificorum dñoꝝ Priorum populi. Jn quoꝝ preſentia vel maioris partis ipſoꝝ fiat dicta aſſimilatio: ⁊ valeat ⁊ teneat.

¶ Q; quicunqȝ allegauerit priuilegium clericatus. Rub. 160.

Quicunqȝ Allegauerit priuilegium clericatus ſeu allegauiſſet vel allegaret in curia dñoꝝ Poteſtatis ⁊ Capitanei Ciuitatis Aſiſij: ſeu alterius officialis. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q; extrahi nõ poſſit nec eligi ad aliqđ offĩm Ciuitatis Aſiſij, ⁊ ſi eligereẽ ſit electio nulla: ⁊ nullius valoris: vel momenti. Et elector penam. x. lib. deñ. incurrat ⁊ cõi Aſiſij debeant applicari. Et Ptãs ⁊ Capita. ⁊ quilibet eoꝝ predictũ ſic electum a dicto officio ⁊ electione penitus debeant remouere pena. xxv. lib. deñ. ꝑ quolibet ipſoꝝ. Et ipſi dñi ⁊ quilibet eoꝝ ſingulariter ⁊ diuiſim in qualibet electione debeant inquirere de predictis, niſi predictus electus per menſem ante dictam electionem renuntiauerit priuilegio cleriatus: ſeu per contrarium actum clericatus renuntiauerit.

¶ Q; dicta ſtatuta obſeruentur in qualibet parte ipſorum. Rub. 161.

Jtem Statuerunt ⁊ ordinauerũt. Q; quelibet pſona de Ciuitate: vel cõmitatu Aſiſij vel aliunde quam dicta ſtatuta tangerent vel aliqđ predictoruȝ in totum vel in parteȝ/tacite vel expreſſe qũolibet, vel que ad ipſoꝝ vel alicuius eoꝝ obſeruantiã teneretur, quocũqȝ modo teneaẽ ⁊ debeat ipſa ſtatuta ⁊ ordinamenta in qualibet parte ipſoꝝ integraliter obſeruare ⁊ adimplere. Et ꝙ ꝯ ipſa vel aliquod predictoꝝ nõ faceret ad penã in eis inſertam a ꝯfacientibus qũolibet auferendam. Et quilibet poſſit ⁊ ſibi liceat ꝯfacientes ſiue ꝯfacientẽ accuſare ⁊ denuntiare ⁊ ſue accuſe ⁊ denuntie ſtetur ⁊ credaẽ cum iuramẽto preſtãdo per eum ⁊ de nouo ⁊ vno teſte fidedigno, ⁊ habeat medietatem eius qđ ex dicta denuntia venerit in cõi. Et ꝙ Poteſtas ⁊ capitaneus Ciuitatis Aſiſij ⁊ quilibet ipſoꝝ teneanẽ ⁊ debeant vinculo iuramenti, ⁊ ad penam. xxv. lib. deñ. pro quolibet ⁊ qualibet vice. Et etiam poſſint ⁊ eis ⁊ cuilibet eoꝝ liceat procedere ꝑ inquiſitionẽ, denuntiationem vel per accuſationem cuiuſcũqȝ perſone, ⁊ contra omnes ⁊ ſingulos hoĩes ⁊ perſonas qũolibet ꝯfaciẽtes contra dicta ſtatuta vel aliquod eorum in aliqua parte ipſorum.

¶ Q; Poteſtas ⁊ Capitaneus teneantur inquire de leproſis habitantibus in Ciuitate Aſiſij. Rub. 162.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q; Poteſtas ⁊ Capitaneus Ciuitatis Aſiſij: qui pro tp̃e erunt. ĩ. menſem poſt introitũ. eoꝝ officij ſeu regiminis teneanẽ ⁊ debeant facere inqſitionẽ de leproſis: in ciuitate ⁊ cõmitatu Aſiſij vel aliunde habitãtibus in dicta Ciuitate ⁊ cõmitatu. Et ſi aliqs leproſus vel leproſa ſit vel fuerit in dicta Ciuitate vel cõmitatu Aſiſij/predicti Poteſtas ⁊ Capitaneus teneanẽ ad penã. c. lib. deñ. de ipſoꝝ ⁊ cuiuſqȝ ipſoꝝ ſalario auferẽdorũ ⁊ de hoc debeant ſpãliter ſindicari expelli facere de Ciuitate Aſiſij ⁊ eius cõmitatu caſtris ⁊ villis. ĩ. viij. dies poſtqꝫ fuerit eis vel alteri eoꝝ terminus aſſignatus per dictos dños Poteſtatẽ ⁊ Capitaneum: vel alterum ipſoꝝ. Et ſindici villaruȝ ⁊ caſtellani caſtroꝝ teneanẽ denũtiare leproſos: qñ in eoꝝ caſtris ſiue villis eſſent aliq leproſi. Et ſi aliquis ipſoꝝ cõmitteret fraudẽ in nõ aſſignando ⁊ denũtiando talẽ ſeu tales leproſos ꝯdẽnetur per Poteſtatẽ vel Capitaneũ pro quolibet ⁊ qualibet vice in. x. lib. deñ.

¶ De pena percutientium animalia. Rub. 163.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q; ſiquis vulnerauerit aliqđ animal groſſuȝ: vcȝ bouem/aſinum/vacchã/equam/equũ/muluȝ/mulaȝ/vituluȝ/vitulaȝ/⁊ his ſimilia alicuius de Ciuitate vel cõmitatu Aſiſij: ⁊ ex ipſo vulnere morireẽ/ſoluat noĩe pene. xxv. lib. deñ. ⁊ emendet dãnum patienti. Et ſi nõ morireẽ emendet ſilr dãnũ patienti ⁊ ſoluat noĩe pene cõi Aſiſij. v. lib. deñ. Si vero aliquis interfecerit ſeu occiderit aliqđ aliud aĩal minutũ incidat in penam. v. lib. deñ. pro quolibet aĩali interfecto: ⁊ dãnum emendet patiẽti. Si vero ꝑcuſſerit ⁊ non occiderit incidat in medietatẽ pene predicte: ⁊ dãnum ſilr emendet patienti. Et ꝓcedatur per Poteſtatẽ ſiue Capitaneũ ꝯ delinquentes tam ꝑ teſtes qꝫ ꝑ indicia

cia ⁊ ad torturam/ſm ordinem traditū in ſtatuto ſub rubrica poſito. Qualr procedat ꝯ illuꝫ ꝯtra quem fuerit ſemiplene probatū. Et hoc ſtatutū nō vendicet ſibi locū in canibus vel alijs aialibus aggredientibus aliquē. In quo caſu liceat cuilibet ſe tueri: ⁊ aial aggrediens ipune offendere pro tutela ſue perſone. Et de predictis dn̄s Poteſtas ⁊ Capitaneus ⁊ ꝗlibet ipſorum: ⁊ eorum Iudices poſſint teneantur ⁊ debeant inquirere ex eorū ⁊ cuiuſqꝫ ipſorum officio: ⁊ repertos culpabiles punire ⁊ condēnare in penis predictis.

¶ Qꝫ Poteſtas ⁊ Capitaneus poſſint ꝓcedere ꝑ inqſitionē de oībus delictis. Rub. 164.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ Poteſtas ⁊ Cap. ⁊ quilibet ipſoꝝ Ciuitatis Aſiſij: ⁊ eoꝝ Iudices maleficioꝝ: vel alter ipſoꝝ poſſint teneant ⁊ debeant cognoſcere per inqſitionē ex officio curie formatā ⁊ procedere ꝯ quaſcūqꝫ perſonas ciuitatis ⁊ cōmitatus Aſiſij: ⁊ alias quaſcūqꝫ pſonas de oībus ⁊ ſingulis maleficijs ⁊ delictis que cōmitterentur per predictos: vel aliquē predictoꝝ ꝯ formam ſtatutoꝝ ciuitatis ꝑdicte, vel ꝯ formam iuris, ac ipſos punire ⁊ ꝯdēnare in penis debitis ſm formā dictoꝝ ſtatutorū, non obſtātibus aliquibus ſtatutis vel ordinamentis cōis Aſiſij. ſ. vel I. poſitis: vel alijs qbuſcūqꝫ in ꝯtrium loquentibus vel diſponentibus nō obſtātibus. Exceptis qꝫ de verbis iniurioſis: ⁊ de cognitione carnali mulieꝝ nuptarum: ⁊ aliaꝝ mulierum virginū vel nō cuiuſcunqꝫ ꝯdōnis ⁊ gradus exiſtant. Et ēt exceptis oībus perſonis que a maleficijs excipiunt ſm formam ſtatutoꝝ predictorum: ꝯ quas perſonas procedere per inqſitionē nō poſſit: niſi eo mō ⁊ ordine quibus in dictis ſtatutis continetur. Et ſi procederet nō valeat nec teneat quod factum fuerit, ipſo iure, ⁊ ſequi non poſſit aliqua condēnatio: ⁊ ſi ſequeretur nō mereatur exequutionē: pena officiali contrafacienti in predictis: vel aliquo predictoꝝ centum lib. deñ. pro quolibet officiale ꝯfaciente ⁊ qualibet vice: de ipſorum ſalario retinend.

¶ Confines platee magne Ciuitatis Aſiſij. Rub. 165.

Confines Platee cōis Aſiſij iuxta quā ſunt palatia: ſunt iſti: vcꝫ Angulus eccleſie S. Nicolai iuxta viaꝫ qua itur ad portā S. Iacobi: ⁊ exit recte ad oppoſitas domos Ser Nicolai Ser Laurentij de gambutis prout capit. Et ex parte inferiori dicte eccleſie iuxta viam qua itur per viā portice exit recte ad domū heredum Bartholomei Petri aromatarij: que eſt prope domū Amatucij Euāgeliſte, includendo in dicta platea traſaunam ⁊ capellam S. Nicolai. Angulus palatij magnificoꝝ dn̄oꝝ Prioꝝ ppli verſus ſtratam S. Clare, ⁊ exit recte ad angulum domorum dicti cōis ex oppoſito: ⁊ trahit recte ad angulū domoꝝ heredꝫ Nicoloſi Angeli: ⁊ appothece Ser Euāgeliſte Ser Mariani in capite platee, ⁊ pretendit recte ad angulū domoꝝ hr̄dū Lippi de nepis ⁊ qtū tenēt ⁊ claudunt cathene circūcirca dictam plateam ipſas cathenas includendo in dicta platea.

¶ Confines macelli. Rub. 166.

Confines Macelli ſunt hij angulus palatij cōis vbi morant Magnifici dn̄i Priores populi ex pte poſteriori qui eſt ex oppoſito domus olim Marini petitti. Et trahit recte vſqꝫ ad domum Ser Euangeliſte Ser Mariani que eſt ꝓpe plateolam dicti macelli, ⁊ trahit ad angulū domus heredum Nannis ciminelli, ⁊ ad angulum domus Baptiſte Matthioli lane, ⁊ ex oppoſito ad angulum palatij prefatoꝝ Magnificoꝝ dn̄oꝝ Prioꝝ ſilr ex parte poſteriori verſus eccleſiaꝫ in qua natus fuit Beatus Frāciſcus. Includendo intra fines dicti macelli dictam plateolam ante dictum macellum.

¶ Confines platee Sancte Marie Maioris. Rub. 167.

Confines Platee Sancte Marie Maioris ſunt ab angulo ſupiori domus Iacobi Ser Mariani ⁊ trahat recte ad angulū domuſ Ser Euāgeliſte Ser Mariani: ⁊ protendit recte ad alium angulum dicte domus vſqꝫ ad angulū domus hr̄dum Petri pellucij, ⁊ a dicto angulo ex oppoſito trahit ad angulꝫ orti Mariotti Dauid, ⁊ protendit recte ad angulum domus Bartholomei petrucij: ⁊ a dicto angulo trahit recte ad angulum orti dicti Ser Euangeliſte ⁊ ex oppoſito prout trahit ad muros orti epiſcopatus: ⁊ protendit vſqꝫ ad eccleſiam predictam, ⁊ a dicta eccleſia protendit recte ad angulꝫ furni Sanctucij fornarij: ⁊ a dicto angulo ⁊ ad angulū Caſaleni pacianguli Chriſtophori prout trahit recte ad angulum domus Franciſci Gaſparis ſmerli.

¶ Confines platee Sancti Franciſci. Rub. 168.

Confines Platee Sancti Frāciſci ſunt a porticella que eſt ſupra ſtratā que vadit verſus Sanctum Petrum: ⁊ ad portam filiorum Chriſti

que porticella eſt poſita iuxta domū hrdum Ser Franciſci angeli ⁊ domū Joānis Stephani vſq ad angulū domus Joānis matthei Matthei de Scō Mariano: ⁊ trahit ad angulū domus Franciſci Gaſparis Samfiordi: ⁊ trahit recte ad angulum domus ex oppoſito dicti Franciſci. Et ſicr vſq ad angulū domus hrdū Petri maſſij: ⁊ ex oppoſito vſq ad cantonem bertheſche in capite dicte platee: ⁊ a dicto angulo vſq ad cantoné eccleſie S. Frāciſci ſuperioris: ⁊ a dicto angulo vſq ad angulū platee inferioris dicte eccleſie: ⁊ a dicto angulo vſq ad dictam porticellam ꝑut trahit murus: non tñ preiudicando iuribus ſpecialiū perſonarum.

¶ Confines platee Sancti Roſini. Rub. 169.

Confines Platee S. Roſini ſunt iſti colūna vbi eſt deſignatus Leo in capite fontis dicte platee, ⁊ trahit recte ad campanile dicte eccleſie: ⁊ vadit recte ex oppoſito ad palatiū dicte eccleſie. Et ab angulo ſupiori dicte eccleſie trahit recte ad angulum inferioré dicti palatij: ⁊ trahit recte ad angulū domus Jacobi Angeli brodij: ⁊ vadit ad angulū apothece Antonij maſtice, ⁊ trahit recte ex oppoſito ad domū Chriſtophori Franciſci ſacchardini, ⁊ protendit recte ad angulū domus Baptiſte ciardelle: ⁊ vadit recte ad domum hrdum Melchioris Joānis fabri: ⁊ protendit recte ad angulū alterius domus dicti Jacobi: ⁊ trahit recte per ſtratam publicam vſq ad dictam colūnam in qua eſt deſignatus dictus Leo. Includendo in ipſa platea fontem dicte platee.

¶ Confines perlaſij: ſiue platee noue. Rub. 170.

Confines Perlaſi, ſiue platee noue ſunt hij, vz ab angulo monaſterij Sācte Catherine ex parte ſupiori ⁊ trahit recte ad oppoſitā domū Jacobi ciccbi lagie, ⁊ ab angulo dicte domus prout trahit recte ad angulū orti Vitalis Petri: alias dicto Vitalone, ⁊ trahit recte ad angulū domus baptiſte Joānis: ⁊ ꝓtēdit recte ad angulum domus Andree S. Baggiani. Et vadit recte ad oppoſitos muros veteres cōis: ⁊ vadit ad turroné poſitū in cōſpectu eccleſie S. Roſini: vz in pede dicte platee, ⁊ a dicto turrone trahit recte ad porticellā ſuperiorem iuxta plateam predictam ad angulū orti heredū Jacobi Herculani. Et a dicto angulo prout trahit recte ad domū Pauli Menecucij. Et a dicta domo exhit recte ad angulū domus Nicolai buthi vſq ad angulū domus Petri de Fratonibus. Et a dicto angulo trahit recte ad angulū domus heredū Thome gori, ⁊ a dicto angulo trahit recte ad angulum dicte eccleſie/ſiue monaſterij Sancte Catherine.

¶ Confines platee Sancte Clare. Rub. 171.

Confines Platee S. Clare ſunt hij vz. Angulus inferior dicte eccleſie verſus ortum ipſius eccleſie/⁊ a dicto angulo prout trahit recte ꝑ muros dicti orti vſq ad angulum ſupiorem domus purghi Franciſci Angeli menecucij. Et a dicto angulo trahit recte ad oppoſitā domum Franciſci Joānis: ⁊ trahit recte ad angulū domus hrdum Saluatoris Antonij ſalui: ⁊ exhit recte ad angulum domus Georgij Jacobi Chriſtophori: alias cirliche: ⁊ protendit recte ad angulū domus Joānis Thome cellini. Et vadit recte ad oppoſitam domum Pauli murelle: ⁊ trahit recte ad porticellam iuxta bona monaſterij dicte eccleſie, ⁊ protendit recte ad angulum ſuperiorem dicte eccleſie.

¶ Confines platee Sancti Petri. Rub. 172.

Confines Platee monaſterij S. Petri ſunt hij vz angulus inferior palatij dicte eccleſie, ⁊ trahit recte prope muros Ciuitatis vſq ad hoſpitale dicti monaſterij, ⁊ trahit recte ꝓpe muros dicti hoſpitalis vſq ad cantoné ſuperioré dicti hoſpitalis verſus portam S. Petri, ⁊ a dicto cantone ꝑut trahit recte ad oppoſitam domum vxoris Antonij pallotte prope viam, ⁊ res Antonij Joānis bartholi ⁊ trahit per directum vſq ad angulum domus capelle S. Luce de dicto monaſterio: ⁊ a dicto angulo trahit recte ad angulum cimiterij dicti monaſterij: ⁊ protendit ad angulū ſuperioré dicte eccleſie.

¶ Qualiter citentur forenſes. Rub. 173.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ forenſes citent in maleficijs per cedulā ponendam inſcriptis ꝑtinentem in ſe tenorē ⁊ effectū inquiſitionis ſeu denuntiatiōis vel accuſationis ꝯ ipſum formate ſiue aliter ꝑducte per baiulum cōis Aſiſij in vnam ex colūnis portici palatij ſolite reſidentie dñi Ptātis ⁊ Cap. iuxta plateam magnā dicti cōis cū termino. v. dierū/⁊ minus ꝑut placuerit predicto dño Poteſtati vel Capitaneo/attenta diſtantia vel ꝓpinquitate vnde eſſet talis forenſis ꝯ quem procederet. Et terminus predictus deſcribatur ēt in predicta cedula. Infra qué terminū poſſit ⁊ liceat dicto tali forenſi cōparere ad ſe

excuſandum

excuſandum ꝛ defendendū: a dicta inqſitione denuntia/ſiue accuſa. Et ſi ꝯtumax extiterit ponatur in báno in quo báno aſſignet̃ dicto forenſi inqſito/denunciato vel accuſato terminus. v. dieꝝ ad cóparendum ꝛ ſe excuſandum ꝛ defendendū. Et ſi in dicto termino comparuerit ꝛ Idonee ſatiſdederit de ſoluendo ꝯdénationem ferendam ꝙ ipſuꝫ audiat̃ ꝛ ꝓcedatur ſm̃ formam ſtatuti de materia loquentis. Et ſi nó comparuerit ét procedat̃ ſm̃ formá dictoꝛuꝫ ſtatutorum de materia loquentium. Poſſint etiam dicti dñi Poteſtas ꝛ Capitaneus ꝛ eoꝛuꝫ iudices procedere contra dictos tales forenſes ſi eis vel alteri eorum videbitur ꝛ placebit ſecundum formam traditam in ſtatuto poſito. ſ. ſub rubrica ſimili.

¶ De pena prioꝛum ꝛ eoꝝ notarij cómittentium barattariam. Rub. 174.

Item Statuerunt ꝛ ordinauerūt. Qꝫ quicunqꝫ dum erit prioꝛ populi, vel notarius ipſoꝝ prioꝝ cómitteret aliqđ furtum vel barattariam remoueatur ab officio prioꝛatus ſiue notariatus, ꝛ nihilominus condénetur in ea pena que declarabitur ꝛ delibe rabitur per dños Priores populi ꝛ per cóſilium ſecretum dicte Ciuitatis Aſiſij.

¶ Qꝫ cómittentes maleficia nó fugiant ad eccleſias nec ibi receptent̃. Rub. 175.

Item Statuerunt ꝛ ordinauerunt. Qꝫ ſi aliqs qui maleficiū cómitteret in Ciuitate vel cómitatu Aſiſij ex quo pena quinquaginta lib. deñ. vel ab inde. ſ. reſultaret fugeret vel ſtaret in aliqua eccleſia vel monaſterio: vel abbatia Ciuitatis vel cómitatus Aſiſij. Iꝑ xv. dies a die cómiſſa maleficij vel foꝛmati ꝓceſſus vltra vná diem nãleꝫ cogant̃ laboꝛatores ꝛ coptumaioli ꝛ péſionarij prelati talis eccleſie monaſterij vel abbatie ſoluere cói Aſiſij, tãtam quantitaté in qua ꝛ quáta ꝯdénaretur dictus talis maleficiū cómittés, ꝛ predicta cogãtur predicti laboꝛatores coptumaioli ꝛ penſionarij ꝛ quilibet ipſoꝝ per dñm Poteſtateꝫ ꝛ Capitaneū Ciuitatis Aſiſij: ꝛ quélibet eoꝝ ſũmarie ꝛ de facto ad penam. c. lib. deñ. pro quolibet dictorum officialiuꝫ ꝯfacientiuꝫ ꝛ qualibet vice/dūmodo bánuꝫ ꝛ ſũma ſoluenda ꝛ exigenda a dictis laboꝛatoribus coptumaiolis ꝛ penſionarijs nó poſſit excedere ſũmam quinquaginta lib. deñ. pro qualibet vice ꝛ quolibet receptante.

¶ De pena poꝛtantium arma offendibilia in palatijs: vbi ꝛ qñ fiunt conſilia. Rub. 176.

Item Statuerunt ꝛ oꝛdinauerunt. Qꝫ nullus cuiuſcūqꝫ ꝯdónis vel ſtatus exiſtat: non obſtante ꝙ fuerit de numero Prioꝝ ꝛ eoꝝ notarius audeat poꝛtare aliqđ genus armoꝝ offendibilium in aliquo palatioꝝ dñoꝝ Poteſtatis vel Cap. vel Prioꝛuꝫ ppl̃i ciuitatis Aſiſij tp̃e quo fieret aliqđ ꝯſilium in aliquo dictoꝝ palatioꝛuꝫ ad penam. x. lib. deñ. pro quolibet ꝯfaciente ꝛ qualibet vice: ꝛ quilibet poſſit denũtiare ꝛ accuſare ꝯfaciété qbus deferentibus poſſit auferri, nó obſtante ꝙ non vadat familia ad rimationé armorum. Et ꝙ dñi Poteſtas ꝛ Cap. in rimatione armoꝛum poſſint mittere per Ciuitatem Aſiſij familiaꝫ in illo numero ꝛ ſicut eis vel alteri eoꝛum videbitur ꝛ placebit.

¶ Qꝫ omnia inſtrumenta ſectarum ꝛ ligarum ſint caſſa. Rub. 177.

Item Statuerun ꝛ oꝛdinaue. Qꝫ oé inſtr̃m ꝛ oís promiſſio ac ꝯtus quolibet ꝯtus ꝛ factus inter quoſcūqꝫ quocūqꝫ mó vel titulo fcm̃ factus vel facta occaſione vel preteſtu alicuius lige vel ꝯſpiratioñ. ſit ꝛ eſſe intelligatur caſſum vanū ꝛ irritū, ꝛ caſſa vana ꝛ irrita: ꝛ nullius efficatie vel valoꝛis: ꝛ nulla pſona poſſit vti aliquo ex dictis inſtr̃is ꝯtibus obligationibus vel ꝓmiſſionibus: vel exceptionibus alicuius eoꝝ: vel eaꝝ petere in totum vel in parté, ꝛ qui ꝯfecerit puniatur ꝛ ꝯdénetur per dñm Poteſta. ꝛ Capi. Ciuitatis Aſiſij in pena dupli quãtitatis ꝯtente in dicto ꝯtu vel ꝓmiſſione: cuius pene medietas ſit dñi Poteſta. vel Capi. ferentis ſniam ꝛ exequentis: de eo quod venerit in cómuni. Et ꝙ de predictis predicti dñi Poteſtas ꝛ Capitaneus teneantur inquirere ad notificationé cuiuſcūqꝫ.

¶ De membris debilitatis. Rub. 178.

Si quis Offenderit aliqué vel ꝑcuſſerit in pſoná ꝛ membꝛuꝫ ex dicta ꝑcuſſione remanſerit debilitatuꝫ. Statuerunt ꝛ oꝛdinaue. Qꝫ ſoluat noie báni cói Aſiſij ducentas lib. deñ. Et nihilominus condénetur percuſſoꝛ habenti membꝛuꝫ magagnatum ſeu perditum in quinquaginta lib. deñ.

Laus Deo.


128v

Regiſtrum.

AAA BBB CCC DDD EEE

Omnes ſunt terni preter DDD EEE qui eſt ſunt duerni.

¶ Ad omnipotentis dei laudem: ac Beati Franciſci opus perfectum extitit Peruſie per Hieronymum Franciſci Baldaſarris de cartbuarijs.
M D XLIII. Die. xj. Auguſti.



Tabula Quarti Libri Statutoruꝫ Magnifice Ciuitatis Aſiſij

De extraordinarijs.



Tabula Rubricarum

Quarti Libri Statutorum Magnifice Ciuitatis Aſiſij. De extraordinarijs.

Probemium.

Qđ quilibet oriundus de Aſiſio poſſit accuſare cõtrafacientes contra ſtatuta ⁊ ordinamenta. Rub.1. fo.2.
Qđ quilibet poſſit per Ciuitatem ⁊ burgos vendere carnes.rubrica.2. fo.2.
Qđ Macellarij vendentes carnes in Ciuitatis ⁊ cõmitatu Aſiſij teneantur vendere ſm̃ modum in capitulo contentum.rub.3. fo.2.
Qđ macellarijs admittatur defenſio modo ⁊ ordine infraſcrip.rub.4. fo.2.
Qđ Suzura non fiat in macello.rub.5. fo.2.
Qđ macellarij ⁊ ſeruientes eis portent cultellos in pezeciis.rub.6. fo.2.
Qđ quilibet habens domum ſiue camerã in macello poſſit habere banchas.rub.7. fol.2.
De immunditia ⁊ putredine macelli ceſſanda. rubrica.8. fo.2.
Qđ macellum bonarũ carnium fiat in loco in preſenti capitulo nominato.rub.9. fo.3.
Qđ tabernarij debeant tenere diſchum ante eorũ hoſtium vel vegetem quando vendunt vinum vt in capitulo continetur.rub.10. fo.3.
Qđ vendentes vinum non dent vnum pro alio: ⁊ teneantur dare vnicuiq; petenti.rub.11. fo.3.
Qđ vendentes vinum menſurent cum menſuris ſigillatis.rubrica.12. fo.3.
Qđ vendentes vinum non accipiant pignora a luſoribus.rub.13. fo.3.
Qđ ementes vinũ ſoluant incõtinenti.rub.14.fo.3.
Qđ vendentes vinum non teneant tabulerium in taberna.rub.15. fo.4.
Qđ tabernarij nõ debeant recipere pignuſ vel obligationem aliqua occaſione ludi.rub.16 fo.4.
Qđ notarius Poteſta. ⁊ Capita. vadat pro vaſis non iuſtis.rub.17. fo.4.
Qđ vendentes vinum ad minutum teneant ligatas menſuras.rub.18. fo.4.
Qđ nullus vendat vinum poſt tertium ſonum campane.rubrica.19. fo.4.
De penis augumentandis contra tabernarios: ⁊ de modo ſigillandi menſuras ⁊ earum renouatione: ⁊ de parte officium exequentium condẽnationes ⁊ inuentiones contra formam ſtatutorum.rubrica.20. fo.4.
Qđ nullus poſſit ludere ad morram pluſq; in capitulo continetur.rubrica.21. fo.5.
Qđ fornarij coquant panem, ⁊ de fornatico accipiendo.rubrica.22. fo.5.
Qđ panifacule omnes ſoluant.x.ſol. den̄.pro qualibet ⁊ faciant ⁊ vendant panem ſm̃ formaz eis traditam per Priores.rub.23. fo.5.
Qđ panifacule vendant panẽ in platea cõis publice ⁊ nõ ĩpediant introitus camerar.ru.24.fo.5
De pizichaiolis vbi ſtare debeant. rub.25. fo.5.
De loco ordinando vbi vendantur olera: ⁊ q̄ nullus pizichaiolus ante nonam emat aliquaz rez venalem.rub.26. fo.6.
Qđ pizichaioli qualibet die Sabbati remundent plateam.rubrica.27. fo.6.
Qđ nulla perſona emat piſces cauſa reuendendi. Rubrica.28. fo.6.
Qđ nulla pſona poſſit extrahere ex diſtrictu Aſiſij aliquã cacciagionẽ vel vcellationẽ.ru.29 fol.6.
Qđ de predictis quilibet poſſit accuſare ⁊ cedulas in cippis mittere.rub.30. fo.6.
Quod vaſarij vendant vaſa picta ⁊ non picta. rubrica.31. fo.6.
Qđ artifices foreſes venientes ad Ciuitatẽ Aſiſij poſſint eorũ artẽ exercere: ⁊ quilibet grauat̃.a camerarijs hẽat recurſum ad dominos Priores.rubrica.32. fo.6.
De merciaiolis pigolottis pectẽarijs olearijs: ⁊ d̃ loco in quo ſtẽt ⁊ vẽdãt die mercati.ru.33. fo.6.
Qđ nullus in die Sabbati per plateam portet ligna.rubrica.33. fo.7.
Qđ merciarij habeant marchos ⁊ bilantias ſigillatas.rubrica 34. fo.7.
Qđ nullus cõmittat aliquam fraudem in laboreriо cere.rubrica.35. fo.7.
Qđ vendentes oleum ⁊ ſal habeant menſuras ſigillatas.rubrica.36. fo.7.
Qđ liceat vnicuiq; habere bancham ante cameram.rubrica.37. fo.7.
Qđ fornaciarij faciant cuppos ⁊ mactones. rubrica.38. fo.8.
Qđ habeatur habundantia cupporum ⁊ mactonum.rubrica.39. fo.8.
Qđ nulla perſona lauet iuxta fontem S. Frãciſci ⁊ de fontibus conſeruandis.rub.40. fo.8.
De aqueductu fontis S.Franciſci reparando. rubrica.41. fo.9.
Quod nullus faciat turpitudinem in plateiſ. Rubrica.42. fo.9.
Qđ nullus proijciat turpitudinem in plateiſ: ⁊ de aqua non proijcienda ab alto. rub.43. fo.9.
Qđ nullus proijciat aquam per feneſtram ab alto in viam.rubrica.44. fo.9.
Qđ nullus tinctor poſſit eiuſ artem exercere intra muros veteres.rubrica.45. fo.9.
Qđ formelli ⁊ ſciacquatoria non veniant in vijs publicis rubrica.46. fo.9.
De lignis nõ tenẽdis ſup re alterius.rub.47.fo.9
De vijs arctandis ⁊ dirigendis vſq; ad fines cõmitatus

mittatus.rubrica.48. fo.10.
De via qua itur ad Sanctam Mariam Angelorum verſus Bonagrappam aperienda ita q̃ exeat ad molendina.rubrica.49. fo.10.
Q̃d a ſtrata coſtani qua itur bictoniũ vſq; ad ſtratam caſtri noui fiat ſtrata.rub.50. fo.10.
Qꝫ dirizetur via qua itur a fonte cannelle ad maſſiccium.rubrica.51. fo.10.
Qꝫ fons ꝛ gurga perlaſij manuteneant᷑.ru.52. f.10
Quod nullus maceret cãnepam in flumine texij. rubrica.53. fo.11.
Qꝫ Sindicus teneat᷑ manutenere mactonata ſtratarum ꝛ platearum.rub.54. fo.11.
Qꝫ mactonetur via que eſt a porta perlaſij de foris.rubrica.55. fo.11.
De aqua foſſati moiani non deriuanda. Rubrica.56. fo.11.
Qꝫ via a porta S.Antonij ad domum filiorũ Criſci mactonetur.rubrica.57. fo.11.
De aqua que labitur per viã gengbe.ru.58.fo.11.
De curſu molendini Sancte Crucis impedito reactando.rubrica.59. fo.11.
De ingomborimine eleuando ante domum marchi menandoris ꝛ alijs.rubrica.60. fo.11.
Qꝫ via qua itur verſus eccleſiam Sancti Stephani actetur.rubrica.61. fo.11.
Qꝫ fons moiani manuteneatur in bono ſtatu. rubrica.62. fo.11.
De immunditia eleuanda de plateis Sancti Frãciſci.rubrica.63. fo.12.
Quod nullus plantet ſeu arbores teneat ſuper cõductum fontis moiani.rubrica.64. fo.12.
De foſſatis ꝛ vijs ſupra apprehenſis: ꝛ de deriuatione aquarum.rub.65. fo.12.
Quod lauatorium iuxta ortum S.Clare poſitum reactetur.rub.66. fo.12.
De vijs ꝛ ſtratis purgandis ꝛ manutenendis. Rubrica.67. fo.12.
Q̃d vie fontes ꝛ opera fienda per adiacentes de eorum voluntate fieri debeant.rub.68. fo.12.
De pena accipientis vel accipere facientis aliq̃d a caceratis pro cuſtodia.rub.69. fo.12.
Q̃d dicti cuſtodes ꝛ alij officiales teneant apertaz feneſtram dictorum carcerum.rub.70. fo.12.
De ſalario dando campanario.Rub.71. fo.12.
De pena tenentis ſcrofam vel porcellam niſi ſeruata forma.ſ.ſcripta.rub.72. fo.12.
Q̃d nullus vadat ad monaſteria.rub.73. fo.13.
Quod vendentes piſces ad pondus dent pondus iuſtum ꝛ de pena non dantis.rub.74. fo.13.
Quod ſpeciarij merciarij bambaciarij ꝛ alij vendentes ad pondus dent pondus iuſtum: ꝛ de pena non dantis.rubrica.75. fo.13.
De ſolutione fienda textricibus.rub.76. fo.13.
Quod nulla mulier filet vel naſpet in platea. Rubrica.77. fo.13.
Quod liceat cuilibet familie de ciuitatis ꝛ cõmitatus Aſiſij retinere vnum porcum. Rubrica.78. fo.13.
Q̃d nullus habeat domum coopertam niſi de lactis tegulis vel cuppis.rub.79. fo.13.
Q̃d nullus poſſit portare linum vel canappaz niſi incigliat᷑.rubrica.80. fol.13.
Qꝫ molendinarij habeant coppulum confixum ad archam molendini.rub.81. fo.14
Quomodo ꝛ qualiter vie ꝛ ſtrate cõmunis Aſiſij debeant mactonari.rub.82. fo.14
De nuptijs non fiendis.rubrica.83. fo.14.
De pena ſartorum non obſeruantium hoc ſtatutum. Rubrica.84. fo.14.
De pena magiſtrorum lapidum hoc ſtatutum nõ ſeruantium.rubrica.85. fo.14.
De pena calzolariorum hoc ſtatutum non ſeruantium.rubrica.86. fo.14.
Quod nullus calzolarius poſſit vendere vnum coramen pro alio.rub.87. fo.15.
De pena famulorum accipientium ſalariuz vltra contenta in capitulo.rub.88. fo.15.
De pena barberiorum non ſeruantium hoc ſtatutum.rubrica.89. fo.15.
Q̃d nullus pilicciarius poſſit accipere vltra contenta in capitulo.rub.90. fo.15.
De pena mareſchalchi accipientis vltra contenta in capi.rubrica.91. fo.15.
Quod quilibet de dictis artibus teneatur eius artem exercere ad petitionem petentis. Rubrica.92. fo.15.
De pena laboratorum accipientium vltra contenta in cap.rub.93. fo.15.
De pena menſuratorum terrarum accipientium contra hoc capitulum.rub.94. fo.16.
Qualiter ꝛ quando artes ꝛ pretia ordinentur. Rubrica.95. fo.16.
Q̃d Poteſtas ꝛ Capitaneus teneantur obſeruare dicta ſtatu.de artificibus.rub.96. fo.16.
De ornamentis mulierum.rub.97. fo.16.
Quod Poteſtas ꝛ Capitaneus teneantur mittere domine congregantur.rub.98. fo.16.
Quod mulieres non poſſint portare veſtes ſchollatas nec traſinum niſi prout in capitulo continetur.rubrica.99. fo.16.
Quod nulla Mulier de cõmitatu audeat contrafacere contentis in capitulo.rub.100. fo.17
Quod vbi pena nõ eſſet limitata intelligatur quatuor ducatorum.rubrica.101. fo.17.
Quod vera dos Mulierum intelligatur prout in capitulo continetur.rub.102. fo.17.
Quod nullus obligatus intelligatur aliquid dare pro aredo.rub.103. fo.17.
Quod nulla Mulier audeat ire poſt corpus mo ꝛ

tui vltra tres domos.rub.104. fo.17.
Quod non dentur candele niſi ad domum mortui.rub.105. fo.17.
Quarta cera ⁊ cendele poſſint dari ⁊ portari ad mortuum.rub.106. fo.17.
De indumentis lugubroſis non fiendis niſi prout in capitulo continetur.rub.107. fo.18.
Quod domini Poteſtas ⁊ Capitaneus mittant ſuos officiales ad domum mortui. Rubrica.108. fo.18.
Quod corpus mortui extra Ciuitatem non poſſit mitti inter Ciuitatem.rub.109. fo.18.
Quod compater ⁊ commater non dent affigliatis vltra contenta in capitulo.rub.110. fo.18.
De extractione frumenti.rub.111. fo.18.

FINIS.

Liber Quartus Statutoruꝫ Ciuitatis Aſiſij de extraordinarijs. Incipit.

Prohemium.

IN nomine domini amen. Infraſcripta ſunt Statuta ac ſtantiamenta que debent ſeruari per Becchariosꝫ ⁊ vendentes carnes: ⁊ etiam per Tabernarios Ciuitatis Aſiſij ⁊ alia quāplurima ſtatuta ad diuerſas materias facientia ad bonum ſtatum ⁊ gubernationem dicte Ciuitatis Aſiſij eiuſqꝫ diſtrictus/facta per ſupraſcriptos.

QUm Utile ſit ⁊ expediat in venditione carnium modum ponere preſenti lege ſtatuerunt ⁊ firmauerunt. Q̄ macellarij ⁊ ceteri vendentes carnes tam recentes q̄ ſiccas ⁊ ēt larduꝫ debeant ipſas carnes vendere ad pondus/⁊ ponderare carnes quas vendent cum bilancijs iuſtis vſqꝫ ad .v. libras pro qualibet vice: ⁊ non cuꝫ ſtatera: a .v. libris vero ſupra ſit eis licitum ponderare ſimul cum iuſta ſtatera. Ita tñ ꝙ ſemꝑ ponderēt ad bilancias ⁊ ſtateras de ferro ſiue metallo ⁊ ad marchum metalli ⁊ non ferri, vel plūbei vel alterius rei/adiuſtatum ⁊ adiuſtatas ⁊ ſignatas ſigno cōis ⁊ populi dicte Ciuitatis Aſiſij ſingulariter. Et qui contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum ꝯdēnetur pro qualibet vice dicto cōmuni Aſiſij in centum ſolidis deñ.

NUllus Macellarius: vel quiuis alius. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q̄ poſſit infra portas nouas Ciuitatis Aſiſij apportare vel macellare: vel in bancha carnes tenere, vel vēdere carnes aliquas morticinas: vel infirmas, ⁊ qui ꝯfecerit in .xxv. lib. deñ. pro vice qualibet condēnetur. Liceat tñ carnes predictas tenere ⁊ vēdere extra dictas portas, dūmodo pro morticinis ⁊ infirmis vendantur. Et nulla perſona audeat vel preſumat īꝫ. dictas portas vendere carnes granelloſas: vel in ſua bancha propria vel conducta vbi carnes venderet/ipſas carnes tenere ad penam .x. librarum denariorum pro qualibet ⁊ qualibet vice.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q̄ vnus ex Notarijs dñi Poteſtatis, ⁊ quem ipſe dñs Poteſtas deputauerit: ⁊ vnus ex Notarijs dñi Capitanei: quē ipſe dñs Capitaneus deputauerit, teneantur ⁊ debeant ipſi ⁊ quēlibet ipſorū ſepe ſepius inquirere ⁊ reuidere bilancias ⁊ pondera dictoꝝ macellariorū vendentium carnes ⁊ lardū, ⁊ ſtent in triuijs prope macellum ad reponderandum carnes predictas vēditas. Et ſi ipſi vel alter ex eis inuenirent pondera minus iuſta ⁊ carnes minoris ponderis: condēnetur vendens in penis ſuperius ⁊ inferius denotatis. Et credatur relationi ⁊ ſcripture notariorū predictoꝝ ⁊ cuiuſlibet ipſorū. Et ꝙ in inuentione carnium anteq̄ notarius reponderet teneat̄ recipere ſacrm ementis. Se de dictis carnibus emptis eſt aliquid diminutum ⁊ tunc credat̄ relatiōi nota. ⁊ iuramento emptoris predicti: ⁊ habeatur pro plena ⁊ legitima probatione.

NUllus Macellarius ſeu alia perſona. Statuerunt ⁊ ordinauerūt. Q̄ poſſit audeat vel preſumat alicui perſone aliquod genus carniuꝫ pro alteros ſeu aliquas carnes pro alijs vendere ad penam .xxv. lib. deñ. pro quolibet qui contrafecerit ⁊ qualibet vice.

Si quis Interrogauerit aliquem macellariū vel aliū quemcūqꝫ: qui carnes venderet que carnes ſunt iſte? quas habes in bancha: vel quas vēdis? Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q̄ veritatem rñdere debeat ſub pena .x. lib. deñ. pro quolibet cōtrafaciente/⁊ qualibet vice qua non reſponderit ⁊ dixerit veritatem.

STatuerunt ꝛ ordinauerunt. Q: ſi aliquis macellarius:vel quiuis alius ꝗ carnes venderet tam recentes ꝗ̃ ſiccbas vel lardum alicui, ꝛ pondus carnium minus iuſtum dederit pro quolibet qui ꝯ̃fecerit: ꝛ qualibet vice in.x.libris d.ñ.debeat condẽnari. Et nullus macellarius inflet vel inflare faciat:vel inflatas ad vendẽdendum teneat carnes aliquas alicuius beſtie modo aliquo vel ingenio ſub pena.x.lib.deñ. pro quolibet ꝯ̃faciente in predictis;vel aliquo predictoꝝ ꝛ qualibet vice. Et nullus macellarius ponat vel poni faciat ſeu pmittat poni in grógnonibus ſeu argnonibus vel alibi in aliqua beſtia pinguedinẽ alicuius alterius beſtie. Et qui ꝯ̃fecerit in.c.ſol.deñ.pro vice qualibet condẽnetur. Et nullus becchariuſ imittat vel imitti faciat in aliquibus carnibus ſcrofinis ſiue porcelle vel pecudum aliquẽ menciachium ad penam.xxv.lib.deñ.pro quolibet ꝛ qualibet vice/qua ꝯ̃factum fuerit. Et intelligatur imiſiſſe qui inuentus fuerit habere carnes cum menciachio imiſſo. Et nihilominus condẽnetur tanq̃ falſuſ. Et de falſo vltra dictam penam in.xxv.lib.deñ. Et excludatur ꝛ pro excluſo habeatur, ꝛ ſit omni tpe ab omni officio cómunis predicti. Et quilibet poſſit contrafacientem accuſare ꝛ denunciare ꝛ habeat medietateʒ banni ꝛ condẽnationiſ.

ITem Statuerunt ꝛ ordinauerunt. Q: nullus macellarius vel alia perſona que carnes teneret ad vendendum preſumat alicui dicere ꝙ carnes que eſſent in bancha vel extra camerá que publice viderentur ſint vendite alicui: ꝛ maxime dñis Prioribus Ciuitatis Aſiſij. Immo quilibet vendens teneat ꝛ debeat ipſas carnes cuilibet petenti ꝛ emere volenti vendere. Et qui ꝯ̃fecerit in predictis vel aliquo predictoruʒ in.c.ſol.deñ. pro vice qualibet condẽnetur. Et quilibet poſſit talem ꝯ̃facientem denuntiare ꝛ accuſare: ꝛ nomen eius teneatur in credentia ꝛ habeat medietateʒ bãni. Et nullus macellarius vel qui carnes venderet poſſit vel debeat vendere capita gambas vel pedes:vel interiora ad pondus ſub pena.c.ſol.deñ.pro quolibet ꝯ̃faciente ꝛ qualibet vice. Liceat tñ cuilibet vẽdere lonzam cum gruſo integram cuilibet petenti/ꝛ non alteri perſone ꝯ̃ formam predictam. Et qñ quis vellet aliquẽ caſtronẽ ſeu vitellaʒ cá pñrandi ꝙ poſſit macellarius ponderare caſtronẽ ꝛ vitellam cũ pedibus ꝛ capite integrũ ꝛ integram ſm ꝙ placuerit emptori ſine pena.

IN bancha In qua quis teneret carnes caſtratinas ad vendendum. Statuerunt ꝛ ordinauerunt. Q: non poſſit tenere carnes montaninas:vel capre vel bicchi vel pecudum:vel aliquas ipſarũ carnium:vel miſtura fiat ad penaʒ centum ſol.deñ. pro quolibet ꝯ̃faciente ꝛ qualibet vice. Et in bancha in qua vendent carnes porci maſchuli aliquis non poſſit aliquas carnes tenere vel habere de ſcroffa vel porcellaꝛ nec ipſarum carnium fiat miſtura ad penam.c.ſol.deñ.pro quolibet ꝛ qualibet vice. Qua ꝯ̃ factum fuerit. Et quicunq̃ ꝯ̃fecerit in predictis vel aliquo predictorum dictam penam incurrat: ꝛ eadem de facto tollatur ꝛ deueniat in cómuni predicto.

NOtarius Dñorum Priorum qui pro tpe fuerit. Statuerunt ꝛ ordinauerunt. Q: teneatur ꝛ debeat omni mane ꝛ ſero perſonaliter ire/ꝛ nullum alium mittere ad ſigillandum pedes poſteriores ꝛ anteriores caſtratorũ ꝛ porchorum maſculorum in venditione ipſoꝝ. Et ſi notarius fraudem cómiſerit in dicto offõ exercẽdo ꝯdẽnetur pro vice qualibet in.xxv.lib.deñ.dicto cómuni Aſiſij applicandorum.

NUllus Becchariuſ ſiue carnes vendens. Statuerunt ꝛ ordinauerũt. Q: poſſit vendere carnes alicuius porci maſculi vel caſtrati niſi prius pedes ipſorum ab ipſo notario ſigillentur. Et ſemp qñ ipſo macellarij vẽdent carnes dimittere debeant aliquid pp qð reſiduum carnium ipſaꝝ appareat eſſe:ſeu appareant de carnibus ſigillatis, ꝛ qui contrafecerit in predictis vel aliquo predictorũ penam centum ſol.deñ. incurrat pro vice qualibet dicto cómuni applicandam.

STatuerunt ꝛ ordinauerunt. Q: quilibet Macellarius teneatur ꝛ debeat macellare ꝛ facere carnes: ꝛ precipue carnes caſtratinas ꝛ porcinas in habundantia ita ꝙ poſſit quilibet de dictis carnibus inuenire ad emendum pro

⁊ ſicut officialibus dñi Capitanei ⁊ dñi Poteſtatis qui ſup hoc deputati fuerint placuerit iniungendum ⁊ videbitur ↄuenire: vel eiſdem macellarijs mandabunt. Dũmodo nõ poſſint iniungere ſeu mandare alicui macellario / pro vna ⁊ eadem die ꝙ debeat macellare de diuerſis carnibus. Scripture quorũ officialium ⁊ cuiuſlibet ipſorũ dicto ⁊ aſſertioni ſtetur ⁊ habeatur pro plena legitima ⁊ ſufficienti probatione. Et ſiquis contrafecerit in centum ſolidis deñ. pro vice qualibet debeat condẽnari.

¶ Ꝙ quilibet oriundus de Aſiſio poſſit accuſare contrafacientes contra ſtatuta ⁊ ordinamenta. Rub. 1.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Ꝙ quilibet oriũdus de Aſiſio vel eius diſtrictu poſſit oẽs ⁊ ſingulos facientes ↄ̃ſtatuta ⁊ ordinamẽta predicta vel aliquod predictoꝝ accuſare ⁊ denuntiare: ⁊ nomen eius teneatur in ſecreto: ⁊ credatur ⁊ ſtetur iuramento accuſatoris cum dicto ⁊ probatione vnius teſtis fidedigni: ⁊ habeat accuſator medietatem banni.

¶ Ꝙ quilibet poſſit per Ciuitatem ⁊ burgos vendere carnes. Rub. 2.

QUilibet de Aſiſio ⁊ eius diſtrictu. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Ꝙ poſſit vẽdere carnes recentes ⁊ ſiccbas per Ciuitatẽ Aſiſij ⁊ burgos ipſius: dũmodo non vendant ↄtra formam ſtatutorum predictoꝝ. Jmmo teneatur quilibet volens vendere carnes: ipſas carnes vendere ſꝫm modum ſcriptum in ſupradictis: ſtatutis ad penã in dictis ſtatutis contentam.

¶ Ꝙ Macellarij vendentes carnes in Ciuitatis ⁊ cõmitatu Aſiſij teneantur vendere ſꝫm moduꝫ in capitulo contentum. Rub. 3.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Ꝙ macellarij ⁊ carnes vendẽtes in Ciuitate burgis ⁊ ſub burgis ⁊ in cõmitatu Aſiſij, vel aliquo dictorũ locorum teneantur ⁊ debeant carnes recentes vendere pro illo precio libra quo ⁊ prout vendit̃ per macellarios Ciuitatis fulginei: ⁊ vnum denarium plus ſi videbitur dñis Prioribus Ciuitatis Aſiſij. Et ꝙ Priores non poſſint addere vltra dictum precium: nec ipſi macellarij poſſint vendere. Et ꝙ dicti dñi Priores teneantur ⁊ debeant ad penam. xxv. lib. deñ. pro quolibet ipſoꝝ quolibet menſe bis ſcire veritatẽ dictarum carnium quãto precio vendunt̃ in ciuitate fulginei lib. dictarum carnium. Jta ꝙ appareat ſcriptum quantum dicte carnes venderent̃. Et ſi vltra dicti macellarij vel aliquis eorũ venderet pro qualibet libra condẽnetur in quinquaginta ſol. deñ. Et quilibet poſſit denuntiare ⁊ accuſare ↄ̃facientes: ⁊ habeat medietatem banni: ⁊ eius nomen teneatur in credentia. Et ꝙ dicti dñi Priores poſſint nuntios mittere pro predictis fiendis / expenſis cõis: ⁊ eis ſolui facere per Maſſarium cõmunis predicti ad rõnem. x. ſol. deñ pro quolibet nũtio. Et ꝙ maſſarius dicti cõmunis teneatur ⁊ debeat dictis nuntijs ſoluere cum appodiſſa dictoꝝ dñorum Priorũ: ⁊ ſine alia probatione ⁊ ſolẽnitate.

¶ Ꝙ macellarijs admittatur defenſio modo ⁊ ordine infraſcrip. Rub. 4.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Ꝙ quãdocũꝗ macellarij accuſati eſſent poſſint ſe defendere: ⁊ eis admittatur defenſio: dumtñ nullus macellarius vel captapanis admittatur in teſtem ad defenſam. Et ꝙ dicti macellarij poſſint tenere in eorum banchis interiora porcina per vnam diem tantum.

¶ Ꝙ Suzura non fiat in macello. Rub. 5.

STatuerunt ⁊ ordinauerũt. Ꝙ dñs Poteſtas vel Capitaneus populi Ciuitatis Aſiſij qui in regimine erit imediate poſt publicationẽ preſentium ſtatutoꝝ ad penam centum lib. deñ. de ſuo ſalario: de quo debeat ſpãliter per ſindicũ dicti cõis Aſiſij ſindicari teneatur ⁊ debeat vinculo iuramenti fieri facere expenſis dicti cõis quandam domũ bene aptam prout ſibi ⁊ magiſtris quos vocare voluerit videbit̃ conuenire in ↄ̃ta moiani in rebus cõis in qua domo macellarij ⁊ alij vendentes carnes debeant ⁊ teneantur beſtias quas vendere ⁊ macellare voluerint / occidere ⁊ ſparare: anteꝗ̃ ipſas deferant ad macellum. Et ꝙ nullus macellarius vel alius vendens carnes, audeat vel preſumat poſtquã dicta domus facta fuerit in aliquo loco per Ciuitatem Aſiſij vel burgos aliquam beſtiam occidere vel ſparare pena ⁊ bãno. x. lib. deñ. pro quolibet ↄ̃faciente ⁊ qualibet vice. Et ꝙ dicti macellarij teneantur ⁊ debeant ad penam dupli ſoluere ⁊ pagare quolibet anno in feſto Natiuitatis dñi pro penſione dicte domus Maſſario cõmunis Aſiſij pro ipſo cõi recipienti. xxv. lib. deñ. Voluerunt inſup ⁊ mandauerunt. Ꝙ nullus Beccharius: vel

132v

alis perſona volens vendere, vel vendi facere carnes porcinas audeat vel preſumat aliqueꝫ porcum occidere/nec abbruſiare in aliquo loco dicte Ciuitatis: vel burgis niſi in domo predicta: que fieri debeat ⁊ perfici in ꝯ̄ta moiani ſi facta non eſt pena pro quolibet ꝯ̄faciente, ⁊ qualibet vice. x. lib. deñ. Et dñs Poteſtas vel Capitaneus dicte Ciuitatis/prefatus teneať ⁊ debeat pena quinquaginta lib. deñ. de ſuo ſalario dictam domum in dicta ꝯ̄ta moiani expreſſe tp̄e ſui regiminis fieri facere, ⁊ cuꝫ effectu complere. Et hoc ſi dicta domus perfecta/vel facta non eſſet. Et camerarius cōis teneatur ⁊ debeat dictas expenſas ſine aliqua reformatione ſoluere ſm̄ appodiſſam dñoꝝ Prioꝝ ad penam. xxv. lib. deñ. de ſuo ſalario.

¶ Qꝫ macellarij ⁊ ſeruientes eis portent cultellos in pezectis. Rub. 6.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ nullus macellarius: vel ſeruiens eiſdeꝫ audeat vel preſumat aliquem cultellum acutū vel muncun: ad artem macellarie aptuꝫ niſi coopertum ſeu inuolum in pezecta portare. Et ſiquis ꝯ̄fecerit puniatur ⁊ condēneť: ac ſi portaſſet cultellum acutum. Et quilibet admittatur ad accuſandum, ⁊ ſufficiat dictum vnius teſtis, ⁊ habeatur pro plena probatione: ⁊ medietas dicte condēnationis ſit cōis: ⁊ alia accuſatoris. Et ſi cum dictis ferris vel aliquo ipſoꝝ offenderet aliquem puniatur in dupla pena qua puniretur ſeu puniri deberet. Si cum alijs armis offenderet.

¶ Qꝫ quilibet hn̄s domum ſiue camerā in macello poſſit hēre banchas. Rub. 7.

IN dicto macello ⁊ verſus dictum macellū ab angulo palatij noui dicti cōis in quo dñi Priores populi habitant vſqꝫ ad terminos finales dicti macelli. Statuerūt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ quilibet hn̄s domum ſiue cameram poſſit libere ſine pena habere ⁊ tenere banchas ſiue diſchos ſm̄ ꝙ ſibi placuerit pro ſua arte libere exercenda aliquo capitulo in ꝯ̄rium loquente nō obſtante: dūmodo non poſſit vendere in dictis banchis niſi carnes pecudinas: ⁊ alias carnes prohibitas vendi in campione cōis non preiudicando alicui capitulo p̄ntis voluminis ſtatutorū. Ab angulo vero ſuperiori dicti palatij ſupra verſus plateam magnam cōis nullus audeat vel preſumat ponere ſeu tenere aliquam bancham cā macellandi aliquas carnes. Et qui ꝯ̄fecerit in predictis vel aliquo predictoꝝ penam. x. lib. deñ. incurrat pro quolibet ꝯ̄faciente ⁊ qualibet vice.

¶ De immunditia ⁊ putredine macelli ceſſanda. Rub. 8.

CUm fetor aut putredo peſtilentioſum aerem inficiat volentes ſaluti hoīum prouidere. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ nullus macellarius nec aliquis carnes vendens audeat vel preſumat per ſe vel alium aliquam turpitudinem facere ſeu fieri facere in ipſo macello/nec tenere aliqua interiora beſtiaꝝ ſiue inteſtina: capita ſeu zampas fetidas: nec ſanguinem beſtiarū ſeu ſtercus in ipſo macello proijcere/nec ī cōfines ipſius macelli nec aliquod cornu cuiuſcūqꝫ aīalis vel beſtie recens vel ſiccum pena centum ſol. deñ. pro quolibet ꝯ̄faciente in predictis: vel aliquo predictoruꝫ: ⁊ qualibet vice. Et nihilominus ſiquis oſſa proijceret in dicto macello ⁊ non eleuauerit ea die/penam. xx. ſol. deñ. incurrat. Et tam ipſa oſſa/ꝙ̄ aliam rem fetidam ⁊ putridam de dicto macello teneatur exportare. Licitum ſit tn̄ cuilibet vendenti carnes in dicto macello/facere apportari ⁊ ad vendendū tenere interiora porcorum caprettoꝝ ⁊ agnoꝝ: ⁊ coratas cuiuſlibet beſtie: ⁊ etiam interiora lauata cuiuſlibet beſtie. Et quod dictum eſt in macello idem dixerunt ⁊ locum habere voluerunt in domibus ⁊ apothecis ſeu cellis oībus ipſius macelli: ⁊ circūſtantibus ⁊ ꝯ̄tiguis ſiue propinquis ipſi macello per quinqꝫ domos. Et ꝙ ipſi macellarij: ⁊ quilibet alius hn̄s domum apothecā ſeu cellam in dicto macello teneať ⁊ debeat ad penā centum ſol. deñ. predictas apothecas de oī putredine fetore ⁊ immunditia purgare ⁊ euacuare: ⁊ mundas ⁊ purgatas tenere. Ita ꝙ ad dictum macellum accedentibus ſeu tranſeuntibus ex fetoribus nullum faſtidiuꝫ genereť. Et ꝙ nullus macellarius vel carnes vendens audeat vel preſumat tenere: vel teneri facere per ſe vel alium aliquem canem niſi ligatum pena ꝯ̄facienti. xxv. lib. deñ. Et ꝙ macellarij predicti ſemel in ebdomada adminus: videlicet quolibet die ſabbati de nocte poſt tertium ſonum campane teneanť ⁊ debeant mundare ⁊ mundari facere totuꝫ macellum de oī putredine ⁊ immunditia: ⁊ ipſam putredinem extra ipſum macellū portare ⁊ portari facere ſub dicta pēa. Et ad obſeruationem oīum predictorū. Poteſtas ⁊ Capitaneus qui nunc eſt: ⁊ pro tp̄e fuerit teneatur vinculo iuramenti percipere oībus macellarijs qui carnes macellabunt ipſorum ꝙ predicta debeant obſeruare. Et quia vbi maius periculum ibi cautius eſt agendū voluerunt ꝙ ad predicta cuſtodiendū ⁊ denuntiandum eligantur per dños Priores populi

quinqꝫ.

quinq; custodes secreti: dicto quorum et cuiuslibet eorum cum uno teste in omnibus et singulis .s. dictis et quolibet predictorum stetur: et quilibet alius ad denuntiandum admittatur: et credatur eius denuntiationi cum dicto unius testis Idonei. Qui quinq; denuntiatores habeant pro eorum labore medietatem omnium condemnationum et bannorum predictorum. Et quod Potestas et Capitaneus et quilibet predictorum teneantur qualibet edomodo semel mittere unum ex suis notariis ad dictum macellum/ad inquirendum de predictis et quolibet predictorum: cuius vel quorum notarii vel notariorum relatio habeatur pro plena probatione. Confines autem ipsius macelli sunt et apparent designati in tertia parte voluminis statutorum sub Rub. Confines macelli: et c. Alii autem qui non sunt de arte macellariorum, et ossa et zampas / seu capita fetida vel fetidas/aut aliud aliquod fetidum proiicerent in ipso macello: vel .J. confines ipsius penam viginti quinq; lib. den. incurrere voluerunt.

¶ Quod macellum bonarum carnium fiat in loco in presenti capitulo nominato. Rub. 9.

ITem Statuerunt et ordinauerunt. Quod subtus trasannam campionis ex parte inferiori palatii dominorum Priorum populi Ciuitatis Asisii versus confines macelli et quantum capit ipsa trasanna: et in bancis et apothecis ipsius loci vendi et retineri possint carnes recentes bonorum porcorum masculorum: et bonorum castronum sigillatorum et sigillandorum secundum formam statutorum de dicta materia loquentium: et etiam carnes vitellarum et caprettorum de lacte: et non alique alie carnes ad penam .x. lib. den. in qua summarie et de facto quilibet contrafaciens per dominos Potestatem et Capitaneum dicte Ciuitatis debeat condemnari: cuius condemnationis medietas sit officialis ferentis et exequentis condemnationem huiusmodi. Et similiter in domibus campionis communis positis in plateola porte S. Francisci. Et in aliis locis dicti macelli vendi possint omnes carnes recentes non permissas vendi in ipso campione: et non prohibitas per formam statutorum communis Asisii. Et quilibet possit denuntiare et accusare: et credatur et stetur sue accusationi vel denuntiationi cum probatione unius testis idonei, et habeat et lucretur quartam partem eius quod venerit in commune ex sua accusatione vel denuntiatione, et nomen eius teneatur in credentia. Liceat tamen tempore indulgentie S. Marie Angelorum/ tribus diebus ante dictum Festum et die Festi: et duobus diebus post ipsum festum tenere et vendere carnes in Ciuitatis Asisii in illis locis qui videbuntur dominis Prioribus et domino Potestati vel Capitaneo qui pro tempore erunt. Carnes vero sicce ubicunq; in dicto macello et alibi per dictam Ciuitatem vendi et teneri possint sine pena et banno.

¶ Quod tabernarii debeant tenere dischum ante eorum hostium vel vegetem quando vendunt vinum ut in capitulo continetur. Rub. 10.

QUilibet De Ciuitate et comitatu Asisii et etiam aliunde vendens vinum ad minutum vel nectar/seu clareram: quod nectar intelligatur seu clarera et habeatur pro vino. Statuerunt et ordinauerunt. Quod teneatur et debeat habere seu tenere bancham seu dischum ante hostium cellarii siue taberne in quo vel qua vinum vendiderit seu clareram per medium hostii dicti cellarii siue taberne: vel saltim ex una parte dicti hostii, ita quod remaneat aditus et introitus latitudinis unius pedis cum dimidio ad pedem iusti hominis: vel ante vegetem: dummodo quilibet vinum emens: vel emere volens a dicto tabernario possit et licitum sit sibi dictum cellarium siue tabernam intrare sine pena et banno adhoc ut tabernarius unum vinum pro alio dare non possit. Et si tabernarius contrafecerit puniatur per dominum Potestatem vel Capitaneum in .x. lib. den. pro quolibet contrafaciente et qualibet vice dicto communi Asisii applicandorum. Quod quidem capitulum voluerunt habere locum in tenendo bancham per medium hostii, vel ante vegetem modo predicto in vendentibus vinum vel clareram in Ciuitate, in comitatu vero cuilibet concesserunt licentiam bancham vel dischum posse retinere prout sibi placuerit sine pena.

¶ Quod vendentes vinum non dent unum pro alio, et teneantur dare unicuiq; petenti. Rub. 11.

NUllus Tabernarius vel tabernaria: vel vendens vinum ad minutum in dicta Ciuitate vel comitatu. Statuerunt et ordinauerunt. Quod possit nec debeat dare vel vendere unum vinum pro alio nec mustum nec adaquatum alicui ementi pena .xxv. lib. den. pro quolibet contrafaciente, et qualibet vice. Et quicunq; inceperit vendere vinum/teneatur vendere

omnibus emere volentibus:⁊ dare cuilibet petenti continue dum vinum vendet. Et de die teneatur hoſtium apertū ſiue tabernam apertam tenere pena.x.lib.deñ.Et quilibet poſſit ꝯ facientem denunciare ⁊ accuſare ⁊ hẽatur pro legitimo accuſatore:⁊ ſit legitima probatio in predictis dictum vnius teſtis:⁊ habeat accuſator medietatē banni/⁊ teneatur in credẽtia. Nec poſſit dictus vendens vinum tenere cānellam in aliqua vegete vel in alio vaſe in cellario ſeu taberna vbi venditur vinū/niſi ſolum in illa vegete ſiue vaſe,in quo vel qua eſt vinuz quod vendit.Et nullus venditor vini poſſit vendere in vno ⁊ eodem tpe:ac loco niſi vnuz vinum eiuſdem coloris:⁊ de vno,⁊ eodem vaſe ad penaz.x.lib.deñ.pro quolibet ⁊ qualibet vice applicand.cōi Aſiſij:Saluo ꝙ tpe feſti Sancte Marie Angeloꝝ de menſe Auguſti; vcz x.diebus ante Kalendas Auguſti,⁊ die Kalē.ipſius mēſis Auguſti:⁊.iiij.diebus poſt ipſas Kalē.qbus poſſit vendere in eodē cellario de pluribus maneriebus vini ꝓut ſibi placuerit.

¶ Ꝙ vendentes vinū menſurent cum menſuris ſigillatis. Rub. 12.

QUilibet Tabernarius vel vendens vinū.Statuerunt ⁊ ordinauerunt.Ꝙ teneatur ⁊ debeat menſurare cum menſuris bonis ⁊ legalibus ſigillatis de ſigillo plumbeo conſueto dicti cōis:vcz petitto/ medio petitto / foglietto/ medio foglietto,vel altera ipſarū prout petitum fuerit/ad penam.xl.ſol.deñ.pro quolibet ⁊ qualibet vice.Et quilibet vinum vendens teneatur ⁊ debeat habere menſuras ſm modum predictū. Et quilibet vinuz vendens debeat menſurare cū menſuris iuſtis ⁊ legalibus ſub pena.xxv. lib.deñ.pro quolibet ꝯfaciente,⁊ qualibet vice.Et Poteſtas ⁊ Capitaneus ⁊ qlibet ipſoꝝ teneantur ⁊ debeant ſepe ſepius mittere vnū ex notarijs curie cum familiaribus ad rimādū ⁊ inquirendum ꝯfacientes ꝯ predicta:vel aliquod predictoꝝ.Et ſi ipſi vel alter ex eis inuenerint aliquem habere menſuram minus iuſtam teneant ⁊ debeant ipſaz eidem accipere:⁊ ipſam anteq̄ intret palatium maſſario cōis Aſiſij aſſignare ⁊ ſibi tradere nomen ⁊ ꝓnomē illius cui inuenta fuerit.Qui maſſarius teneatur ⁊ debeat ſcribere/ſeu ſcribi facere per eius notariū nomen ⁊ pronomen illius cui fuerit inuenta menſura minus iuſta.Et predicti officiales Poteſtatis ⁊ Capitaneus:ac ēt maſſarius dicti cōis facere ⁊ obſeruare teneant predcā ſub pena.xxv.lib.deñ.pro qualibet vice,⁊ executionem facere de predictis.Et ꝙ oēs menſure predicte ſigillari debeant per aliquē deputandū ad hoc per dños Priores populi Ciuitatis Aſiſij:ſiue per emptorē gabelle menſurarū vel per alium per ipm deputandū.Et ſi reperiretur dictum ſigillatorem ſigillaſſe aliquā menſuram minus iuſtam incidat in penā pro qualibet,xxv.lib.deñ.Que menſure ⁊ quelibet ipſarum ſint ⁊ eſſe debeant de terra vitriata. Et quelibet ipſarū ſit ⁊ eſſe debeat in collo equalis in altitudine adminus trium digitoruz. Et debeat eſſe ipſum collum ſm menſuram ſcede cōis:⁊ nulla menſura de predictis debeat eſſe religata:ſiue arenarciata incerata ſeu repezata vel aliter maculata vel vitiata ad penam contentam in ſtatuto dicti cōis Aſiſij loquente.De pena tabernarij non hñtis ⁊ non tenẽtis menſuras.Et ꝙ ſigillator dictarum menſuraꝝ/non poſſit nec debeat aliquo mō ſigillare aliquod vas ſcedatum ⁊ iuſtū ad menſuram dicti cōis/cum quo vinum venditur niſi fuerit bene iuſtum:⁊ niſi ſit de terra vitriata ⁊ de forma ⁊ ſceda ſuperius declaratis.Et non ſit ipſuz vas religatum/ſiue reallaciatum:inceratum ſeu repezatū vel aliter maculatum aut vitiatum ad penam.x.lib.deñ.pro quolibet vaſe quod aliter ſigillaretur.Liceat tñ dictis tabernarijs/ dictis diebus ante ⁊ poſt ⁊ tpe indulgentie de menſe Auguſti ſupra declaratis vendere cuz foglietta ⁊ media foglietta:⁊ nō cum alijs menſuris/nec alias mēſuras tenere cogi poſſint.

¶ Ꝙ vendentes vinum non accipiant pignora a luſoribus. Rub. 13.

STatuerunt ⁊ ordinauerūt.Ꝙ nullus tabernarius vel tabernaria audeat vel preſumat impoſterum recipere/vel recipi facere publice vel occulte aliqua ratiōe vel cauſa ab aliqua perſona aliquod pignus ſeu pignora cuiuſcūq̄ conditionis exiſtat ab aliquo luſore occaſione ludi taxillorum ad penam.x.lib.deñ.pro quolibet contrafaciente ⁊ qualibet vice.

¶ Ꝙ ementes vinum ſoluant incontinenti. Rub.14.

QUicunq̄ Emerit vinum ad minutum.Statuerunt ⁊ ordinauerunt.Ꝙ ſoluat incontanti venditori dicti vini/cum vinum acceperit antequā ſecedat a domo:ſeu taberna hmōi.Et qui ꝯfecerit puniatur in.xx.ſol.deñ.pro qualibet vice niſi fuerit de voluntate venditoris vini:qui tunc poſſit de licentia ipſius vendentis a taberna ſecedere ſine ſolutione.Et quicunq̄ rumperit ſtudioſe alicui vendenti vinū aliquod vas ſeu

134 2

QUoniam Bonus in plures partes diuiſum facilius tolleraẛ idcirco. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q; ſi alicui de Ciuitate ⁊ cõmitatu Aſiſij fuerit cõbuſta domus cappãna paleare vel meta: vel res ſtantes in ipſa domo vel cappãna paleare aut meta / aut aliquod aliud ſiue arbores inciſe decoriate fracte, vel deuaſtate/ vel deramate: aut vinea inciſa ſeu euulſa fracta decoriata ſiue aliter deſtructa: ſiue deſtructe. Aut ligna pali frumentũ in ebouis vel aliter: vel alia res. Ita ꝙ de omni re dãnum intelligatur deſtructa vel ſubtracta modo furtiuo vel quocũqȝ alio modo vbicũqȝ in cõmitatu Aſiſij exiſtentia, ⁊ in quocũqȝ loco per ipſum cõmitatum patienti dãnum fiet emenda hoc modo. Q; dñs Poteſtas vel Capitaneus qui pro tpe fuerint teneanẛ ⁊ debeant ad inſtantiã cuiuſcũqȝ ex officio ſuo inueſtigare inuenire ⁊ ingrere ſup ipſis maleficijs ⁊ dãnum/oi ſolẽnitatẛ. iure ⁊ ſtatu. obmiſſa/ſpãliter ſtatuto loquente. Q; nullus ponaẛ ad tormentũ. Et quicqd ipſi: ⁊ glibet ipſoꝝ: ⁊ cuiuſqȝ ipſoꝝ curia circa inuentionẽ/punitionem ⁊ emendationẽ taliuȝ maleficioꝝ ⁊ dãnorum fecerint: intelliganẛ de iure ⁊ legitime fore factum/lege/ſtatuto/aut ordinamento facto vel fiendo in ꝯtrium non obſtãte. Et de predictis Sindicari rõcinari vel inquietari nõ poſſint ipſi/vel aliqs eoꝝ, nec aliquis de eoꝝ familia/modo aliquo ſiue forma vel cã ſeruando formam pñtis capituli. Et ꝙ ipſe dñs Poteſtas vel Capita. ad petitionẽ petentis ⁊ dãnum patientis ſiue alterius eius noie mittat vnũ ex ſuis Notarijs ad videnduȝ ipſa dãna data ſiue danda impoſterũ vaſta inciſiones deſtructiões cõbuſtiones ⁊ furta q recipiat iurm ab ipſo qui dãnum receperit vel emẽdari petierit: vel ab alio pro eo: ſi adeſſe ipſe perſonalr nõ poſſet ꝙ ipſe dictũ dãnum non dedit nec aliquis de ſua familia/nec dari fecit: ⁊ ꝙ dãnum dantẽ ignorat. Et poſtmodũ ponant ⁊ poni faciant ad ipſa dãna videnda ⁊ extimanda tres bonos ⁊ legales hoies hoc modo vcȝ: vnum pro parte denuntiatoris: ⁊ vnũ pro pte bailie baiuli vel Sindici dicte bailie: aquo dãnum petiẛ emendari: ⁊ vnũ per iudicẽ/ coram quo fuerit hoc petitũ. Qui iurent ad Sancta dei euangelia ipſa dãna inciſiones ⁊ vaſta videre examinare ⁊ cõgrue extimare: quoꝝ dicto vel teſtificationi vel extimationi, vel maiori parti ipſorũ ſtetur: ⁊ credaẛ de credulitate/tam de dãno ꝙȝ de extimatione dãni. Qua extimatione facta ipſe dñs Poteſtas vel Capita. ⁊ eorũ curia .ĩ. xv. dies ſũmarie ⁊ ſine libelli oblatione: ⁊ ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij illis vel illi patienti dãnuȝ faciant emendari: ẜm extimationem factam. Et circa punitionẽ ⁊ emendationẽ ipſoꝝ maleficiorũ ⁊ dãnorum datorum hec forma ſeruẛ. Q; ſi combureẛ domus vel cappãna ſeu paleare meta vel alia res/ aut vinea vel arbores incidereẛ deuaſtareẛ ſubripereẛ: vel aliter qũocunqȝ deuaſtareẛ: aut in ipſis rebus, aut in aliqua ipſarũ predicto mõ vel aliter dãnũ dareẛ: ⁊ ipſa res eſſet extimationis. x. lib. ⁊ ab inde .ĩ. ⁊ vſqȝ in. xx. ſol. deñ. Et malefactor inueniteẛ ꝯdẽnatẛ. in quinquaginta lib. deñ. Si vero eſſet extimatẛ. a. x. lib. ꝯ. vſqȝ in. xxv. lib. deñ. condẽneẛ in. c. lib. deñ. cõi predicto. Si vero fuerit a. xxv. lib. deñ. ꝯ. in ducentis lib. deñ. condẽneẛ dicto cõi. Et ſemp in quolibet dictorũ caſuum dãnuȝ patienti emendeẛ. Et ſi dictam cõdẽnationẽ ducentaꝝ lib. deñ. in quaȝ ⁊ pp cõbuſtionem domus vel cappãne eſſet condẽnatus nõ ſoluerit .ĩ. x. dies poſtqȝ in fortiaȝ cõis deuenerit igne cõburatur ita ꝙ moriatur. Et a ſnia dñi Poteſtatis vel Capita. vel ſui iudicis in talibus dãnis eoꝝ occaſione facta vel fienda appellari nõ poſſit. Et ſi de nocte in quolibet dictoꝝ caſuũ debeant pene predicte duplicari. Si vero malefactor inueniri non poterit, vel ſi inueniretur ⁊ ſoluend. non eſſet, ⁊ cogi nõ poſſet in curijs dñoꝝ Poteſtatis vel Capita. Ciuitatis Aſiſij dãnum patienti per hoies bailie ipſius ⁊ bailiarũ cõmitatus Aſiſij fiat emenda reſeruato ſemp eis iure ꝯ dãnuȝ dantẽ. Ita ꝙ oia ſua bona ſint obligata ꝓ emẽdatione ipſius dãni: hoc modo vcȝ ꝙ ſi extimatio dãni excederet ſũmam. x. lib. emẽdetur per hoies bailie in qua ipſum dãnum fuerit datũ. Si vero dãnum fuerit extimationis. x. lib. ⁊ ab

inde ꝓ emendeꝛ per bailiam vbi ſiue in qua dānum datum fuerit vel per ꝓpinquiorē bailiã. Si ipſa res vbi dānum datum eſſet vel fuerit nō eſſet in aliqua bailia: ⁊ dicta bona denꝛ inſolutū dicto baiulo vel Sindico ſoluenti ⁊ recipienti pro hoībus ſiue bailijs. Statim facta extimatione eoꝝ ſūmarie ⁊ de plano ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij. Et facta dicta extimatione intelligatur ⁊ ſit verus dñs ⁊ poſſeſſor pro quātitate ꝯdēnationis ſolute niſi .ĩ. x. dies a die facte extimationis dānū dans vel alter pro eo ſoluerit, ſoluenti ꝯdēnationē ſolutam: ⁊ extimationē predictam dñs Poteſtas ⁊ Capita. Ciuitatis predicte Aſiſij teneanꝛ ⁊ debeant fieri facere .ĩ. xv. dies a die petitionis facte pro baiulo vel Sindico bailie ſoluen̄. Et ſi aliqua queſtio eſſet vel fuerit in futurū occaſione predicta: vel aliqua occaſione ꝯfinium Poteſtas vel Capitaneus ipſam faciant terminare, ⁊ terminent ſiue diffiniant .ĩ. xv. dies ſūmarie ⁊ ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij: ⁊ ad emendationē dānoꝝ datoꝝ, vel dandoꝝ hec forma ſeruetꝛ per iudicem in deciſione: vel alio modo in bailia ita ꝙ emenda que fieri dꝫ per bailias colligaꝛ ⁊ colligi debeat per tres gradus diſtribuēdos per bailiū ⁊ maſſarios dictaꝝ bailiaꝝ de quolibet gradu ab oībus habitantibus in ipſis bailijs ſiue villis: ⁊ non ab alijs. Et in dānis datis predictis nulla petitio vel accuſatio fieri poſſit per ꝓcuratorē ꝯ bailiū ſiue Sindicum villarum de quātitatibus in ceteris. Et nullus procurator admittaꝛ niſi Sindicus cuiuſlibet mon̄. Et tutor vel curator pupilli vel adulti. Et ꝓcura. cuiuſlibet mulieris nō hñtis virum pr̄em vel filium maiorem. xiiij annis: ⁊ cuiuſlibet militis ⁊ iudicis ⁊ maioris qnquaginta annoꝝ de Ciuitate. Et ꝙ qlibet predictoꝝ per ꝓcuratorē admittaꝛ. Et ēt pater pro filio ⁊ nepote carnali: ⁊ frater pro fratre ⁊ nepote carnali, ⁊ filijs fratris ſui: ſeu econuerſo filius pro matre ⁊ ſuis: ⁊ vir pro vxore ⁊ famulus ꝓ dño admittaꝛ ad accuſandū ⁊ denūtiandū ⁊ petiꝫ. dand. in dānis datis ⁊ dandis cum iuſo: ⁊ ſine mandato ſiue procura. ſi in vna familia habitarēt. Et credatur ſacro dictarū perſonaꝝ vel alterius eaꝝ vſqꝫ in. xx. ſol. den̄. E gcunqꝫ non ciuis in aliqua bailia habitaret per ſe, ⁊ non eſſet in dicta bailia allibratus, ꝙ in ipſa bailia cōferre teneaꝛ in ipſis dānis datis, ⁊ nō alibi. Et ꝙ oēs comitatenſes de Aſiſio ⁊ forenſes habitātes in cōmitatu Aſiſij: vel qui habitauerint in futurū, qui non ꝯferrent in honoribus ⁊ honeribus cum alijs hoībus habitātibus in ipſa bailia teneant ⁊ debeant ſoluere ꝯtribuere ⁊ cōferre in dānis datis vel dandis, vt alij hoīes de ipſa bailia habitantes in bailijs comita. Aſiſij Et ꝙ nulla res furtiue ſubtracta de aliqua domo ſiue cappāna in qua habitareꝛ pro maiori parte ipſis anni, ſeu area vel curtile ipſius circūſtantibus per quatuor perticas: nec aliq̄ beſtia ſeu animal de ipſis locis: vel altero ipſoꝝ furtiue acceptū vel accepta vel dānificata in aliquo dāno per hoīes alicuius bailie debeat emendari dño rei: vel alteri pro eo: niſi ea nocte in qua furtū cōmittereꝛ pernoctaret ipſe vel alius de familia extra domū vel cappānam vbi danum vel maleficiū comittereꝛ. Item ꝙ oēs poſſeſſiōes culte ⁊ inculte poſite extra muros nouos Ciuitatis Aſiſij: ſint ⁊ eſſe intelliganꝛ in cōmitatu ⁊ .ĩ. confines bailiaꝝ: cui vel quibus magis eſſe reperirentur propinquiores. Et ꝙ quelibet bailia cōmitatus Aſiſij ⁊ hoīes ipſaꝝ bailiaꝝ teneanꝛ ⁊ debeant quolibet anno de menſe Maij facere vnum ſindicum pro qualibet bailia: cuius officiū duret per vnū annū ad rñdendū pro tota bailia pena. xxv. lib. den̄. pro qualibet bailia. Et hoc capl̄m in oībus ⁊ per oīa vt. ſ. ſcriptum eſt in qualibet parte per dños Poteſtatem ⁊ Capitaneum Ciuitatis Aſiſij obſerueꝛ ſub pena preſtiti iuramēti: ⁊ qnquaginta lib. den̄. pro quolibet ipſorum ꝯfaciente ⁊ qualibet vice.

¶ Q terre montis ſubaſij: ⁊ eius apendicie ſint in bailijs. Rub. I.

MONS Subaſius ⁊ terre cōis poſite in monte ac ēt in apendicijs ipſius mōtis que eſſent ſpālium perſonarū ſint ⁊ eſſe debeant in .ĩ. ſcriptis bailijs ſm ꝙ .ĩ. ſubſequiꝛ. Vcꝫ a turri S. Antonij per viam planelli verſus S. Egidiū. Et a S. Egidio recte ad planam ipſius montis. Et recte ad mortarium vetus. Et deinde ad fermollā verſus terrenum rocche payde: ⁊ verſus orientem ⁊ terrenū Spelli vſqꝫ ad cōfine bailie gabbianis Capudaque, Coſte S. Sauini pancij ⁊ S. Potentie .ĩ. ꝯfines dictarū bailiarū voluerunt eſſe auctoritate pn̄tis ſtatuti. A dictis vero finibus ⁊ cōfinibus verſus aquilonem ſint ⁊ eſſe debeant mons predictus ⁊ terre ipſius montis, ac ēt ſpālium perſonaꝝ habitantiū in apēdicijs dicti montis. Terras ⁊ poſſeſſiones. Et intelligantur ⁊ ſint .ĩ. ſcriptarū bailiarū. Vcꝫ in bailia coſte trecbaſi, ⁊ in bailia rocche teſij citra teſſium verſus montē collis Januarij: ⁊ in bailia armenzani: que bailie teneanꝛ ad emendationē dānorum datorū in ipſis terris ⁊ poſſeſſionibus:

ſeſſionibus: ac et incendiorum et aliorum vaſtorum ſecundum quod tenentur alie bailie ad alia dāna data vaſta et incendia ſecundum formam ſtatutorū Ciuitatis Aſiſij: de quibus dānis malefactores habere non poſſent.

¶ De pena portantium vuas. Rub. 2.

STatuerunt et ordinauerunt. Quod nulla perſona audeat vel preſumat colligere nec colligi facere nec portare: nec portari facere vuas de vinea ſua vel aliena ſeu de aliqua pergula pena .xxv. ſol. deñ. pro quolibet raſpulo. Liceat tñ cuilibet de pergula ſua et vinea apportare vnū raſpuz. Poſſint et Poteſtas et Capitaneus et Priores licentiam dare cuilibet colligendi et exportandi de pergulis ſuis vuas vt eis videbitur. Item quicūqz fuerit inuenij. in vineam alicuius, vel inueniret exire cum vuis vel ſine vuis a Kal. Junij vſqz ad Kal. Nouembris intelligatur colligiſſe .v. raſpos vuarum et habeatur pro confeſſo. Et de ipſis .v. raſpis ſiue vuis ſibi inuentis vel non condênetur pro quolibet raſpo in .xx. ſol. deñ. niſi forte inde veniret cum dño rei vel vinee ſiue laboratore ſuo: vel cum filijs eorum vel alicuius eorum: vel cum alio de familia ipſorum: ſiue alicuius eorum. Item quod Poteſtas vel Capitaneus dicta bāna circa vuas impoſita accipere poſſint cum condone et exigere ſeruata iuris ſolênitate / et nō ſeruata prout eis videbitur expedire / aliquo ſtatuto vel ordinamêto in aliquo contrarium non obſtâte. Liceat tñ tempore vindemiarum apportare de vuis ſuis: vel alienis licite habitis / ſine pena et banno. Et tempus vindemiarum intelligatur prout inferius continetur. Item quod quicunqz peteret liniam de collatione vuarum que eſſent in pergulis: vel pergula. Et vua rotundafolia nigra vel alba, et vua paſſa: et de vua vaccina: moſcatelli et duratij dari poſſit licentia per dños Priores populi et Capitaneū et Poteſtatê: et non de alijs. Et quod nulla perſona audeat vel preſumat tam de Ciuitate et cômitatu quam et aliunde vindemiare aliquā vineam per ſe vel alium ante vigeſimā ſecundā diem Septêbris cuiuſlibet anni penā .xxv. lib. deñ. vel ante illud tempus quod declararetur per Priores et conſilium generale cōis Aſiſij ſub dicta pena. Et quecūqz perſona inueniretur portare vel habere ſeu vendere in platea cōis vel alibi alias vuas niſi tantū vaccinas: vel rotundamfoliā: vel moſcatellū vel vuam paſſam vel duracem puniatur et condênetur pro quolibet raſpo in .xx. ſol. deñ. Et quilibet poſſit de predictis, et quolibet predictorum denuntiare et accuſare, et habeat medietatê banni et condênationis: et credatur ſacramento accuſatoris cum vno teſte Jdoneo. Et quod dicte pene loquentes de collectione vuarū de pergulis non poſſint aſcendere contra aliquem pro vna vice vltra quantitatê quinquaginta librarum deñ. pro qualibet perſona.

¶ De pena incidentium arbores et alijs contentis in capitulo. Rub. 3.

QUecunqz Perſona inciderit decoriauerit vel ſtirpauerit arborê aut arbores / aut ramū arboris fructifere vel domeſtice / ſi de nocte. Statuerunt et ordinauerunt. Quod ſoluat cōi Aſiſij .xx. lib. deñ. pro quolibet et qualibet vice et arbore. Et ſi de die .x. lib. deñ. Si vero inciderit ſiue deuaſtauerit pergulam. Si de nocte in quinquaginta lib. deñ. Si de die in .xxv. lib. deñ. vice qualibet puniatur in dictis caſibus. Et cuilibet ipſorū dānum paſſo emendet. Si vero inciderit ſiue deuaſtauerit arborê vel arbores infructiferas: et non domeſticas. Si de die in .v. lib. deñ. cōdênetur pro qualibet arbore. Si de nocte in duplū. Si vero ramū arboris infructifere inciderit: vel aliquo mō deuaſtauerit. Si de die in .xx. ſol. deñ. condênetur. Si de nocte in duplum: et dānum patienti emendet in quolibet dictorum et ſupraſcriptorum caſuum: et de dāno dato: et extimatione dāni credatur iuramento damnū paſſi vſqz in quātitate .xx. ſol. deñ. ſine aliqua probatione: de quo bāno medietas ſit cōis: et alia accuſatoris vel dānum paſſi / pro eſtimatione dāni a .xx. vero ſolidis ſupra vſqz in quātitate .xl. ſol. deñ. credatur iuramento accuſatoris cum vno teſte Jdoneo / cuius bāni medietas ſit cōis: et alia ſit dānū paſſi vel accuſatoris. Dūmodo teſtis deponat tam ſuper dāno dato quam ſuper eſtimatione dāni. A .xl. vero ſolidis ſupra legitima probatio habeatur: et requiratur de vtroqz. Si vero a .xl. ſol. deñ. ſupra probauerit per vnū teſtem Jdoneū primo preſtito iuramento per accuſatorê condênetur imediate pene quam ſolue re deberet ſi legitime fuerit probatū per formā alicuius ſtatuti. Et ſi accuſator probaret de dāno dato legitime et de eſtimatione dāni nō probauerit. Quod dānum dans in ea pena in qua vel que continetur in principio huius capituli. Vel de .xx. lib. vel .x. lib. vel .v. lib. habita conſideratione. Si de die vel de nocte condênetur. Et ſi inciderit cānam vel ſambuchū: pro qualibet canna vel ſambucho in .v. ſol. deñ. dicto cōi condênetur. Item ſiquis vel ſiqua intrauerit vineā vel clauſuram vel ortū alicuius et colligeret inde poma fructus vel vuas, a .v. raſpis ſupra. Si de nocte

ſoluat.xxv.lib.deñ.⁊ ſi de die in vineam.x.lib.deñ.Et dānum dederit in clauſura vel orto vt
.ſ.dictum eſt ꝯdēnet in.c.ſol.deñ.⁊ dānum ſemꝑ patienti emendet.Siquis vero tm̄ intraue-
rit ipſas vineā clauſurā vel ortū ⁊ dānū non dederit in ea.Si de die in.x.ſol.deñ. Si de no-
cte in.c.ſol.deñ,condēnet pro quolibet ⁊ qualibet vice.Idez dixerunt eſſe ſeruandū in vena-
tore cacciatore ⁊ aucupatore:qui teneant ad penas predictas ⁊ ad emēdationē dāni de om-
ni dāno dato ⁊ introitu,Et quilibet poſſit eos accuſare:⁊ credatur eidē ſuo ſacr̄o cum vno te-
ſte.Et nomē accuſatoris ⁊ teſtis teneat in credentia.Cuius bāni medietas ſit cōis,⁊ alia ac-
cuſatoris ſiue denuntiatoris.Et intelligant venatores/cacciatores ſiue aucupatores vel vcel-
latores/euntes cum canibus baliſtis vel cum aſtore aut ancipitre,vel terzolo:aut ſmeriglio:
vel cum aliqua aue que eſſet apta ad vcellandū,vel qui ſecuz portaret aliqua rete:⁊ quilibet
accuſare volens de dānis datis per ſe/vel ſeruientē:vel colonū vel procuratorē a Poteſtate
vel Capitaneo:vel Notario maleſi.eoꝝ vel alicuius eoruz audiat ſine aliquo ſacr̄o dūmodo
probet per duos teſtes Idoneos/aut per vnū ⁊ de dāno dato:⁊ extimatione ipſius credatur
vt.ſ.Et ſit licitum inuenienti ſeu inuenientibus paſtorem vel paſtores aliū vel alias ꝑſonas
dānum dantes auferre eis clamidem ſine pena:⁊ verberare.Itē ꝙ nemini liceat ire cum be-
ſtys ſeu beſtia per vineā alicuius aliquo tp̄e per ortū vel per campū ꝗdiu eſſet olera vel can-
napa:per campū ꝗdiu ibi eſſet bladum:vel areā ꝗdiu ibi eſſent mete ꝯfacientes pro quali-
bet vice ⁊ quolibet.Si cum beſtia in.xl.ſol.deñ.Si ſine beſtia in xx.ſol.deñ.ꝯdēnet. Et ſi fue-
rit ſibi ꝯdictum per dn̄m rei ꝯdēnet in dupla.⁊ de his credat ſacr̄o predictaꝝ perſonaꝝ ſuꝑ
dāno dato tm̄:vel vnius teſtis.Cuius bāni ſiue bānoruz medietas ſit cōis ⁊ alia accuſatoris.
Et idem dixerunt de clauſura vel campo vbi ſunt arbores domeſtice. Et in ſilua ⁊ de omni
alia poſſeſſione vel re:vbi dānum dari poſſet.Et clauſura intelligat vbi ſunt ad minus.v.ar-
bores domeſtice.Et ꝙ perſone.ſ.dicte:⁊ quelibet eaꝝ poſſint capere beſtias ⁊ ducere ⁊ aſſi-
gnare curie.Et ſi ille cuius fuerint dicte beſtie oppoſuerit ꝯducenti dictas beſtias ſoluat no-
mine banni.c.ſol.deñ.Et quilibet poſſit de quolibet dāno dato quālibet perſonā dānum dan-
tem accuſare.Et poſſit ⁊ debeat per Poteſtatē vel Capitaneū,⁊ eoꝝ ⁊ cuiuſlibet eoꝝ offi-
ciales ad penā.xxv.lib.deñ.pro quolibet procedi ⁊ cognoſci per modū inquiſitionis ⁊ de-
nuntiationis ⁊ oēm viam ſicut videbit officiali coram quo erit inceptū cognoſci.Et ſi cōſtite-
rit legitime delinquentē condēnet in pena in ſtatuto contēpta.Et ſi per vnū teſtem in media
pena condēnet.Quicūq; aūt poterit ire per viam nō vadat per campū vel per terrenuz alte-
rius:⁊ ꝯfaciens ſoluat bānum vt.ſ.continetur.Item ſiquis vel ſiqua inuenerit pullos alicu-
ius in blado orto vel campo/ſeu vinea aut paleari ſibi pertinentibus poſſit ſine pena eos oc-
cidere ſua auctoritate:⁊ per ſe tenere. Et ille cuius ſunt pulli ſoluat pro quolibet.vj.deñ.⁊
ſtetur ſacr̄o accuſatoris.Saluo ꝙ condēnatio que fieret de pullis nō poſſit excedere ſūmam
x.ſol.deñ.Et ꝙ porcos ſcrofas quos ⁊ quas in vinea plena vel vacua:vel in orto vel campo
dum eſt bladum ſpigatū.Siue in meta area dum ſunt ibi mete:vel in cāpo vbi eſt meta ſi q̄s
inuenerit occidere poſſit:⁊ medietatē dictarum carniū per ſe retinere/⁊ aliam medietatē re-
ſtituat illi vel illis quoꝝ fuerunt porci ſiue ſcrofe:⁊ ſi accipere voluerunt.Sinaūt fiat ad vo-
luntatem Poteſtatis vel Capitanei.Et ſi reuocaret in dubium de inuentione ſtet iuramen-
to illius ad quē res pertineret,vel ſeruientis vel laboratoris vel alicuius de ſua familia quī
ipſa aialia inuenerit.Et ſi canis intrauerit vineā alicuius dum ibi ſunt vue mature ſoluat ille
cuius eſt canis.xl.ſol.deñ.⁊ dānum patienti emendet:⁊ credatur perſonis.ſ.dictis vel alteri
earū cum iur̄o:cuius bāni medietas ſit cōis ⁊ alia accuſatoris.Liceat tn̄ cuilibet accuſatori
vel denuntiatori tres ꝑſonas ſub vna accuſa:⁊ vna denuntiatione ⁊ ſub vno ſacr̄o,⁊ nō plu-
res accuſare.Item ſiquis cōmitatenſis accuſauerit aliquē continuū habitatorē Aſiſij nō cre-
datur ei ſuo ſacr̄o ſine ꝓbōne duorum teſtiū.Si vero cōmitatenſis cōmitatenſez accuſauerit
ſufficiat ei vnus teſtis cum iur̄o ipſius accuſatoris.Et quicūq; accuſatꝰ.de dāno dato negaue-
rit,rem in accuſatione ꝯſignatā pertinere accuſatori:⁊ probatꝰ.fuerit per vnū teſtem ꝙ dicta
poſſeſſio pertineat accuſatori ſuo noīe accuſanti,vel illi cuius noīe per procuratorez accuſari
pōt/ſoluat accuſatori ꝓ qualibet vice.v.lib.deñ.vltra penā dani ſine alia ꝓbōne vel proceſſu
vel accuſatione.Itē ꝙ in quacūq; villa dānum fieret aliqđ in arboribus alicuius vineis ſil-
uis/ſiue in bladis inciſis ⁊ alijs quibuſcūq; rebus ita ꝙ de oī re dānum intelligat ꝙ baiulus
illius ville teneat denuntiare ⁊ inuenire dānū dantē.i.x.dies a die accuſationis facte de bai-
lia cōputandos.Et ſi nō poterit inueniri/dicta bailia ſoluat patienti dānū vſq; in.x.lib.deñ.

Recepto

Recepto ſacr̄o ab accuſatore vel denuntiatore ſup extimatione dāni, ⁊ ꝙ ignorat dānum dā
tem. Et ꝙ nulla petitio vñ pena.xx.ſol.deñ. ⁊ ab inde.j.reſultaret dari poſſit per aliquē ꝓcu/
ratorem/coptumatorē vel laboratorem ſine teſtibus ⁊ ꝓbōnis fiendis legitime. Dari tamē
poſſit per Sindicū monaſterij/tutorem ⁊ curatorem minoꝝ ⁊ ꝓcuratorē feminaꝝ: ⁊ ꝑ poſ/
ſeſſores rei, ⁊ per ꝓcuratores militis ⁊ iudicis. Et nulla petitio de aliquo dāno dato: vel dā
do dari poſſit ↄ̃ aliquam bailiam vel baiulū alicuius ville/aut Sindicum niſi ſoluz de menſe
in quo dānum datū fuerit: vel ſequenti menſe. Et ſi aliter vltra vel alio tpe dareꝛ non valeat
nec admittaꝛ: ⁊ ſuper ea procedi nō poſſit nec debeat aliquo mō. Et ſi aliqua petitio per ali
quem data fuerit ↄ̃ aliquā bailiam de aliquo dāno dato. Et baiulus ↄ̃ quem dareꝛ ipſa peti/
tio/peteret.j.dictum terminū.x. dieꝝ ipm dānū ꝙ poſſit videri ſuis expenſis. Et ꝙ tunc No/
tarius Poteſtatis vel Capitanei teneaꝛ mittere quandā idoneam perſonā ad ipm dānuz vi
dendū ⁊ extimandū: ⁊ ſm extimationē ipſius fiet emenda patienti dānum vſqꝫ in.x.lib.deñ.
Et ꝙ ſalarium dicte perſone euntis ad videndū ⁊ extimandum dictū dānum nō poſſit exce/
dere ſūmam duoꝝ ſol.deñ. Et ſi baiulus negauerit eſſe in ſua bailia poſſeſſio vbi dānuz datū
fuerit/debeat probare in qua bailia ſit. Si vero maius dānum datum fuerit credaꝛ ſacr̄o ac/
cuſatoris vſqꝫ in.xl.ſol.deñ.cum vno teſte. Et ſi ēt maius dānum datū eſſet: ⁊ probareꝛ exti/
matio ad extimationez ipſius dāni ſm formam dicti ſtatuti teneaꝛ dicta bailia vſqꝫ ad.x.lib.
deñ.prout probatū fuerit. Si vero baiulus inuenerit ⁊ denuntiauerit illum per quē ipm dā
num datum fuerit, ⁊ ꝓbauerit.j.x.dies a die accuſationis vel aſſignationis cōputandū dictū
dānū dantem fuiſſe ſoluend dicta bailia nō teneaꝛ ad penam. Et ſi ille cui dānum datuz eſſet
inuenerit dānum dantē in vinea orto blado vel clauſura portantē fructus de ipſis locis poſ
ſit eum capere ſine pena. Et ſi nō dimitteret ipſos fructus quos portaret ſoluat nomine pe/
ne.v.lib.deñ.ſi de die, ⁊ ſi de nocte duplum. Salua maiori pena. Itez ꝙ nemo in planitie pe
na.xx.ſol.deñ.poſſit nec debeat retinere vltra duos porcos ſeu vnā ſcrofam. Et ſi dicta ſcro/
fa fecerit porcellos vendere debeat.j.duos menſes pena.xx.ſol.deñ.pro qualibet vice. Et ſi
dicti porci vel ſcrofa inuenirenꝛ dānum dare in poſſeſſione alicuiuſ perſone ꝓpria vel condu
cta per poſſeſſorē vel conductorem vel aliquē de ſua familia vel famulum ſuū poſſit porcuz
ſcrofa ⁊ porcellos capere percutere ⁊ occidere ſine pena ⁊ medietatem carniū per ſe retine
re prout.ſ.continetur. Et poſſit ipſum dñm aialium.ſ.dictorū accuſare: ⁊ ipſa aialia capere,
⁊ cōi preſentare. Et habeat accuſator vel pñtans medietatē carnium: ⁊ alia ſit cōis. Et idez
dixerunt de alijs aialibus exceptis de beſtijs bouinis aſininis/pecudinis/mulinis ⁊ equinis/
que beſtie occidi non poſſint. Et quilibet denūtiator poſſit capere. Et ſi capere nō poſſet/de/
nuntietur ille cuius eſt in curia cōis Aſiſij: ⁊ curia teneat ſibi dare medietatē dicti porci ſiue
ſcrofe ⁊ porcelloꝝ pro bāno/ſi dictus accuſator probauerit cum Idoneo teſte. Et hoc locum
habeat in dicta planitie: ⁊ incampanea: ⁊ incoſta S.Sauini ⁊ in bailia gabbian inferiori. Et
quilibet teneaꝛ ⁊ debeat retinere canes ligatos a Kal.Auguſti vſqꝫ ad feſtum Oium San/
ctoꝝ. Et qui ↄ̃fecerit ſoluat cōi Aſiſij.xx.ſol.deñ. Et qlibet oriundus de cōmitatu vel Ciuita
te Aſiſij admittaꝛ ad denuntiandū ⁊ accuſandū: ⁊ hēat medietatē bāni: ⁊ nomē eiuſ teneaꝛ in
credentia. Item ſiquis retineret capras aſſignatas.j.ſoluat pro qualibet capra q̈libet vice.xl.
ſol.deñ. Et quilibet denuntiare poſſit ⁊ accuſare: ⁊ habeat medietatē banni: ⁊ alia medietaſ
ſit cōis. Exceptis mercatoribus beſtiaꝝ ⁊ macellarijs quibus liceat vendere ⁊ retinere do/
nec eas vendant.j.vnum menſem: ⁊ ipſas.j.dictum menſem vendere teneanꝛ: dūmō dicti mer
catores ⁊ macellarij retinere volentes capras per vnū menſem nominent ⁊ aſſignent Nota
rio Poteſtatis vel Capitanei capras retinendas ⁊ pilos ⁊ ſigna ipſarū: ⁊ tunc ipſas reti/
nere poſſint cum licentia dicti Notarij per vnū menſez tm̄ in anno ⁊ non plur̃.vel aliter. Itez
ſiquis inuenerit aliquē paſtorem minorem.xiiij.annis, vel alium puerulu qui non ſit paſtor
dānum dantē in vinea orto cāpo vel arboribus vel alijs locis licitum ſit dānuz patienti ipſos
verberare ſine pena. Et ſi ex dicta verberatione ſanguis exiuerit de naſo facie vel bocca vel
alijs mēbris ſine vulnere. Si ille paſtor voluerit conqueri nō audiatur a Poteſtate ⁊ Capi
taneo vel alijs officialibus dicti cōis. Et in quolibet caſu p̄dictoꝝ capitulorū ⁊ quolibet alio
capitulo loquente de dāno dato pſonaliter vel cum beſtijs vel beſtia/quilibet accuſator hēat
medietatē banni. Et ꝙ Notarius deputatus ad dāna data in porta perlaſi S. Roſini ⁊ S.
Clare teneaꝛ facere inquiſitionem in qualibet villa quolibet menſe ſup dānis datis ciuiuz ⁊
cōmitatenſium Ciuitatis Aſiſij: ⁊ culpabiles punire ⁊ ↄdēnare in dictis penis ſm formam

ſtatutoꝝ dicte Ciuitatis de dicta materia loquentium. Et ꝙ de hm̄oi inquiſitionibus dictus Notarius teneat̃ reddere rõnem corã Sindico ipe ſindicatus ſi ipſas fecerit vel non. Itẽ ꝙ nulla ꝯdenatio dãni dati ſeu vaſti poſſit excedere ſũmaz extimationis terre ⁊ poſſeſſionis in qua dãnũ fuerit datum ſcḋm ꝙ extimatio appareret in cataſto. Et idem teneat̃ facere in vallis porte S. Jacobi ⁊ S. Fraciſci. Et pdcã teneant̃ dicti officiales obſeruare ſub pẽa. c. lib. deñ.

¶ De pena dãnũ dantis perſonal̃r vel cũ beſtijs, ⁊ qualiter credat̃ relationi cuſtodũ ſecretorũ, ⁊ de ipſorum electione. Rub. 4.

ITem prouiderunt ⁊ ordinauerunt: ⁊ decreuerunt ꝙ quecũq; perſona cuiuſcunq; ſtatus vel ꝯdõnis exiſtat dabit in aliqua vinea clauſura vel arbore/ vel canneto/ſiue in aliqua poſſeſſione bladata Ciuitatis ⁊ cõmitatus Aſiſij dãnum aliquod pſonaliter vel cum beſtijs/incidat ⁊ incurriſſe intelligat̃ in pena. c. ſol. deñ. pro qualibet vice applicand. cõi dicte Ciuitat. Et eãdem quantitatẽ . ſol. deñ. applicandoꝝ dãnuz paſſo. In quibus penis puniatur ⁊ cõdẽnetur per dñm Capitaneũ ppli Ciuitatis Aſiſij ſũmarie ⁊ de facto ſine proceſſu ⁊ alia ſolẽnitate. Dũmodo fiat ⁊ fieri debeat per ipſum dñm Capitaneũ ⁊ fieri condẽnatio in ſcriptis, in qua ꝯdẽnatione ꝯtineatur nomen ⁊ pronomen talis pſone que dãnum dederit/⁊ quãtitatẽ pene: ⁊ dãnum qḋ dederit, ⁊ locum ubi ac nomen ⁊ pronomen perſone que dãnum paſſa fuerit. Et de hmoi ꝯdẽnationibus fiant duo libri ſicut fiunt de alijs ꝯdẽnationibus: quoꝝ vnus aſſignet̃ ⁊ remaneat in camera Maſſarij cõis Aſiſij apud Maſſariũ dicti cõis. Et alter liber ſit ⁊ remaneat apud ipſum dñm Capitaneũ ⁊ officiales ſuos: qui dñs Capitaneus ⁊ eius curia poſſint teneant̃ ⁊ debeant de dãnis predictis diligẽter inquirere tam ex officio ſuo q̃ ad promotionẽ cuiuſlibet: ⁊ repertũ vel repertos culpabiles punire ⁊ ꝯdẽnare ſũmarie ⁊ de facto prout. s. ꝯtinet̃ in pena predicta. Et quilibet poſſit ⁊ ſibi liceat quãlibet pſonã dãnũ dantẽ in pdictis vel aliquo pdictoꝝ denuntiare ⁊ accuſare cum vno teſte fidedigno: ⁊ nomẽ denuntiatoris vel accuſatoris in credentia teneat̃. Et ſi talis accuſatio vel denuntiatio probata fuit per iurm̃ ipſius denuntiatoris vel accuſatoris: ⁊ per atteſtationẽ dicti teſtis fidedigni, tunc dictus dñs Capitaneus teneat̃ ⁊ debeat talem pſonaz ſic denuntiatam vel accuſatã quã culpabilẽ inuenerit punire ⁊ cõdẽnare ſũmarie ⁊ de facto in pena predicta prout ſupius eſt expreſſum. Que oĩa ⁊ ſingula. s. ſcripta ẽt intelligant̃ ⁊ locum habeant. Et in ſingulis effectũ ⁊ executionẽ recipiant tam inquirendo accuſando ⁊ denuntiando q̃ in puniendo ⁊ condẽnando in penis predictis in oĩbus ⁊ ſingulis pſonis que apportarent vuas vltra vnum raſpum, ⁊ de poſſeſſione ſua itm̃. Et ad probandũ ꝙ ſit de poſſeſſione ſua ſufficiat iurm̃ talis perſone apportantis ipſum raſpum. Et vbi in predictis Statuta dicti cõis penas maiores iponerent penis predictis obſeruent̃ ⁊ obſeruari debeãt ipſa ſtatuta quoad penas in ipſis ſtatutis ꝯtentas. Et ꝙ de oĩbus ⁊ ſingulis dãnis predictis que cõmitterent̃ de nocte intelligat̃ ⁊ ſit pena. xxv. lib. deñ. ad minus pro qualibet perſona ꝯfaciẽte ⁊ qualibet vice. Et ſi in hoc caſu ſtatuta de nocte dicti cõis imponerent maiorẽ penam/ẽt obſeruent̃ ipſa ſtatuta quo ad ipſam penã. Et quilibet poſſit quãlibet pſonaz de nocte in predictis delinquentẽ ⁊ culpabilẽ denuntiare ⁊ accuſare cũ iurõ ⁊ cum vno teſte fidedigno: vel cum quatuor teſtibus qui pbent per famam: ⁊ ẽt dictus dñs Capita. prout. s. dictum eſt de alijs poſſit ꝯ delinquẽtes in predictis de nocte inquirere ⁊ repertos culpabiles punire ⁊ cõdẽnare ſũmarie ⁊ de facto vt dictũ eſt. s. Et ꝙ de oĩbus. s. dictis penis dictus dñs Capitaneus de his que in dicto cõi Aſiſij venire fecerit habeat, ⁊ hẽre debeat medietatẽ: ⁊ alia medietas ſit cõis predicti. Qui dñs Capitaneus de oĩbus ꝯdẽnationibus quas de predictis tulerit teneat̃ ⁊ debeat executionẽ facere. i. x. dies imediate ſequẽtes poſt latam hmõi ꝯdẽnationẽ ſiue ſniam ad penã ipſi dño Capitaneo. x. lib. deñ. pro qualibet tali ꝯdẽnatione auferẽda de ſalario ipſius dñi Capita. per Sindicatorẽ ipſius pro cõi predicto. Et ꝙ cuſtodes portarũ dicte Ciuitatis ad penam. xx. ſol. deñ. pro quolibet ꝯfaciẽte ⁊ qualibet vice auferẽda de facto per dictum dñm Capitaneũ pro dicto cõi, ⁊ quilibet ipſoꝝ cuſtodum teneat̃ ⁊ debeat quãlibet perſonam intrare volentẽ per aliquã portam dicte Ciuitatis cũ vuis ꝯ formam. s. ſcriptam denuntiare ⁊ referre dicto dño Capitaneo: ⁊ nõ permittere ipſam pſonã cũ dictis vuis intrare Ciuitatem predictã. Et de hoc ſtetur relationi dicti cuſtodis cum iurõ: ⁊ dictus dñs Capitaneus habita per eũ tali relatione teneat̃ ⁊ debeat ad dictã penam. s. ſibi ipoſitam ⁊ auferendã vt dictum eſt punire ⁊ ꝯdẽnare culpabilẽ prout ſuperius eſt ſcriptuz. Et in omnibus ⁊ ſingulis dãnis datis admittat̃ teſtimoniũ cuiuſcũq; pſone maioris. x. annoꝝ, ⁊ nomẽ

accuſatoris

accuſatoris vel denuntiatoris in credentia teneat. Et ꝙ pñtes dñi Priores populi Ciuitatis Aſiſij teneant ⁊ debeant .ĩ. octo dies proxime vẽturos eligere ⁊ eligi facere prout eis videbit ducentos cuſtodes ſecretos: vcʒ centũ de Ciuitate ⁊ centũ de cõmitatu. Qui cuſtodes ad penã .xx. ſol. deñ. pro quolibet ⁊ qualibet vice auferendã de facto pro dicto cõi per dictuʒ Capitaneũ teneant ⁊ debeant ſingulis .viij. diebus ſe repreſentare corã ſotio milite dicti dñi Capitanei ſiue Notario dãnoꝝ datorum ⁊ referre oẽs ⁊ ſingulas pſonas quas nouerint dãna dediſſe. Et ipſis cuſtodibus ⁊ eoꝝ relationibus adbibeatur plena fides cum vno teſte. Et oẽs ⁊ ſingulos quos ipſi cuſtodes: vel aliquis ipſoꝝ retulerint dediſſe dãna teneat ⁊ debeat ipſe dñs Capitaneus punire ⁊ ꝯdẽnare modo ⁊ forma predictis. Et ꝙ dictis cuſtodibus ⁊ eoꝝ relationibus adbibeat plena fides cum iuřo ſine aliquo teſte vſqʒ in quãtitatem .xx. ſol. d. ñ. Et ꝙ Priores populi Ciuitatis Aſiſij qui erunt quolibet anno de menſe Maij debeant ⁊ teneant eligere cuſtodes ſecretos .ĩ. vj. dies poſt initium eoꝝ officij cuʒ illis hoĩbus quos ad predicta habere voluerint pena centum lib. d. ñ. pro quolibet ipſorum.

¶ De pena portantis palos. Rub. 5.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerũt. Q nulla perſona audeat vel preſumat apportare vel apportari facere palos veteres de cõmitatu Aſiſij ad Ciuitatem ſeu Burgos Ciuitatis Aſiſij pena .v. lib. deñ. ſi fuerit de die: ſi de nocte .x. lib. deñ. ſine appodiſſa dñoꝝ Prioruʒ a Kal. Nouẽbris vſqʒ ad Kal. Maij. Et quecũqʒ perſona inuenta fuerit per Notarium vel familiaʒ Poteſtatis vel Capitanei portare poma .ſ. pira/ mala/ amindolas, nuces, ceraſia, brignones, ficbus, vuas, fabas, cicera, legumina vel tegaſ vel alios fructus preſumat ⁊ intelligat colligiſſe ⁊ exportaſſe de bonis alterius cõdẽnet ⁊ puniat. Niſi iurauerit fuiſſe de ſuis vel iuſte habitis: ⁊ aſſignent vnde ⁊ quo mõ: ⁊ a quo habuit: ⁊ ſi mendatium dixerit in ſua rñſione ꝯdẽnetur de tali mendatio in .x. lib. deñ. Et quilibet poſſit de dicto mendatio accuſare ꝯfacientes ⁊ habeat medietatẽ bãni. Et ſiquis vel ſiqua ſepem alienã inciderit vel ſtirpauerit viuã vel mortuam alicuius vinee orti vel clauſure penam .v. lib. d. ñ. incurrat. Item ꝙ quilibet cõmitatenſis qui habitauerit in cõmitatu allibratſ. in .xxv. lib. ab inde .ſ. ⁊ quilibet bifulcus vel laborator alienus teneat facere vnum ſtariũ orti pena .v. lib. deñ. Et ꝙ de oĩbus ꝯdẽnationibus que fieri ꝯtigerit occaſione inuentionis dãnoꝝ datorum per aliquẽ officialem dñi Poteſtatis vel Capitanei ꝯ portantẽ poma fructus ſiue palos, vel dãnum dantes ꝯ formam predictã de qbus ꝯdẽnationibus pena veniret in cõi predicto habeat ⁊ habere debeat officialis predictus qui inuenerit dictũ portantẽ ſeu portantes vel dãnum dantes ꝯ dictam formã/ medietatem ꝯdẽnationiſ quã venire fecerit in cõi occaſione inuentionis predicte totius eius quod venire fecerit in cõmuni. Et predicta bãniatur in principio cuiuſlibet regiminiſ.

¶ Q pene duplicentur vicinis dãnum dantibus. Rub. 6.

SIquis Vicinus vel eius animal/ vel animalia dãnuʒ dederint ſuo vicino. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q ſoluat duplum illius qđ ſolueret aliuſ ſi dediſſet ſimile dãnum. Et intelligat eſſe vicinus ille qui hʒ terram ſeu domũ ꝓpriã vel ꝯductaʒ ad laboritium ſeu ad coptumũ prope terrã in qua dãnũ datum fuerit ad tres poſſeſſiones.

¶ De pena dãnorum datorum ab animalibus. Rub. 7.

DAmnis Datis ab aĩalibus. Statuerunt ⁊ ordinauerũt. Q hec forma ſeruetur: vcʒ de quolibet boue, vaccha/ aſino/ capra/ biccho, vel porco, equo/ equa mulo/ vel mula. In vinea clauſura vel orto: aut croco: pro qualibet dictaꝝ beſtiarum ⁊ qualibet vice .iiij. lib. deñ. ſoluat dñs aĩalium. Et dñs intelligatur quo ad predicta tenens aĩalia. Et de pecude .v. ſol. deñ. Si alibi vel in ſepali alicuius in medietate pene ꝯdẽnetur. Et non intelligat dãnum datum in ſtipula ⁊ mageſibus vbi non ſunt arbores domeſtice vſqʒ in quãtitatem .v. Et in ſodo non cuſtodito, ⁊ ſodum non cuſtoditum intelligatur qđ non erit bãnitum. Item ꝙ nulli liceat accuſare niſi tres perſonas ſub vno ſacro: ⁊ ꝙ nõ ſint de eadem familia: vel vltra formam capituli conſtituti. Et hoc capitulum ſit preciſum.

¶ Q remoueatur paſchus capre. Rub. 8.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q remoueat paſchus capre a S. Maria de cagnano citra: ⁊ exeat ad locum vbi fuerunt calcinaria S. Damiani, ⁊ exeat ad mallocum intſ. verſus Aſiſium: ⁊ exeat ad troſciolam ad ꝯfines bailie moſiolis extra verſus bailiam pretate. Et a ꝯfinibus dicte bailie ad S. Andreã de cãpo longo collepune.

Et a confinibus bagnarie nec in bagnaria: ⁊ exit ad pontem petregnani: ⁊ ad pontem gurgbe pile: ⁊ in claſina: ⁊ a ſepibus .ſ. Et exit ad S. Roſinum de coſtano. Et exit ad renatium de cagnano: a dictis locis citra verſus Aſiſium nullo mõ paſturent. Liceat vero cuilibet paſturare in ſodis colcaprilis nõ cuſtoditis. Et cuilibet de bailia moſcialis liceat retinere capras dũmodo paſturent in dictis terris nõ guardatis. Et ducãt ⁊ ducere debeant dictas capras in eundo ⁊ redeũdo recta via. Et ſi inuenirent̃ dãnum dare ⁊ paſturare in terris laboratorijs puniat̃ in .ſ. dictis penis. Et ſiquis ꝯfecerit ſoluat noĩe bãni pro vice qualibet .xl. ſol. deñ. Et quilibet admittat̃ ad denuntiandũ ⁊ accuſandũ. Et dederunt liniaꝫ cuilibet dictas capras auferendi: ſi eas inuenerit ꝯ formã pñtis capituli: ⁊ habeat medietatem bãni qui ipſas acceperit ⁊ curie pñtauerit: ⁊ alia medietas ſit cõis. Et poſſint eas detẽtores ducere ad mõtem per illam viam qua itur ad montẽ non ꝑ illam qua itur ad S. Antoniũ. Et nullus mercator ſiue macellarius vel famulus alicuius venditoris vel mercatoris audeat tenere eas in dictis locis niſi vt dictum eſt. Item nõ teneãt .ſ. ſepes eccleſie nec paſturent in villa podij S. Damiani S. Pauli de ſaxis: ⁊ in villa mayna, ⁊ hoc caplm̃ voluere preciſe obſeruari. Et nulla ꝑſona audeat vel preſumat tenere nec habere mõ aliquo capras per .ſ. ſcripta loca: ſiue in .ſ. ſcriptis locis: vꝫ in ꝯta hoſpitalis aque viue: nec ẽt in burgo perlaxij: nec in aliqua parte dictorũ locoꝝ ſeu alicuius eoꝝ. Et qui ꝯfecerit pro qualibet capra per Poteſta. vel Capita. Aſiſij condẽnetur in .xl. ſol. deñ. ⁊ dicto cõi applicent̃. Et quilibet ad accuſandũ ⁊ denuntiandum admittat̃ ⁊ habeat medietatẽ banni: dũmodo probet per duos Idoneos teſtes. Liceat tñ cuilibet ꝑſone tenere vnam caprã cum licentia ⁊ appodiſſa dñorum Priorum artiũ Poteſtatis vel Capitanei cã lactandi puerũ vel pro infirmitate / dũmodo teneat ipſaꝫ ligatam / ⁊ non paſturet in ſiluis montis ſubaſij. Poſſit etiam quilibet vnam capraꝫ tenere in ſua poſſeſſione propria ligatã, vel non. Liceat etiã hominibus bailie coſte trechaſi retinere capras in dicta bailia ſine pena.

¶ De pena capientium columbos. Rub. 9.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q nulla perſona audeat vel preſumat capere aliquã colũbam vel colũbos domeſticos cum aliquo aiolo pagellis vel rete ad penam ⁊ bãnum .v. lib. deñ. Et intelligat̃ domeſtica vbi fuerit colũba glandaria vel generaria. Et nullus audeat vel pſumat baliſtare ſagittare vel proijcere in Ciuitate vel cõmitatu Aſiſij: nec ẽt in burgis vel ẽt in ſub burgis dicte Ciuitatis: ad aliquã domũ cappãnaꝫ vel colũbariam: vel ad aliquã colũbam vel pipionẽ vel prope ipſam vel alteram ipſarũ per duos modiolos terre in quadrũ: alibi vero per Ciuitatẽ ⁊ burgos ipſius Ciuitatis ꝯ colũbos vel colũbas / nullus audeat vel preſumat baliſtare, vel ſagittare ad aliqđ colũbaruꝫ ſeu turbam / nec proijcere ꝯ ipſas colũbas domeſticas ſeu pullum vel pullos: niſi ipſi pulli vel columbe inuenirent̃ dãnum dare ſibi in re ſua ꝓpria vel conducta: vel dñi ſui / ꝙ tunc ſit licituꝫ predictis pſonis ipune capere ⁊ occidere quõcunqꝫ Saluo cum rete vel aiolo. Et nullus audeat vel preſumat in re ſua vel alterius habere aut tenere aliqđ adeſcheriuꝫ ad capiendum aues vel colũbos a .xv. diebus menſis Martij cuiuſlibet anni vſqꝫ ad Kal. Iulij. Et nulla ꝑſona audeat vel preſumat ponere vel tenere vaccinum vel fabas ſeu legumen aliqđ in adeſcherio vel aiolo, vel pagellis aliquo tpe ad penã .xx. ſol. deñ. Et quicũqꝫ ceperit aliquẽ colũbum domeſticũ cum adeſcherio vel aiolo uel pagellis: aut rete ꝯdẽnetur pro quolibet columbo in .v. lib. deñ. Et ad denuntiandũ ⁊ accuſandũ qlibet admittat̃ ⁊ credat̃ ſibi in quolibet dictoꝝ caſuum cum vno teſte, ⁊ habeat medietatẽ banni. Et nulla ꝯdẽnatio in predictis poſſit excedere ſũmam .x. lib. deñ. vltra emendationeꝫ dãni. Et nullus audeat vel preſumat nec poſſit extra diſtrictum Ciuitatis Aſiſij extrahere colũbos / pipiones qualeſ ⁊ palũbinam pena .xxv. lib. deñ. pro quolibet ꝯfaciente ⁊ qualibet vice cõi Aſiſij applicãda. Et Poteſtas ⁊ Capitaneus dicte Ciuitatis teneant̃ mittere ad deſtructionẽ dictoꝝ adeſchioꝝ ad petitionẽ cuiuſcũqꝫ petentis. Et ꝙ de predictis ſic inuentis per officiales Poteſtatis ⁊ Capitanei: vel aliquẽ eorum ⁊ per dictum officialem vel alterius ipſorum, habeant quartã partem pene totius eius qđ ipſi Poteſta. ⁊ Capita. venire fecerint in cõi a ꝯfaciente quolibet. Et ꝙ de omnibus ⁊ ſingulis in dicto ſtatuto contentis Poteſta. ⁊ Capitaneus poſſint ex cuiuſcũqꝫ ipſorũ officio inquirere: ⁊ credatur ſacramento cuiuſlibet habentis columbas vſqꝫ in quantitatis quadraginta ſol. deñ.

¶ De licentia danda per dñm rei in dãnis datis. Rub. 10.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q quilibet accuſatus vel denũtiatus de aliquo dãno dato perſonalr vel cum beſtijs: ſeu qui inuentus fuerit p officiales Ciuitatis Aſiſij ſup damnis datis deputatos/dare dãnũ in bonis alienis: ⁊ reperiret añ ip ſum dãnum habere liciaʒ a dño rei: dũmodo probet per inſtrm vel ſacrm dñi vel coptumatoris. Et accuſati vel inuenti vel per duos teſtes fidedignos nõ teneant ad penã pena officiali non obſeruanti predictum caplm de licentia danda centum lib. deñ.

¶ De pena ſagittantis ⁊ portantis arcum. Rub. 11.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerũt. Q nulla pſona audeat cũ aliquo arcu vel baliſta ſagittare/nec cuʒ funda ſeu rũbula vel gettulo rũbulare ſeu palluctare cum arcu in eccleſia S. Franciſci: nec in platea vel domibus aut circũſtãtijs dicte eccleſie: vel lapides cum manu in dicta eccleſia proycere: vel ad ipſam eccleſiam: vel verſus eaʒ: ⁊ qui ꝯfecerit pro qualibet vice in. v. lib. deñ. debeat ꝯdẽnari. Et quilibet admittat ad denuntiandũ ⁊ accuſandũ cum ſacro: ⁊ vno teſte idoneo/⁊ habeat medietatẽ ꝯdẽnationis ⁊ teneat in credentia nomen cũ ex predictis poſſit fieri leſio. Et in feneſtris vitrij dicte eccleſie. Et idẽ ſeruet in eccleſia S. Clare. Et nullus audeat vel preſumat cuʒ aliquo arcu vel baliſta in muros antiquos vel nouos Ciuitatis Aſiſij ſagittare vel rombulare. Et ſiquis ꝯfecerit ꝯdẽnetur in. xl. ſol. deñ. Nec baliſtare aut rombulare ad domũ turres vel palatia Ciuitatis Aſiſij ⁊ boium de Aſiſio ſub dicta pena. Item q nullus intret ortum vel ſiluam S. Franciſci aliunde q̃ p portam dicti orti ⁊ ſilue ad penam. x. lib. deñ. pro quolibet ⁊ qualibet vice qua ꝯtrafecerit. Et idem ſeruetur in orto monaſterij S. Clare Ciuitatis Aſiſij.

¶ Q vbi non eſſet baiulus: illi de contrata teneantur emendare damnum. Rub. 12.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q in quocũq loco cõmitatus Aſiſij vbi non eſſet baiulus cõſtitutus dãnum aliqd daret habitantes in villa ſeu ꝯta vbi dictus locus eſſet poſitus cuiuſcũq conditionis exiſtant debeant habitantes in ipſa villa dãnum datum emendare. Si ipſe damnum dans vel dantes cum beſtijs vel ſine beſtijs non reperiretur. ĩ terminum. x. dierum a die citationis ipſorum.

¶ Q Notarius ⁊ officialis cuſtodie ⁊ dãnoꝝ datoꝝ poſſint ingrere. Rub. 13.

DE omnibus Et ſingulis dãnis datis vel dandis contẽtis in. ſ. ſcriptis capitulis ⁊ ĩ ſcriptis: ⁊ quolibet eoꝝ. Statuerũt ⁊ ordinauerunt. Q dictus officialis ad denuntiationẽ cuiuſcũq oriundi de Aſiſio vel eius cõmitatu poſſit ⁊ debeat inquirere ⁊ ꝓcedere punire ⁊ ꝯdẽnare ꝯ omnes ⁊ ſingulos populares ⁊ alios quoſcũq de Aſiſio vel aliunde nõ obſtantibus aliqbus caplis ſtatutis vel ordinamẽtis ꝯ̃rium loquentibus: ⁊ que in hac parte habeantur totaliter pro ſuſpenſis: dũmodo de dãno dato conſtet ẜm formam ſtatutorum. Et q pro damno dato vnde pena reſultaret centum ſol. deñ. vel abinde ĩ nullus teſtis poſſit in palatio detineri nec in carceribus. Sed poſſit detineri in palatio per vnam diem ad plus.

¶ Q nullus repetat accuſam datam. Rub. 14.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q nulla perſona audeat vel preſumat repetere officialibus vel alicui eoꝝ aliquam accuſam vel denuntiationẽ datam vel dandam: vel eis vel alteri eoꝝ renuntiare cuiuſcũq dãni dati pena. v. lib. deñ. pro quolibet ⁊ qualibet vice, ⁊ nihilominus dñs officialis taleʒ ſic repetentẽ nõ debeat audire ſeu admittere pena preſtiti iuramenti: ⁊. xxv. lib. deñ. pro quolibet ⁊ qualibet vice.

¶ De pena euntis de nocte per cõmitatum. Rub. 15.

SIquis Inuentus fuerit de nocte extra domũ ſuam vel poſſeſſioneʒ in cõmitatu Aſiſij. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q condẽnetur per officialẽ predictum in. xx. ſol. deñ. Et hoc locum non habeat tẽpore ſeminum ſiue meſſium in illis q irent cum beſtijs ⁊ barilibus, ⁊ ẽt in euntibus ad molendinum cum beſtijs carcatis recta via.

¶ De pena laboratoris vendentis vel donantis vuas vinee quam laborat. Rub. 16.

NUllus Laborator alterius nec aliquis de ſua familia. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q vendat nec vendi faciat vel donet alicui vuas vinee quaʒ laborat. Et qui ꝯfecerit in. xl. ſol. deñ. condẽnet: ad que probanda ſufficiat ſacrm dñi accuſatoris

de crudelitate cum vno teſte bone fame: que probatio locuz habeat in ꝯtinuis habitatoribus Ciuitatis Aſiſij: vel eorum familiaribus. In alijs vero probationes iure fiant. Et de predictis poſſit accuſare filius ſeruiens ⁊ procurator.

¶ De pena ſcarcantis vel. ſ. apprehendentis de bonis alterius. Rub. 17.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ ſiquis. ſ. apprehéderit de rebus alicuius: vel occupauerit vel aliter leſerit: vel terminos vel ꝯfines vel foſſatuz fecerit / ſoluat pro banno / ſi res dánificata fuerit valoris. xx. ſol. deñ. ⁊ abinde. ſ. xl. ſol. deñ. ⁊ ſi fuerit dánificata a. xx. ſol. ſ. emendet dánum patient. v. lib. deñ. Et ꝙ nullus debeat ſcarcare vel apprehédere: vel apprehenſum tenere foſſatum vel carbonariam cóem ſui vicini ſine lnia ⁊ requiſitione báno. v. lib. deñ. Et ſiquis vicinus requiſitus voluerit fodere cũ eo ipſuz foſſatuz vel carbonariam cóem poſſit poſtea requiſitor fodere ſine pena. ſ. quintam diem poſt requiſitionem predictam proyciendo ſcarcaturam vbicũꝗ ſibi placuerit.

¶ Qꝫ nullus vadat per ſemitam alicuius. Rub. 18.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ nullus audeat eques vel pedes ire per ſemitam vel iter alicuius. Si habet viam publicam vel vicinalé per quá cómode poſſit iri. Et qui contrafecerit puniatur in. xx. ſol. deñ pro qualibet vice.

¶ Qꝫ liceat non hñtibus viam ire per terrá vicinorum. Rub. 19.

HAbentes Poſſeſſiones ad quas ire ⁊ redire nó poſſint per vias publicas vel vicinales. Statuerunt ⁊ ordinauerũt. Qꝫ ire ⁊ redire poſſint cum beſtijs ⁊ ſine beſtijs ſine pena: dũmodo dánũ euidens non inferant per terras vicinorũ. Et dũmodo nó poſſint ire illi qui hñt poſſeſſioné niſi ad viam publicá / nec eius laboratores per poſſeſſioné alterius. Sed tantuz debeat facere viam per poſſeſſionem ſuam vel domini cuius eſt poſſeſſio.

¶ Qꝫ liceat accipere clamidem dánum danti. Rub. 20.

SIquis Uel ſiqua inuentus fuerit in re alterius dánum dare. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ dñs rei per ſe ⁊ alios quos voluerit poſſit accipere clamidem ⁊ caputeum ⁊ ferramenta ⁊ tobaliolam libere ſine pena ⁊ ſecum portare. Et ſi dare contépſerit eidé / condénetur in. xl. ſol. deñ. Et credatur de tali cótétione dicto ⁊ ſacramento domini rei: cuius ꝯdénationis medietas ſit cómunis: ⁊ alia accuſatoris.

¶ De pena paſturantis in pratis ⁊ ſodis ſine licentia. Rub. 21.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ nullus debeat paſturare in ſodis vel pratis dicti cóis ſine lnia emptoꝝ dicti mótis ⁊ in paſturis ipſius. Et qui ꝯfecerit ꝯdénetur pro qualibet vice dñs beſtiaꝝ pro qualibet beſtia bouina ⁊ qualibet capra xl. ſol. deñ. Et pro qualibet pecude duorũ ſol. deñ. Et quilibet poſſit denuntiare ⁊ accuſare ⁊ habeat medietatem banni. ⁊ credatur accuſatori cum iuramento ⁊ dicto vnius teſtis. Et nullus de beſtia aſinina vel equina accuſari poſſit.

¶ De pena dánum dantis in vineis ⁊ arboribus montis ſubaſij. Rub. 22.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerũt. Qꝫ nulla perſona det dánum in vineis ⁊ arboribus dicti montis. ſ. terminos ⁊ ſemitas dicti montis poſit. ad penam ⁊ bánum contenti. in ſtatu. de vineis ⁊ arboribus ſpecialium perſonaꝝ. Et hoc non intelligat̃ in laboratoribus earum: qui poſſint in eas intrare laborare ⁊ colere.

¶ De cuſtodibus eligendis qui denuntient dánum dantes in bonis cómunis Aſiſij. Rub. 23.

PEr dominos Priores populi Ciuitatis Aſiſij. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ eligant̃ cuſtodes qui héant bullettas ſignatas cum ſigillo ꝙ placuerit dñis Prioribus quolibet anno de menſe Madij: quoꝝ officium duret toto anno: qui teneant̃ ⁊ debeant denuntiare dánum dantes perſonaliter vel cuz beſtijs in poſſeſſioñ. cóis Aſiſij ⁊ alienis: quoꝝ noia teneant̃ in ſecreto. Et credat̃ cuilibet denuntiatori coꝝ hñti bullettam cũ dicto vnius teſtis, ⁊ accuſator héat medietaté banni.

¶ Qꝫ liceat laboratoribus ire per montem. Rub. 24.

STatuerunt ⁊ ordinauerunt. Qꝫ cuilibet laboratori liceat ire per ſiluas cũ beſtijs bouinis ⁊ aſininis cauſa laborandi terras ipſius montis dũmodo non inferant dánum in ſiluis dicti montis.

¶ Qꝫ pene

¶ Q pene duplicentur dānum dantibus in ſiluis inciſis. Rub. 25.

PRo cuſtodia habenda in ſiluis incidendis. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q pro qualibet beſtia qua inueniretur dānuz dare in aliqua ſilua dicti cōis que inciſa eſt per dictū cōe per vnū annū tunc proxime elapſum ſit pena.xxv.lib.deñ. In oībus dānum dantibus in ſiluis inciſis vel incidendis/per vnum annum tunc proxime preteritum vt dictum eſt.

¶ Q ſeminentur terre que ſunt in ſiluis de glande ⁊ caſteneis:⁊ ꝙ Priores populi vadant. Rub. 26.

PRiores populi tpe congruo. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q vadant ad dictum montē cum illis pſonis cum qbuſ eiſdē videbitur:⁊ ordinēt ꝙ per hoīes cōmunitatiſ Aſiſy ſeminentur terre que ſunt in ſiluis de glande ⁊ caſteneis prout eis videbitur expedire fore vtile dicto cōi. Uoluerunt inſup ⁊ mandauerunt ꝙ Priores populi qui erunt de menſe Octobris ⁊ Nouēbris in officio Prioratiſ.de bonis ⁊ hauere cōis predicti emi facere ducentas raſerias glandarū ⁊ quinquaginta ſalmas caſteneaꝝ ad penaz centū lib.deñ pro quolibet Priore qui negligens fuerit vel extiterit de pdictiſ ⁊ deueniant in cōi. Et nihilominus teneantur ipſi Priores ad dictaz penā oēs dictas glandes ⁊ caſteneas ꝑ dictos mēſes facere ſeminare in dictis montibus ꝑut eis videbitur vtilius pro cōi. Et de predictis debeant per eoꝝ futurū Sindicū ſindicari. Et poſtꝙ̄ ſeminate fuerint dānum dantes in eis ſubiaceant penis que ꝯtinentur in.ſ.dictis capitulis ⁊ ſtatutis loquētibus de materia ſiluarum cōis. Et ꝙ ordinamentum ſiue ſtatutū qd̄ loquitur Q qñ ſit bandimentū ꝙ hoīes poſſint ire ad paſturandum in monte ſubaſio. Q emptores dicti montis dēant habere quinquaginta lib.deñ.ſit caſſum ⁊ nullius valoris cum ſit dānoſum cōmuni Aſiſy.

¶ Q quilibet poſſit ire perſonaliter per montem. Rub. 27.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q quilibet poſſit ire pſonaliter per dictū montez:⁊ cum beſtijs/dūmodo non vadat per vineam ſine pena ⁊ bāno, ⁊ dūmodo dānum non inferat.

¶ De inuentionibus officialium:⁊ qualiter credatur ⁊ de ipſorū parte. Rub. 28.

DE omnibus Et ſingulis dānis datis, vel dādis, inuentis vel inueniendis per notariū ipſius Ciuitatis Aſiſy. Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q ſtetur ⁊ credatur relationi Notarij ⁊ vnius familiaris ad minus:dūmodo predicti Notarij ⁊ familiares teneantur ⁊ debeant iurare ad ſancta dei euangelia ipſam relationem ſeu relationes quā ⁊ quas facient veram ⁊ veras eſſe. Et ſi perſona vel perſone inuente:vel cuius beſtie inuente fuerint petierint vel petierit coram dicto Notario ꝙ iurare facerent de nouo predictos Notarios ⁊ familiares:vel referentes ꝙ tunc ipſe Notarius teneatur ⁊ debeat iurari facere predictoſ Notariū ⁊ famulū ipſam relationē veram eſſe:⁊ ēt cōtenta in ea. Et ex ipſis relationibus, ⁊ qualibet eaꝝ ſic factis vel facta:ſequi poſſit ⁊ debeat condēnatio prout in ſtatutis ⁊ ordinamētis predictis dicti cōis Aſiſy ꝯtinetur:loquentibuſ de predictis:⁊ aliter nō. Et quolibet alio ſtatuto vel prouiſione.ſ.vel.ꝑ.poſito in ꝯ̄rium loqueñ. que ⁊ qdlibet eoꝝ in hac parte pro ſuſpenſis ⁊ derogatis ſint ⁊ hēantur. Et ſi pſona vel pſone relatiſ.vel cuius beſtie vel beſtia eſſent relate per dictos Notarios ⁊ famulos vellet ſeu vellent facere defenſionē legitimam a dicta relatione facta de eo/ꝙ ſibi liceat dictam defenſionē facere coram dicto Notario qui dictam defenſionē recipere ⁊ admittere teneatur.ꝑ.terminū.viij. dierum poſtꝙ̄ copiā ipſius relationis habuerit:⁊ videre ⁊ examinare. Et interim pendente dicta dilatione, ex ipſa relatione ſnīa ferri non poſſit:nec aliquid innouari:qui teneatur ⁊ dēat articulos ⁊ teſtes recipere ⁊ examinare ⁊ publicare. Elapſo vero dicto termino.viij. dierum iudex principalis cauſe relationis teneatur procedere ſuper dicta relatione:⁊ proceſſus ipſius ad ſnīam condēnatoriam vel abſolutoriā:prout iuris fuerit.ꝑ.terminū in ſtatutis contentiſ. Et hoc poſſit ⁊ debeat fieri coram officiali inuenienti. Et de oībus ⁊ ſinguliſ condēnatio que fieret occaſione inuētionis ⁊ relationis modo ⁊ ordine.ſ.dicto per officiales ⁊ familiareſ Poteſtatis vel Capitanei Ciuitatiſ Aſiſy de aliquo dāno dato vel dando in poſſeſſione ⁊ boniſ cōmunis Aſiſy, vel alterius ſpecialis pſone:preterꝙ̄ de bonis vineatis:de quibus condēnationibus pena veniret in cōi apud Maſſariū cōmunis, habeant ⁊ habere debeāt dicti Notarij ⁊ famuli qui dictam inuentionē ⁊ relationem fecerint vt dictum eſt/quartam partez totius eius quod venire facerent in cōmuni.

¶ Q: liceat inuenienti aliquem in poſſeſſione verberare cum ſanguine. Rub. 29.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q: quicūq; de Ciuitate vel cōmitatu Aſiſij vel forenſis fuerit inuentuſ in aliqua vinea vel poſſeſſiōe alterius colligere vuas uel alios fructus exiſtentes in ea ꝙ liceat dn̄o vinee uel poſſeſſionis locatori conductori vel coꝑtumatori vel alteri ad quem fruct. pertinerent: filio uel filijs: nepoti uel nepotibus ⁊ alijs familiaribus ipſoꝝ: uel alterius eoꝝ: ⁊ familiaris intelligatur ille qui ſteterit ad unū panem ⁊ unum uinū: ⁊ ēt cuſtodibus poſitis ad cuſtodiendū uineam ⁊ poſſeſſiones predictas/ dum talem inuentum uel inuentam capere ⁊ percutere cū manibus ⁊ pedibus ⁊ baculo de ligno cum effuſione ſanguinis ⁊ ſine/ prout ſibi placuerit ſine homicidio ⁊ fractura mēbri ⁊ ſigno euidenti in facie perpetuo remāſuro ſine pena ⁊ bāno. Et ꝙ dn̄i Poteſtas uel Capitaneuſ ꝯtra talē uel tales in dicto caſu offendentes uel delinquentes nō poſſint nec debeant ipſi uel alter ipſorū uel alicuius eoꝝ officialis per accuſationē denuntiationē vel inquiſitionem ꝓcedere: nec ipſos ⁊ aliquem ipſoꝝ cōdēnare uel grauare quoquomō: ⁊ ſi proceſſerit uel grauauerit uel alio modo cōdēnauerit non valeat quod factum fuerit. Et nihilominus ꝯtrafaciēs penam quingentarum lib. deñ. incurrat.

¶ Q: notarij ſuper dānis datis teneanť ire per cōmitatum. Rub. 30.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q: notarius ſuꝑ dānis datis deputatus ſemꝑ ſint ⁊ eſſe debeant ad cuſtodia fructuū ⁊ bonoꝝ cōmitatus ⁊ Ciuitatis Aſiſij cum familiare vt eis videbiť. Et oēs quos inuenerint dānum dare ꝯ̄ formam predictā ducere debeant ⁊ eos punire ſm formam dictoꝝ ſtatutoꝝ. Et idez ſeruetur in illis quos inuenerint de nocte poſt tertium ſonum campane ꝙ ipſos ducant ⁊ ad debitam penā puniant ſecundum formam ſtatu. dicte Ciuitatis.

¶ Q: baiuli uillarū teneantur eligere ⁊ conſignare Prioribus tres cuſtodes pro qualibet villa. Rub. 31.

Item Statuerunt ⁊ ordinauerūt. Q: omnes ⁊ ſinguli baiuli cōis Aſiſij teneanť ⁊ debeant vſq; ad. xv. dies de menſe Junij pro anno ſequenti, ⁊ quolibet alio anno ſequenti de menſe Maij cōparere coram dn̄is Prioribus populi dicte Ciuitatis ⁊ aſſignare ⁊ eligere qlbet baiulus in ſua bailia tres cuſtodes de melioribus/ ⁊ magis ſufficientibus eorū bailie ad cuſtodiendū bona ⁊ poſſeſſiones totius bailie ipſorū. Saluo ꝙ quelibet bailia in qua eſſent decē fumantes vel pauciores ⁊ nō plures teneanť eligere ⁊ habere duos cuſtodes tm̄. Et ꝙ oēs gualdarij ⁊ alij cuſtodes deputati ⁊ electi in cōmitatu ſuꝑ dānis datis intelligantur ⁊ ſint caſſi/ ſublati ⁊ reuocati. Et nihilominus predicti cuſtodes teneanť ⁊ debeant quoſlibet damnū dantes in eoꝝ bailijs vel alijs bailijs cōmitatꝰ Aſiſij perſonaliter vel cum beſtijs denuntiare Notario Camere cōis Aſiſij. Ad quaz denuntiationē predicti cuſtodes teneanť ⁊ debeant quoquolibet die Dn̄ico ante nonas cōparere coram dicto Notario ad denuntiandū dānū dantes. Et in qualibet denuntiatione ponať nomen ⁊ pronomē damnū dantis: ⁊ locus unde eſt ⁊ poſſeſſio eius cuius eſt per latera ⁊ cōfinia, ⁊ mēſis in quo daretur dānum/ pena ꝯ̄facienti pro quolibet dictoꝝ cuſtodū ⁊ qualibet vice. x. ſoľ. deñ. exigēdorum ꝑ officiales dicti cōis. Et teneanť dicti cuſtodes poſſeſſiones ⁊ bona in eoꝝ bailijs exiſtētia de die, ⁊ de nocte cuſtodire ⁊ ſaluare: ⁊ dānum dantes denuntiare officiali predicto: denuntiationi quoꝝ vel alterius eoꝝ ſtetur ⁊ credať vſq; in quātitatē. xx. ſoľ. deñ. ⁊ habeať pro legitima denuntiatione ⁊ legitime facta. Et ſi teſtem vel teſtes duxerit idoneuz vel idoneos ⁊ probauerint dānum fuiſſe datum ſuꝑ denuntiatione facta/ ꝯdēnetur denuntiatꝰ. qlibet ſm formam dictoꝝ ſtatutoꝝ: ⁊ habeant dicti cuſtodes ⁊ denuntiatores tres ſoľ. deñ. pro qualibet libra eius qđ quilibet eoꝝ fecerit venire in cōi occaſione eoꝝ denuntiationis: ⁊ officialis qui ſniam tulerit habeat de oi eo qđ venire fecerit in cōi ex denuntiationibus. ſ̃. dictiſ. xij. dena. pro qualibet libra ſoluēdo eiſdem per Maſſariū Camere dicti cōis de pecunia que ex dictis denuntiationibuſ venerit in cōi: ⁊ ſi predicti cuſtodes fuerint negligenteſ in denūtiando: ⁊ damnū aliqđ datum erit in vinea vel poſſeſſione bladata clauſura ſeu fructibuſ arborum vel canneto teneať damnū paſſo ipſum dānum emendare vſq; in quātitatez. xl. ſoľ. deñ. ad cuius damni emendationē cōpellanť per officiales cōis Aſiſij: ⁊ ꝯ̄ quemlibet eoꝝ: coram quo querela fuerit expoſita ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij recepta ꝓbone de dāno qđ dicitť vel diceretť eſſe datum procedere abſq; libelli oblatione, vel alio proceſſu ad petitionē querelantis. Et ſi dicti cuſtodes vel alter ipſoꝝ in denuntiationibus fiendis per eos cōmitterent dolū

vel

vel fraudẽ denuntiando aliq̃ȝ non delinquẽtẽ pena.x.lib.deñ pro quolibet ꝯfaciente ⁊ qua/libet vice incurrant. Habeant ẽt dicti cuſtodes pro eoꝝ ſalario.xij.deñ.pro quolibet eorũ, ⁊ a quolibet fumante ſue bailie. Et ſi dãnuȝ daret in aliqua poſſeſſione ſita in aliqua bailia ſeu villa vbi nõ eſſet baiulus cogant̃ proximiores vicini illius poſſeſſionis vbi dãnũ dabitur ha-bitantes in tali bailia ad denuntiandũ dãnum dantes: ⁊ ad emendationem dãni ſimili mõ te-neantur predicti cuſtodes ad cuſtodiendũ dictas poſſeſſiones dicte ſue bailie. Et ſi aliquis ex dcis cuſtodibus daret aliq̃d dãnum condẽnet̃ in dupla pena. Et ſi predicti hoĩes bailiaꝝ nõ habentiũ baiulũ nõ fecerint dictos cuſtodes.ĩ.dcm̃ terminũ ꝯdẽnent̃ pro quolibet ipſoruȝ in centũ ſol.deñ. Et Nota.dñorũ Priorum teneat̃ ⁊ debeat predictos cuſtodes electos facere iurare de eoꝝ officio bñ ⁊ diligenter ⁊ legaliter exercendo. Et Notarius Camere teneat̃ ⁊ debeat ad penã.xxv.lib.deñ.de ſuo ſalario de quo dẽat p eius Sindicũ ſindicari quolibet die Dñico de mane vſq̃ȝ ad horã none ſtare in palatio nouo cõis Aſiſij ad ſcribendũ oĩa noĩa dã-num dantium aſſignañ.per ipſos cuſtodes: ⁊ beſtias dãnuȝ dantes in poſſeſſionibus alienis: ⁊ ipſa noĩa dãnum dantiuȝ: ſubito ſcribere ⁊ ponere in quodã quaterno cartarũ bambicina-rum ⁊ ea die vel ſequẽti ad penã.x.lib. deñ.⁊ ipſa noĩa ali ui ciui vel cõmitatẽſi nõ pandere. Sed ipſa noĩa dãnum dantium ⁊ beſtias denũtiatas dare ⁊ conſignare dicto Notario. Et predictus Nota.cui dati ⁊ aſſignati fuerint predicti dãnum dantes teneat̃ ⁊ debeat ipſos cõ-dẽnare per ſniam ſũmatim.ĩ.xv.dies ad penaȝ.xxv.lib.deñ.ꝓ qualibet vice qua fuerit ꝯfactũ per eos vel aliquem ipſoꝝ: quorũ cuſtodum officium duret a Kalendis menſis Martij vſq̃ȝ ad Kalendas menſis Januarij cuiuſlibet anni.

¶ Q̃ Notarij Camere teneant̃ conſignare noĩa ⁊ pronomina dictorum cuſtodum nota.dãnorum datorum. Rub. 32.

ITem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q̃ Notarius Camere cõis Aſiſij teneatur ⁊ debeat ad penã.x.lib.deñ.dare ⁊ conſignare noĩa ⁊ ꝓnoĩa dictoꝝ cuſtodũ Notario dãnorum datoꝝ/non cõparentiũ dicto die Dñico in termino.ſ.dicto: qui notare te-neat̃ ⁊ debeat a dictis cuſtodibus nõ cõparentibus auferre de facto noĩe pene.x.ſol.deñ.pro quolibet ꝯfaciẽte ⁊ qualibet vice. Soluẽdo Maſſario cõis Aſiſij pro ipſo cõi recipienti: de quibus Maſſarius dicti cõis faciat: per ſe vnũ librũ. Et Notarius Camere predictus pro ſuo labore queȝ ſubſtinerit occaſione predicta hẽat ⁊ habere dẽat de oĩ eo q̃d venerit in cõi de aſſignationibus fiendis per dictos cuſtodes.vj.deñ.pro qualibet libra pecunie ſine aliqua appodiſſa eidẽ ſoluẽda p Maſſariũ cõis de pecunia que exiget̃ de denũtiatiõibus.ſ.dictis.

¶ Q̃ bailie cõmitatus Aſiſij remaneant ⁊ ſint cõfinate vt in capitulo cõ-tinet̃: ⁊ quelibet bailia teneatur facere baiulum. Rub. 33.

STatuerunt ⁊ ordinauerunt. Q̃ bailie cõmitatus Aſiſij prout ꝯfinate ſunt ĩ.in ſtat. Jta remaneãt ꝯfinate ⁊ firme atq̃ȝ diſtincte. Et que-libet bailia debeat facere ſuũ baiuliũ ⁊ Sindicũ quibuſlibet ſex menſibus.ĩ.x.dies in aduentu dñoꝝ: vcȝ cuiuſlibet Poteſtatis vel Capitanei ſub pena ⁊ ad penã.xx.lib.deñ.pro quolibet fumante. Cuius banni.iiij.pars ſit Official.cõdẽnantis, ⁊ tres ſint cõis. Et Ptãs ⁊ Capita-neus teneat̃ predicta facere obſeruari ſub pena.c lib.deñ.pro quolibet. Et q̄ oẽs allibrati in dictis villis pro cõmitat.debeant ꝯtribuere cum villa in qua allibrati ſunt in oĩbus factioni-bus non obſtan. q̄ ibi nõ habitarẽt. Exceptis in dãnis datis cuſtodie, ⁊ officio baiulatus in quibus teneant̃ ſolũmodo ꝯtribuere in villa in qua habitant, nõ obſtan. q̄ ibi non ſint alli-brati. Nullus tñ allibratus pro Ciuitate poſſit eligi in baiulum vel Sindicum.

¶ De Sindicis eligendis in caſtris vel villis. Rub. 34.

Jtem Statuerunt ⁊ ordinauerunt. Q̃ oẽs baiuli cõmitatus Aſiſij debeant ⁊ teneant̃ ſingulis ſex menſibus.ĩ.x.dies cuiuſlibet dñoꝝ Ptãtis ⁊ Capi. Ciuitatis Aſiſij creare bonũ Sindicũ pro dicta bailia.x.lib.deñ.auferẽ.per dictos dños Poteſtatẽ ⁊ Ca-pitaneũ. Cuius pene quarta pars ſit officialis ꝯdẽnantis: ⁊ alie ſint cõis. Et q̄ ſi ꝯtigerit ali-quam bailiã ẽt in cõmitatu Aſiſij in qua nõ eſſent quatuor familie habitantes vel nõ habitã-tes de dicta bailia ⁊ de cõmitatu/ q̄ tunc dicta bailia debeat vniri ⁊ intelligatur ex nũc vni-ta eſſe cũ proximiori bailia ſibi ꝯtigua magis/ prout hoĩbus dicte bailie nõ hñtis hoĩes ſuffi-cientes ad creandũ Sindicũ placuerit faciendũ, dum tñ nulla bailia poſſit ſe vniri cũ aliquo caſtro. Et q̄ Poteſtas vel Capita.vel eoꝝ Judices teneant̃ mittere pro hoĩbus ville que nõ hẽret hoĩes ſufficientes ad faciendũ Sindicum, ⁊ nõ eſſet vnita, ⁊ faciat ipſos hoĩes de-

clarare cui bailie ſibi propinqꝫ volunt eſſe vniti. Et ꝙ dicta declaratio ſcribat̃ ꝑ cancellariũ cõis Aſiſij. Et ꝙ dicta bailia vnita teneat̃ ⁊ debeat ꝯtribuere ad oẽs ⁊ ſingulas factiones: ⁊ honera realia ⁊ pſonalia ⁊ dãna data ad que tenent̃ ⁊ qbus tenet̃ dicta bailia cui eſt vnita ad dictam penã. Et ꝙ oẽs ⁊ ſingule bailie cõmitatus Aſiſij que ſint ꝓpinque Ciuitati Aſiſij intelligant̃ eſſe ⁊ veniant vſqꝫ ad foſſos. Et ꝙ quicũqꝫ cõmitatẽſis fecerit ſe poni ⁊ habitauerit in alia bailia q̃ꝫ in ea in qua primo habitabat/ꝙ dictus talis teneat̃ ⁊ debeat ad penam xxv. lib. deñ. ſe reponi facere in dicta bailia in qua prio erat ſcriptus, ⁊ i ipſa teneat̃, in boneribus ⁊ factiõibus realibus ⁊ pſonalibus aliquo ſtatuto vel ordinamẽto nõ obſtã: qđ in ꝯtriũ loqueret̃. Et ꝙ hoibus coſte trechaſi ſit licitũ retinere capras in dicta bailia ſine pena.

¶ Confines bailie vallis fabrice. Rub. 35.

Confines Bailie vallis fabrice ſunt hij: incipit dicta bailia iuxta flumẽ claſij, ⁊ exit de flumine claſij, ⁊ vadit per foſſatũ domus ſtacciarum vſqꝫ ad pedẽ campi ciaruelli Johãnoli ſeu amatucie prope foſſatũ plantanelli. Et exit p cõfines cãpi Pauli marconi. Et ipſe cãpus ſit in ipſa bailia, ⁊ exit recte prout trahit ad viaꝫ: que eſt ad pedẽ campi ciucij brunarij, ⁊ exit de dicta via, ⁊ trahit rectẽ vſqꝫ ad viã que vadit ad molendina filiorũ Gilioli dñe Angele: ⁊ per ipſam vſqꝫ ad cãpum nerij pucciatti. Et exit ad foſſatũ tenghe: qđ eſt in pede dicti cãpi. Jta ꝙ dictum cãpum ſit in dicta bailia. Et vadit per dcm̃ foſſatum vſqꝫ ad riuũ maiorẽ. Et exit de dicto riuo ⁊ vadit ad strataꝫ ex parte ortꝰ ſolis domus Januarij: ⁊ naldi berardi/ita ꝙ dicta domus ⁊ terra vbi eſt dicta domus ſit in dicta bailia. Et vadit per dictã ſtratã vſqꝫ ad domũ hrdum Lucij mardi. Et vadit p viã qua itur ad S. Donatũ/⁊ vadit per viam vſqꝫ ad tribiũ plani maragonis ⁊ a dicto tribio vadit ad collem vallis: ⁊ a dicto colle/ad collẽ Zacharioꝝ, ⁊ a dicto loco exit ad ſaſſuꝫ collis qđ eſt in campo Vagnutij accomandoli. Et exit recte ad ſaxa forſe paſchucij: ⁊ exit ad ſaxa ciantinelle: ⁊ exit ad caſalenũ pigiani: ⁊ exit ad caſalenũ eccleſie S. Bñdicti, ⁊ exit ad colle heremitoꝝ iuxta vineam Gilij munalducij. Jta ꝙ dicta vinea remaneat in bailia podij prioris, ⁊ exit ad ponticelluꝫ foſſati qui eſt iuxta domũ Gilij munalducij in ſtrata verſus ghiomiſiũ, ⁊ vadit per foſſatum flumen claſij, ⁊ per ipſum flumẽ vſqꝫ ad foſſatum domus ſtacciarioꝝ.

¶ Confines bailie podij prioris. Rub. 36.

Confines Bailie podij Prioris ſunt hij. Jncipit dicta bailia a tribio S. Donati: ⁊ exit ad collem valleſie: ⁊ a dicto colle recte ad ſaxum collis qđ eſt in cãpo Vagnucij accomãdoli. Et a dicto ſaxo recte ad ferſam paſcucij: ⁊ a dicta ferſa ad ſaxa ciantinelle. Et a dictis ſaxis recte ad caſalenũ pingiani. Et a dcõ caſaleno recte ad caſalenũ vbi fuit eccleſia S. Benedicti: ⁊ a dicto caſaleno recte ad collẽ heremitoꝝ: Jta ꝙ vinea Gilij munalducij ſit in dicta bailia podij que vinea eſt in dicto colle: ⁊ exit recte ad ponticellũ foſſati qđ eſt in ſtrata prope domũ dicti Gilij munalducij verſus caſtrũ ghiomiſi. Et a dicto ponticello vadit per dcm̃ foſſatum vſqꝫ ad flumẽ claſij. Et per dictũ flumẽ vſqꝫ ad pontem riuiſadij. Et a dicto ponte per dictũ riuũ vſqꝫ ad foſſatũ de Caſtiglione. Et a dicto foſſato vſqꝫ ad cacumina Caſtiglionis. Et exijt ad S. Joãnem de porcellis per viã: ⁊ exit ad cerrum Rainaldi. Et a dicto cerro vſqꝫ ad foſſatũ carfanie: ⁊ per ipſuꝫ foſſatũ intrat in riuo bagno. Et per dictum riuum vſqꝫ ad molendinum guercij iuxta foſſatum Zuccarioruꝫ, ⁊ vadit per viam qua itur at foſſatum ferſe recte ad tribium S. donati.

¶ Confines bailie podij morici. Rub. 37.

Confines Bailie podij morici. Jncipit dicta bailia in collẽ cerri per foſſatum domus Andriole ⁊ per dcm̃ foſſatũ exit in foſſatũ canfane. Et per ipm̃ foſſatum vſqꝫ ad riuũ longum. Et exit per dcm̃ riuũ vſqꝫ ad molendinũ guerceri qđ eſt iuxta foſſatũ Zuccarioꝝ: ⁊ intrat in viam qua itur ad foſſatũ ferſe: ⁊ per dcm̃ foſſatuꝫ ferſe exit ad tribiũ S. Donati, ⁊ a dicto tribio S. Donati recte per ſtratã qua itur nuceriuꝫ per ſerram Gualdi ⁊ ꝓtenditur recte per dictã ſtratam vſqꝫ ad ſaxũ blanchũ. Et a dicto ſaxo per dictã ſtratã qua itum ad pedẽ collis rotundi ⁊ itur ad S. Martinum: ⁊ exit ad montem roſſij: ⁊ exit ad ferram de babis, ⁊ exit ad cerrum filiorum Rainaldi cum oĩbus iuribus ⁊ pertinentijs que cõe Aſiſij habet vſqꝫ ad territorium Peruſij.

¶ Confines bailie S. Nicolai de campo longho. Rub. 38.

Confines Bailie S. Nicolai de cãpo lõgo ſunt hij. Jncipit dicta bailia ab angulo domus hrdũ Lucij marci ex parte ſolis ortus. Et vadit

per

per viam qua itur ad S. Nicolaũ vſq; ad capum Joli maxij: & olim maſſei pacis, & exit ad foſſatũ qđ eſt in pede domus Maymonis ex parte ſolis occaſuſ: & aſcendit per dcm̃ foſſatũ vſq; ad viã qua itur ad S. Nicolaũ de campo longo. Et per dictã viam vſq; ad foſſatũ ſiche: & per dictũ foſſatũ vſq; ad ſaxa boghiole vſq; ad foſſatum Petruccioli dñi Joánis: & exit p dictum foſſatũ recte ad fontẽ plebis S. Joánis: & a dicto fonte recte ad foſſatũ qđ eſt ſubtus ſtratã qua itur ad valfabricã. Et per dictũ foſſatum vſq; ad riuũ maiorem: & per dictuz riuum vſq; ad poſſeſſionẽ Januarij & nardi berardi: & exit a dicto riuo ad dictam strataz qua itur ad valfabricam per dictam ſtratã vſq; ad domum heredum Lucij marchi.

¶ Confines bailie paghanzani. Rub. 39.

Confines Bailie paganzani ſunt hij. Incipit dicta bailia a fonte plebis S. Joánis: & exit ad foſſatũ qđ eſt ſubtus ſtratã qua itur ad caſtruz vallis fabrice in pede collis fontanelle & vadit per dictũ foſſatũ .i. vſq; ad riuũ maiorẽ. Et p dictum riuũ vſq; ad foſſatũ qđ eſt in pede cãpi longhi moñ. S. Nicolai: & vadit per dictum foſſatum vſq; ad pedẽ ſilue contſ. & exit de dicto foſſato vſq; ad viã planam qua itur ad montem galionũ. Et vadit per dictã viam verſus dictã bailiam vſq; ad foſſatũ macerine, & p dictũ foſſatum vſq; ad foſſatũ S. Angeli: & per dcm̃ foſſatũ vſq; ad trebiuz domus Lelli Joãnoli de brinatis: que eſt iuxta ſtratã qua itur valfabricã: & vadit per dictam ſtratã verſus Aſiſium vſq; ad ponticellũ qui eſt in dicta ſtrata ad pedẽ vinee magiſtri Nicole peronis que eſt ſup foſſato, & per dictum foſſatũ recte ad foſſatũ folcarij, & per dictũ foſſatum vſq; ad traforatam paganzani, & a dicta traforata protendit̃ recte per viã qua itur ad fontẽ caſtellane: & a dicto fonte vſq; ad ſũmitatem montis Joánis ampe. Et per ipſam ſũmitatẽ exit ad caſtrũ maldetſ.' & exit ad collem vallis & exit per ſũmitatem collis bonaci. Et a dictis collibus recte ad viam qua itur ad domũ malmainos a paganzano: & per ipſam vſq; Aſiſiũ: vſq; ad foſſatum magnũ: & per ipm̃ foſſatum vſq; ad ſaxa begnole, & a dictis ſaxis per foſſatum vſq; ad poſſeſſionẽ petruccioli dñi Joánis, & per ipſam poſſeſſionẽ recte ad fontẽ plebis S. Joãnis ita q; poſſeſſiones dicti Petruccioli ſint in dicta bailia.

¶ Confines bailie gualdi caſe malmonis. Rub. 40.

Confines Bailie gualdi caſe malmonis ſunt hij. Incipit dicta bailia a trebio S. Donati: & a dicto trebio recte per viã quã itur Nuceriuz per ſerrã gualdi vſq; ad foſſatũ qđ vadit ad domũ cictonoꝝ. Et vadit per dictũ foſſatum ad riuũ qui venit aſcondolamis in pede collis porciani ex parte ſolis occaſus. Et vadit p dictũ foſſatum vſq; ad ballucium boncialdi: & exit recte in capite plani ymole, & exit ad foſſatum qđ eſt ad pedem ſilue Andrioli ioãnoli, & vadit per dictũ foſſatũ vſq; ad foſſatũ collis Vicarij ex parte ſolis occaſus per dictũ foſſatum vſq; ad ſũmitatem montis iuxta caſtrum maledictũ. Et vadit per dictã ſũmitatem collis bonaci, & a dicto colle vſq; ad viam qua itur ad domũ malmonis, & venit a paganzano: & vadit per dictam viã vſq; ad foſſatum magnũ. Et per ipſum foſſatum vſq; ad foſſatũ ſalze, & per ipm̃ foſſatuz vſq; ad viã que eſt ad pedez S. Nicolai prope foſſatũ ſalze, & itur ad domuz malmonis, & per ipſam viã vſq; ad foſſatuz qđ eſt ad pedẽ domus malmonis: & per ipſam viã ex pte ſolis occaſus, & p foſſatuz qđ eſt iuxta dictam viam vſq; ad riuum magnum: & per ipſum riuuz vſq; ad foſſatuz qđ eſt iuxta domũ Gualterij, & per dictum foſſatum vſq; ad viam que eſt in capite campi Joli maxij & olim Maſſei pacis: & per dictam viam vſq; ad tribium S. Donati.

¶ Confines bailie porciani. Rub. 41.

Confines Bailie porciani ſunt hij. Incipit dicta bailia in ſtrata qua itur Nuceriũ ad caput foſſati qđ venit a domo actenoꝝ iuxta poſſeſſionem maſſioli petri: & protendit̃ per dcm̃ foſſatũ vſq; ad moglias mangiani: & a dictis moglíſ per foſſatum qđ exit ad gengbã rotundã in pede poſſeſſionis pucij gilioli: & a dicta poſſeſſione p dcm̃ foſſatũ exit ad viã qua itur a porciano Aſiſiũ: & p foſſatuz qđ eſt ſubtus dictã viaz vadit vſq; ad ſiluã andrioli ioãnoli: & aſcẽdit i capite plani imole, & vadit recte ad balrictũ bociardi: & vadit p foſſatũ vſq; ad viã qua itur nuceriuz iuxta poſſeſſionem Maſſioli petri.

¶ Confines bailie montis mori. Rub. 42.

Confines Bailie montis mori ſunt hij. Incipit dicta bailia a foſſato prianciani iuxta poſſeſſionẽ nuti de panciano ꝓpe foſſatũ qđ exit recte ad triuiuz vallis trabis, & vadit recte p viã qua itur ad eccleſiã S. Preſti: & p ipſaz viã vſq; ad foſſa-

160v

tum qđ vadit ad domū filioꝝ maſſioli: ⁊ per dcm̄ foſſatū vſqȝ ad mogliá mangiani, ⁊ a dicta moglia recte per foſſatū ꝙ aſcendit ad genghá locundá: ⁊ aſcendit a dicta gengha p̱ foſſatū vſqȝ ad viá qua itur a principio verſus Aſiſiū. Et deſcendit per dcm̄ foſſatū vſqȝ ad foſſatum collis vaccharij qđ ex parte ſolis occaſus: ⁊ deſcendit p̱ dictū foſſatuȝ vſqȝ ad ſūmitaté caſtri maledicti: ⁊ vadit per dictá ſūmitaté vſqȝ ad ſūmitaté montis S. Joánis ape: ⁊ a dicto mōte recte p̱ ciminá collis gengbe vſqȝ ad ſūmitateȝ collis troie. Et per dictá ſūmitaté vſqȝ ad collicellum Guidi adamoli/ſeu vocabulū S. Marie: ⁊ deſcendit recte per ſegham ſaxoruȝ in pede cápi Lucij magiſtri Ugolini vſqȝ ad foſſatū qđ eſt in pede dicti cápi: ⁊ iuxta rem cicciboli Joágnoli abandonati: ⁊ per ipm̄ foſſatū vſqȝ ad foſſatum ſaxorum/⁊ aſcendit per dictum foſſatum vſqȝ ad foſſatum pácianni iuxta poſſeſſionem nuti de panciano.

¶ Confines bailie podij Sancti Damiani. Rub. 43.

Confines Bailie podij S. Damiani ſunt hij. Incipit dicta bailia a pede foſſati maltépi qđ eſt iuxta ſtratam qua itur nuceriū ⁊ vadit p̱ dcm̄ foſſatū maltépi vſqȝ ad foſſatū domus anſouini: ⁊ per dictuȝ foſſatū vſqȝ ad colcellū Guidi adamoli. Seu vocabulo S. Marie: ⁊ a dicto loco recte per ſegam ſaxorū in pede cápi lucij magiſtri Ugolini vſqȝ ad foſſatellum qđ eſt ad pedé dicti campi ét iuxtam rem ciccioli Joánoli abandonati: ⁊ per ipſuȝ foſſatum ſaxorum per dictum foſſatum vſqȝ ad flumen texij: ⁊ per ipſum flumen vſqȝ ad pedem foſſati maltempi.

¶ Confines bailie brictignani. Rub. 44.

Confines Bailie brictignani ſunt hij. Incipit dicta bailia a triuio traforate paganzani ⁊ vadit recte p̱ viam qua itur ad fonteȝ caſtellane: ⁊ a dicto fonte vſqȝ ad ſūmitaté montis Joánis ampe: ⁊ deſcendit de dicto monte recte p̱ ſūmitaté gēgbe Sancti Siluestri vſqȝ ad foſſatuȝ qđ vadit ad domū Anſouini, ⁊ p̱ ipſum foſſatū recte ad foſſato maltempi. Et p̱ ipſum foſſatum recte ad texiū in pede rocbe dñi Andree que vocat rocba texij vſqȝ ad foſſatum Sancte Marie. Et p̱ ipſum foſſatū recte vſqȝ ad pedé foſſati viuani vegnoli/ita ꝙ dicta poſſeſſio tota ſit in bailia brictignani, ⁊ vadit p̱ viaȝ qua itur ad pedem poſſeſſionis ſiue cápi accorſucij victorucij pro vxore reȝ a capite cápi Marioli petrioli vniani: ⁊ exit ad pedem vie manciaralli vagnoli recte ad foſſatuȝ de porcellis: in pede poſſeſſionis Siluestri ture. Et per ipm̄ foſſatum aſcendit vſqȝ ad viam qua itur ad villá moſciolis ⁊ ad villam brictignani, ⁊ intrat foſſatellū quod vadit a capite ſilue eccleſie Sancti Roſini: ⁊ exit ad caſtellare ſerralte: ⁊ ad monté Joánis ampe. Et ꝙ domus viuáni vagnoli ſit in bailia predicta ſicut terminata eſt.

¶ Confines bailie cerque palmate. Rub. 45.

Confines Bailie cerque palmate ſunt hij. Incipit dicta bailia in foſſato iuxta ponté ſaxoꝝ qui eſt in ſtrata qua itur a Ciuitate Aſiſij nucerium. Et vadit per dcm̄ foſſatū ſaxoꝝ, vſqȝ ad foſſatū quod eſt in pede poſſeſſionis nuti de panciano: ⁊ aſcendit per foſſatū vſqȝ ad ſtratá vallis trauis, ⁊ protendit per dictá ſtrataȝ qua itur ad S. Preſtum vſqȝ ad foſſatum qđ vadit ad domū filioꝝ marioli: ⁊ per dictū foſſatū vſqȝ ad foſſatum montecbie: ⁊ deſcendit per dcm̄ foſſatum vſqȝ ad flumen texij quod eſt iuxta Sanctuȝ Blaſium ⁊ per ipm̄ texium vſqȝ ad foſſatum ſaxorum: ⁊ vadit ad pontem qui eſt ſuper ſtrata qua itur ad Ciuitatem Nucerij ſuper dicto foſſato.

¶ Confines bailie Biuignani. Rub. 46.

Confines Bailie Biuignani ſunt hij. Incipit dicta bailia aperta ſcripta recte ad foſſatum cancellarū ⁊ ꝓtendit per dcm̄ foſſatū vſqȝ ad moglias mogiani, ⁊ a dicto loco recte per dcm̄ foſſatum metule: ⁊ per ipſum foſſatū vſqȝ ad pontem S. Blaſij: ⁊ vadit in texium ⁊ per texiū ad S. Joánem paraſacco biſciolani: ⁊ per ipm̄ foſſatum vſqȝ ad vallé militum, ⁊ vadit per foſſatellū quod vadit recte ad viaȝ qua itur p̱ tanaȝ: ⁊ vadit per viam qua itur ad monté ſubaſiū: ⁊ a dicto loco recte ad pratá ſcriptam/cū oibus pertinentijs ⁊ iuriſditionibus quas cōe Aſiſij habet verſus illam partem.

¶ Confines bailie Satriani. Rub. 47.

Confines Bailie Satriani ſunt hij. Incipit dicta bailia a triuio qđ eſt in ſtrata qua itur per taná ad monté ſubaſium in vocabulo de planis ⁊ deſcendit in foſſatum qđ vadit ad vallé militum recte ad foſſatū biſciolani: ⁊ vadit in texium S. Joánis de paraſacho, ⁊ per ipm̄ flumen vſqȝ ad pōté qui eſt ſup̱ dicto texio iuxta ſtratá qua itur

itur ad Ciuitatē Aſiſij a Ciuitate Nucerij iuxta ſpedalectum: ⁊ vadit per texiū ſperoni vſqꝫ ad foſſatū domus baractorū qđ eſt ex parte ſolis occaſus: ⁊ deſcēdit per dcm̄ foſſatū vſqꝫ ad triuium ponte luporū: ⁊ deſcendit in foſſatum Gualdarini: ⁊ deſcendit per dictum foſſatum vſqꝫ ad collem luparini: ⁊ vadit ad collem de turricellis. Et exit ad collem gazole: ⁊ exit ad collem dochioſum, ⁊ exit ad triuium de planis.

¶ Confines bailie armenzani. Rub. 48.

Confines Bailie armenzani ſunt hij. Incipit dcā bailia a triuio pontelupor: ⁊ deſcendit in foſſatū Gualterij, ⁊ per dictū foſſatū in pede collis ſtufoni, ⁊ de dicto foſſato deſcendit recte ad pedē ſilue filiorū magbi: ⁊ vadit ad Annā cum oībus pertinentijs quas cōe Aſiſij hꝫ ex dicto latere quo ſint in dicta bailia: ⁊ vadit ad foſſatum nucerij: ⁊ per dictū foſſatum vſqꝫ ad terminos cōis īmiſſos in monte ſubaſio: ⁊ exit ad foſſatum exbiſtiationū: ⁊ deſcendit per dcm̄ foſſatū vſqꝫ ad flumen texij ſporoni: ⁊ aſcendit ꝑ foſſatum qđ venit a domo baractorū: qđ eſt ex parte ſolis occaſus. Et per dictuꝫ foſſatū vſqꝫ ad triuium pontis luporum.

¶ Confines bailie moſciolis. Rub. 49.

Confines Bailie moſciolis ſunt hij. Incipit dicta bailia iuxta portā per laxij nouā: ⁊ vadit recte per ſtratā qua itur nuceriū vſqꝫ ad flumen texij iuxta foſſatum S. Marie qđ eſt ex parte ſolis occaſus ⁊ deſcendit ꝑ dcm̄ foſſatū a pede poſſeſſionis viuani vagnoli. Ita ꝙ poſſeſſio dicti viuani ſit in bailia brictignani. Et per viaꝫ que eſt in pede poſſeſſionis accorſucij victorucij pro vxore a capite poſſeſſiōis maſcioli petrucciolli viuani: ⁊ exit in pede vie manciarellus vagnoli recte ad foſſatū de porticellis in pede poſſeſſionis ſiluestrelli ture Jacobucij: ⁊ per foſſatū vſqꝫ ad ſtratā qua itur ad villam moſciolis ad villā brictignani. Et intrat viā que eſt in vocabulo Carthecbette: ⁊ vadit ad villā pretate a capite poſſeſſionis puciarelli ioli: ⁊ vadit per dictā viam vſqꝫ ad foſſatū qđ eſt iuxta poſſeſſionez heredū lelli bartoli rigoli: que poſſeſſio eſt ex parte ſolis occaſus: ita ꝙ dicta poſſeſſio remaneat in dicta bailia pretate: ⁊ exit ad fontē orſinorū ⁊ vadit recte per viaꝫ verſus ſolis occaſum/ vſqꝫ ad triuium vie eccleſie S. Marie de caynizzis que eſt prope poſſeſſionē lippi Angeli ⁊ hēdum maſcioli angelucij, ⁊ vadit recte ꝑ viam que eſt a pede vinee vannis pucij tomaſſelli: ⁊ per ipſam vſqꝫ ad foſſatum pertinechi: ⁊ per ipm̄ foſſatum ad ripā S. Lucie: ⁊ exit ad foſſatum maltempi ⁊ vadit per viā que eſt prope domum filiorum Maſſei vigilantis: ⁊ vadit ad triuiū S. Angeli de auicto: ⁊ intrat ſtratam qua itur Aſiſiuꝫ ⁊ per ipſaꝫ viaꝫ vſqꝫ ad portam boccacij.

¶ Confines bailie pretate. Rub. 50.

Confines Bailie pretate ſūt hij. Incipit dcā bailia a traforata paganzani: ⁊ exit ad foſſatū folcani: ⁊ exit ad foſſatellū qđ vadit ad ponticelluꝫ qui eſt ad pedē vinee magiſtri Nichole perenis in ſtrata qua itur a caſtro vallij fabrice ad Ciuitatem Aſiſij: ⁊ per ipſaꝫ ſtratā vſqꝫ ad poſſeſſionē S. Angeli de Oliueto, ⁊ exit ad triuium S. Angeli ⁊ vadit per viam vſqꝫ ad foſſatū maltēpi: ⁊ vadit per ripā S. Lucie: ⁊ exit ad foſſatum pertinechi, ⁊ vadit per viā que eſt in pede vinee vānis pucij thomaſſucij: ⁊ exit ad triuium poſſeſſionis eccleſie S. Marie de chamazzis: ⁊ vadit per viā vſqꝫ ad fontem orſinorū verſus ſolis ortum: ⁊ vadit per foſſatellum vſqꝫ ad viā qua itur pretataꝫ a capite poſſeſſionis heredū lelli bertoli rigoli: ⁊ vadit ꝑ viā ad poſſeſſionez pucciarelli ioli: ⁊ vadit ad viā qua itur a villa moſciollis ad villā brictignani que eſt in vocabulo Cartechette: ⁊ intrat foſſatellū qđ eſt in capite eccleſie Sancti Rofini: ⁊ exit ad caſtellare ſerralte: ⁊ exit ad monteꝫ Joannis ampe: ⁊ a dicto monte ad traforatam paganzani recte.

¶ Confines bailie collis puni. Rub. 51.

Confines Bailie collis puni inferius deſcribunt. Incipit dcā bailia a molēdino qđ eſt in foſſato maltēpi: ⁊ aſcendit per foſſatū ripe roduarie, ⁊ exit ad ſiluam bagnoleſ. ⁊ exit ad fontanellas: ⁊ vadit per ſūmitatem montis ad viam tribianam: ⁊ per ipſam viam ad moglias malberti: ⁊ vadit per foſſatum Sancti Angeli vſqꝫ ad molendinum quod eſt in foſſato maltempi.

¶ Confines bailie more, ⁊ bagnarie. Rub. 52.

Confines Bailie more ⁊ bagnarie ſunt hij. Incipit dicta bailia a molendino qđ eſt in foſſato maltempi ad pedem poſſeſſiones Lelli gerrone ⁊

aſcendit per foſſatū ripe roduarie;⁊ exit ad ſiluā bagnoleꝭ.⁊ vadit ad ſūmitatē montis S. Seuerini ⁊ per dictā ſūmitatē vſqʒ ad foſſatū qđ dr̄ rigus riſcholoſo:⁊ exit ad foſſatum carpineti:⁊ per dictū foſſatū vſqʒ ad ſūmitatē dicti foſſati:⁊ vadit recte ad tribium ſtreppeti:⁊ vadit per viā qua itur ad riuū agnani,⁊ vadit per viam qua itur ad domū Lelli dn̄e Clare:⁊ intrat foſſatum qđ eſt ſup eccleſia S.Margarite:⁊ aſcenditur per dictū foſſatum quod eſt in foſſato maltempi.

¶ Confines bailie agnani. Rub. 53.

Confines Bailie agnani ſunt hÿ.Incipit dicta bailia a triuio S.Margarite:⁊ aſcendit per viā qua itur ad domū filioꝝ pecci:⁊ per dictā viaʒ vadit ad ſtratam qua itur a Ciuitate Aſiſÿ ad pontē de petregnano,⁊ intrat viam ſiue ſemitaʒ biuigli ſubtus dictā ſtratam ⁊ protendit ad vlmos marini:⁊ intrat riuū agnani ꝓpe domuʒ filioꝛū guarzaronis:⁊ intrat flumen claſÿ:⁊ vadit ad viā colūnatā:⁊ per ipſam vineaʒ recte ad vineas plebis S.Techie:⁊ intrat foſſatum riſcoloꝭ.vſqʒ ad foſſatum carpineti vſqʒ ad ſūmitatem dicti foſſati,⁊ vadit recte ad tribium ſtirpitini,⁊ vadit per viam qua itur ad riuū agnani vſqʒ ad triuium Sancte Margarite.

¶ Confines bailie biuigli ⁊ vici. Rub. 54.

Confines Bailie biuigli ⁊ vici que ſūt vnite ⁊ vnū baiulū facere teneant̄ inſr̄ ſunt hÿ.Incipit dicta bailia a triuio Scē Margarite:⁊ aſcēdit ad viam qua itur ad vineā Pauli toꝛti ſiue nuti tintoꝛis:⁊ exit ad ſiluā filioꝛū Guiſchardi:⁊ deſcendit ꝑ viā qua itur a Ciuitate Aſiſÿ ad pōtem petrognani,⁊ intrat ſemitaʒ biuigli:⁊ exit ad vlmos de materianis,⁊ exit ad riuū agnani iuxta domū filiorum guazaroni:⁊ intrat flumen claſÿ vſqʒ ad riuū vici,⁊ aſcendit per dictū riuū qui vadit iuxta domū magiſtri nichole Bartholomei:⁊ intrat viam qua itur ad fontē vaiani vſqʒ ad dictū fontē qui eſt iuxta caram quondam angelucÿ tacone:⁊ vadit ꝑ viam qua itur verſus palatium filioꝝ Franciſci Angeli vſqʒ ad poſſeſſionē ciccholi thabarie,⁊ vadit ꝑ viam que vadit a latere dicte poſſeſſionis,⁊ vadit per viā vſqʒ ad foſſatū qđ eſt ad pedē poſſeſſionis monaſterÿ S.Apolonaris ⁊ vannis lapi.Et exit ad peſchariam Mactioli rainaldi,⁊ vadit ad triuiū qđ eſt ad pedem clauſure Joli ſoldani:⁊ vadit per viam verſus ſigkam vſqʒ ad pꝛimū foſſatum:⁊ aſcendit ꝑ foſſatum vſqʒ in riuū blaſiani ſiue vici,⁊ vadit per riuum vſqʒ ad poſſeſſionē Nicolucÿ Joli de ꝑdo:⁊ intrat foſſatellū qđ exit a capite S.Margarite vſqʒ ad triuiū dicte eccleſie.

¶ Confines bailie fauellute, Rub. 55.

Confines Bailie fauellute ſunt hÿ.Incipit dicta bailia a flumine claſÿ ⁊ intrat lauachiū vſqʒ ad viam qua itur ad plebem ad domum de Mactulolis:⁊ per ipſam viā vſqʒ ad domū Martini bon fantis,⁊ per viā vſqʒ ad fontem macerine qui eſt in foſſato farneti ad pedē vinee mactioli dn̄i Pauli:⁊ ꝑ ipm̄ foſſatū vſqʒ ad flumē claſÿ a capite forme molēdini cōis;⁊ exit ad molendinū:⁊ vadit ꝑ roſtariā vſqʒ ad flumē claſij.

¶ Confines bailie montis viridis. Rub. 56.

Confines Bailie mōtis viridis ſunt hÿ.Incipit dicta bailia iuxta flumen claſii ad pedem riui de mogliſ:⁊ aſcēdit per dictum riuū:⁊ exit ad ferſam,⁊ exit ad ſerram marrochie:⁊ exit ad vlmum plani putei:⁊ exit ad plebem ſaluaticam:⁊ exit ad ſiluam farneti;⁊ exit ad fontem ranche,⁊ exit per viā de murtis ad foſꝭ.de bocciſ:⁊ exit ad flumen claſii.

¶ Confines bailie plebis Sancte techie. Rub. 57.

Confines Bailie plebiſ S.Techie ſunt hii.Incipit dicta bailia a flumine claſii a pede vici colūnate:⁊ per ipſam viā vſqʒ ad vineam plebis Sācte Techie:⁊ intrat foſſatum riſcholoſum vſqʒ ad fontem carpineti qui eſt a capite poſſeſſionis Zacharie pꝛo vxoꝛe:⁊ per ipſum foſſatellum exit per viam qua itur turritam:⁊ vadit ꝑ viam qua itur vſqʒ ad caput foſſati qđ intrat lauachium vſqʒ ad flumen claſii.

¶ Confines bailie podii buchaionis. Rub. 58.

Confines Bailie podii buchaionis ſunt hii.Incipit dicta bailia a triuio plebis:⁊ vadit ꝑ viā vſqʒ ad ſtratā qua itur a Ciuitate Aſiſii ad villā turrite a capite poſſeſſionis Zacharie,⁊ intrat foſſatū riſcholoſum:⁊ exit ad viam plaggie ſiue mazauache;⁊ per ipſam viā vſqʒ ad turrim que eſt iuxta domū Marci moꝛici:⁊ vadit per viam qua itur turritū vſqʒ ad triuium domus olim maſcioli oꝛadoꝛis:⁊ vadit ꝑ viā

vſqʒ

vſq3 ad fontē colloli/qui eſt in foſſato qđ intrat foſſatum farneti: ⁊ per ipſum foſſatum vſq3 ad fontem macerine ad pedem vinee Mactioli domini Jacobi: ⁊ vadit per viam ad domū Mactaldis vſq3 ad triuium plebis S. Techie.

¶ Confines bailie ranche vechie. Rub. 59.

Confines Bailie ranche vechie ſunt hij. Incipit dicta bailia a flumine claſii: a foſſati rigoli, ⁊ aſcendit per dcm̄ foſſatū vſq3 ad foſſatū balgaioli: ⁊ exit ad viā de murcis: ⁊ exit ad ſaxū nudum: ⁊ exit ad fontē ranchi, ⁊ exit ad foſſatū ſaxellis: ⁊ ad ſiluam Farneſi: ⁊ exit ad foſſatū bocchani per ipm̄ foſſatū ad domu3 Criſtiani pucij, ⁊ exit ad domū filioꝝ Maſſucij Angeli: ⁊ exit ad ſtratā qua itur Peruſiū: ⁊ exit ad gualche riam molendini Gonelli que eſt in flumine claſii: ⁊ ꝙ dicta bailia ranche vechie ſit vnita ex nunc. J. ſcripte bailie turris ranche: ⁊ ſit ⁊ eſſe cenſeatur vna bailia tantū ⁊ non due.

¶ Confines bailie turris ranche. Rub. 60.

Confines Bailie turris ranche ſunt hij. Incipit dcā bailia a flumine claſii iuxta foſſatum de boccis: ⁊ aſcendit per dictum foſſatum vſq3 ad viam de murcis, ⁊ exit ad fontem, ⁊ exit ad foſſatum de Borgignolis: ⁊ exit ad foſſatum riuoli: ⁊ exit ad flumen Claſii.

¶ Confines bailie montis galgani. Rub. 61.

Confines Bailie mōtis galgani ſunt hij. Incipit dicta bailia iuxta flumē claſij, ⁊ intrat poſſeſſionē dñ3 ſtaccioꝝ, ⁊ vadit per dcm̄ foſſatum vſq3 ad pedē campi cicchareli Jolei ſiue amatucie prope foſſatū planitomelli. ⁊ exit per cōfines Pauli Martini ita ꝙ cāpus predictus remaneat in bailia vallis fabrice, ⁊ exit ad viā que eſt in pede cāpi ciucij brunacij: ⁊ vadit p viam qua itur ad molēdinū Jolei dñe Angele vſq3 ad cāpum Nerij pucciapti: ⁊ exit ad foſſatum genghe in pede dicti campi, ⁊ exit ad riuū ma iorē: ⁊ vadit ad foſſatum qđ eſt ad pedem cāpi coltri monaſterij S. Nicolai: ⁊ exit in pede ſilue contis: ⁊ exit ad viā planam, ⁊ exit ad ſemitā de caſtagneto: ⁊ exit ad colle3 cōbattutū: ⁊ exit ad Crucem caſe vecchie, ⁊ vadit ad montem S. Seuerini: ⁊ exit ad rictu3 collis gua landrelli a capite foſſatū dñm Bucari: ⁊ exit ad locū fratris: ⁊ vadit p ſemitam qua itur ad carceres Angeli bruni, ⁊ vadit ad fontem nolfi: ⁊ vadit ad portam montiſgalgani; ⁊ exit ad foſſatum vallis lepori: ⁊ per foſſatum vſq3 ad flumen Claſij.

¶ Confines bailie ſterpeti ⁊ macerine. Rub. 62.

Confines Bailie ſterpeti, ⁊ macerine: que eſt vna ⁊ vnū baiulū facere teneat. Incipit dicta bailia iuxta flumen Claſij: ⁊ intrat foſſatū bigiani: ⁊ p dictū foſſatum ad ſemitā qua itur ad cāpum S. Nicolai, que incipit iuxta poſſeſſionē ioli ru bei: ⁊ vadit per dictā ſemitam vſq3 ad viā qua itur ad caſtru3 rochecciole turritam: ⁊ exit ad triuium collis: ⁊ vadit per viā collis vſq3 ad triuiū vie qua itur per villā noua3 foſſatū filio rum dñi Guidonis: ⁊ dñi Joānis dñi Andree, ⁊ vadit p viam vſq3 ad fontem celloli, ⁊ va dit per foſſatum franti, ⁊ intrat foſſatum flani: ⁊ per dictum foſſatum vſq3 ad flumen Cla ſii: ⁊ exit ad foſſatum blaſiani.

¶ Confines bailie rocchecciole. Rub. 63.

Confines Bailie Rocchecciole ſunt hii. Incipit dicta bailia iuxta flumē Cla ſii: ⁊ intrat foſſatū blaſiani, ⁊ aſcēdit predictū foſſatu3 vſq3 ad ſemi tam qua itur per cāpum S. Nicolai que ſemita incipit iuxta poſſeſſione3 Gioli rubei: ⁊ per ipſam ſemitam vſq3 ad viā qua itur vſq3 ad caſtrū rocchecciole ⁊ turritā: ⁊ per ipſa3 viā vſq3 ad caput vinee filioꝝ magiſtri Angeli, ⁊ aſcendit per foſſatū vſq3 ad ſaxum qđ eſt in capite poſſeſſionis cicchareli beni que eſt iuxta ſtratam qua itur ad villā turrite ad triuiū S. Pe tregnani: ⁊ per dictā ſtratā ad dictum triuiū: ⁊ vadit per viā que eſt ſubtus dictā eccleſiā re cte ad ſemitam qua itur a dicta eccleſia ad villā S. Gregorii vſq3 ad triuium prete aguze: ⁊ vadit per ſemitā qua itur ad flumen Claſii p foſſum filiorū Bernardi de caſalga, ⁊ re3 San cti Nicolai de cāpo longo: ⁊ exit ad triuiū vie plane: ⁊ exit per viam vſq3 ad palatium filio rum magiſtri Joānis bonamente: ⁊ exit ad flumen Claſii.

¶ Confines Sancti Gregorii. Rub. 64.

Confines Sancti Gregorii ſunt hii. Incipit dicta bailia iuxta flumen Claſii ad pedem vie qua itur ad palatium magiſtri Joānis bonamētis: ⁊ exit ad dictum palatium ⁊ vadit per viā vſq3 ad triuiū vie plane: ⁊ aſcendit per ſemita3 qua

162r

itur ad poſſeſſioné filioꝝ Bernardi de caſagla, ⁊ exit ad triuium pontſ. quatſ. ⁊ exit ad viaꝫ qua itur ſubtus eccleſiā S. Petrognani: ⁊ vadit per ſemitā montis vſqꝫ ad caput ſilue nacſ. peccij: ⁊ intrat foſſatū aque viue vſqꝫ ad cluſam cōis que eſt in flumine Claſij.

Confines bailie coltraticciarum. Rub. 65.

Confines Bailie coltraticciaꝝ ſunt hij. Incipit dicta bailia iuxta triuiū Sācte Petrognani, ⁊ exit p ſūmitatem mōtis recte ad ſūmitateꝫ collis S. Lucie: ⁊ exit ad grippū collis gualandrelli a capite foſſati domus bucari: ⁊ exit p foſſatum q ḋeſt ad pedem cappāne bizocche: ⁊ intrat foſſatū, ⁊ vadit ad locū terrarū: ⁊ vadit p ſemitam qua itur ad carceres Angeli bruni: ⁊ exit ad fonté nolfi: ⁊ exit ad fontem vallis lepori qui eſt in foſſato: ⁊ exit ad flumen Claſij: ⁊ per ipſum flumen vſqꝫ ad cluſam cōmunis: ⁊ intrat foſſum aque viue: ⁊ exit a capite ſilue nacij ⁊ peccij: ⁊ vadit per ſūmitatem montis vſqꝫ ad triuium Sancti Petrognani.

Confines bailie blaſiani. Rub. 66.

Confines Bailie blaſiani ſunt hij. Incipit dicta bailia a molendino qḋ eſt in foſſo maltēpi: ⁊ aſcendit per dictū foſſum vſqꝫ ad viā de paganellis: ⁊ exit ad ſtratā qua itur Eugubiū a Ciuitate Aſiſii: ⁊ per ipſaꝫ ſtratā vſqꝫ ad portā boccacij: ⁊ deſcendit in texium: ⁊ exit ad portā nouā filioꝝ criſſi: ⁊ vadit p ſtratā qua itur Peruſiū ad ponté S. Victorini ⁊ vadit p viam qua itur ad gruttaſ vſqꝫ ad viam qua itur ad blaxianum ſiue ſeglanū a capite poſſeſſionis cicboli tabarie: ⁊ per dictā viam ad peſchariam Mactioli raynaldi: ⁊ per viam ad triuiū qḋ eſt a pede clauſure Gioli ſoldani: ⁊ vadit per viam qua itur ſiglianum vſqꝫ ad primū foſſum, ⁊ per dictum foſſatum ad riuū blaxiani: ⁊ exit ad molendinum qḋ eſt in foſſatum maltempi.

Confines bailie turrite. Rub. 67

Confines Bailie turrite ſunt hij. Incipit dcā bailia in rigo riſcboloſo iuxta viā qua itur recte ad domū Marci morici: ⁊ exit a triuio qḋ eſt iuxta dictam domū p viam qua itur turritam vſqꝫ ad triuiū domus olim Marioli oradoris: ⁊ exit ad fontem celloli, ⁊ vadit p viam ville noue: ⁊ exit ad viā collis iuxta foſſum dñi Joānis dñi Andree, ⁊ filioꝝ dñi Guidonis: ⁊ vadit p dictam viā vſqꝫ ad triuiuꝫ vie qua itur a caſtro rocheciole ad villam turrite: ⁊ exit ad foſſatū fontis ſicche: ⁊ aſcendit p foſſatum vſqꝫ ad ſtratā qua itur ad triuiū S. Donati: ⁊ vadit ad triuiū predictum: ⁊ exit ad ſūmitaté collis vſqꝫ ad pedem montis S. Seuerini ⁊ aſcendit in foſſatum riſcboloſum: ⁊ per ipſum foſſatū vſqꝫ ad viam qua itur vſqꝫ ad domum Marci morici de bailia podij bucaionis.

Confines bailie claſine. Rub. 68.

Confines Bailie claſine ſunt hij. Incipit dicta bailia a flumine Claſij ad caput cluſe molendinorū dñi Lelli dñi Guilielmi: ⁊ exit ad domū filiorum Petrognani: ⁊ vadit per viam ad domū blanchi: ⁊ ad S. Xpofoꝝ, ⁊ exit ad triuiū trapole qḋ eſt in trauerſa: ⁊ vadit per trauerſam vſqꝫ ad viā petroſale: ⁊ per ipſam viā intrat in viaꝫ bargagni: ⁊ per viam recte ad flumen claſij, ⁊ exit ad cluſam dñi Lelli.

Confines bailie petrognani ⁊ caymuli. Rub. 69

Confines Bailie petrognani ⁊ caymuli que ſunt vna bailia: ⁊ vnū baiulum facere teneanť tm̄ ſunt hij. Incipit dicta bailia a triuio qḋ eſt in trauerſa: qḋ vocatur triuiū pezoli iuxta poſſeſſioné filioꝝ dñi Pauli, ⁊ vadit p viam qua itur ad triuiuꝫ petroſe: ⁊ exit ad triuiū gualdi micinū, ad pedé vinee nepotū Florentini: ⁊ vadit per viam qua itur ad S. Mariam Capezalis vſqꝫ ad viam que eſt a capite vinee que eſt filiorū Leonardi Jānis, ⁊ exit ad flumen Claſij: ⁊ exit ad viam bargagni: ⁊ vadit per viam Petroſoile vſqꝫ ad trauerſam, ⁊ p trauerſam recte ad triuiuꝫ puzoli qḋ eſt ad laťſ. poſſeſſionem filiorum domini Pauli.

Confines bailie capezalis cleſie. Rub. 70.

Confines Bailie Capezalis cleſie ſunt hij. Incipit dicta bailia iuxta flumen Claſij prope poſſeſſioné dñi Lelli dñi guilielmi, ⁊ filiorū Marioli oddi, ⁊ exit per viā vſqꝫ ad ſtratā que itur ad villam Petrognani: ⁊ ad villaꝫ S. Marie iuxta vineā filioꝝ Leonardi, ⁊ vadit per dictā viā vſqꝫ ad triuium gualdi nucinum ad pedé vinee nepotū Florentini: ⁊ vadit per viam vſqꝫ ad triuium pretoſe: ⁊ exit ad triuiuꝫ pezoli: iuxta poſſeſſionem filiorū dñi Pauli Joānis: ⁊ exit per ſtratam capezalis vſqꝫ ad ſemitam

caualcarecciaꝝ:

caualcareecciarū, iuxta angulz poſſeſſionis Uānis anſouini a pede: ⁊ exit ad angulum poſ-ſeſſionis Jacobucij carlucij, ⁊ ad angulz poſſeſſionis Ciccboli Lelli matargonis: ⁊ exit ad flumen Claſij iuxta gurgam de voltis.

¶ Confines bailie Sancte Marie capezalis. Rub. 71.

Confines Bailie S. Marie capezalis ſunt hij. Incipit dicta bailia iuxta flumen Claſij iuxta gurgaz de volagi prope vineā filiorū benedicti, ⁊ exit ad angulum poſſeſſionis Ceccboli Lelli maragonis: ⁊ exit ad angulū caſaleni villani de ſubtus, ⁊ vadit recte ad angulum poſſeſſionis Uannis anſouini: ⁊ Nini maſſioli iuxta ſemitam caualcareccie: ⁊ vadit p ſtratam recte ad triuium pozoli: ⁊ exit ad trauerſam vſqz ad viam de ſeptem cerris: ⁊ p dictam viā ſubtus eccleſiam Sancti Chriſtofori vſqz ad flumen Claſij recte prout trahit dicta ſtrata.

¶ Confines bailie ſtrate eccleſie. Rub. 72.

Confines Bailie ſtrate eccleſie ſunt hij. Incipit dicta bailia in trauerſa cāpanee iuxta viā de ſeptem cerris ſubtus eccleſiā S. Chriſtophofori recte p viam vſqz ad flumen Claſij: ⁊ per ipm flumen vſqz ad pedē poſſeſſionis filiorū Ricioli: ⁊ intrat cagnolam: ⁊ exit ad viam S. Bartholomei iuxta poſſeſſionē S. Joānis: ⁊ exit ad viā S. Bartholomei: ⁊ exit ad poſſeſſionē Joli brunacij vel ſepem, ⁊ ad pedē poſſeſſionis quondā Mucij dñi Franciſci: ⁊ Ciccboli loli: ⁊ exit a dicta cagnola faleni ad caput dicte cagnole prope poſſeſſionē monaſterij S. Petri: ⁊ exit ad trauerſam iuxta poſſeſſionem Petri Bonarelli de Peruſio.

¶ Confines bailie Sancti Bartholomei. Rub. 73.

Confines Bailie S. Bartholomei ſunt hij. Incipit dicta bailia a flumē Claſij iuxta cagnolam ad pedem poſſeſſionis filioꝝ Riccioli: ⁊ exit ad viam S. Bartholomei iuxta poſſeſſionē S. Joānis, ⁊ a dicto loco p cagnolaz recte ad ſepē brunacij, ⁊ exit ad poſſeſſionē quondā Mucij dñi Frāciſci: ⁊ Ciccboli loli: ad pedē poſſeſſionis: ⁊ exit ad cagnolam falemi a capite dicte cagnole prope res monaſterij S. Petri, ⁊ exit ad trauerſam: ⁊ per ipſam trauerſam ad viam antiquā: ⁊ p ipſam viam exit ad portā tribialium, ⁊ exit ad foſſam fuſti: ⁊ exit ad muruz domoꝝ filiorū magiſtri Joānis biancbe: ⁊ exit poſt domum Petri morlupi: ⁊ exit ad flumen Claſij.

¶ Confines bailie Sancte Lucie ⁊ bargiani. Rub. 74.

Confines Bailie S. Lucie ⁊ bargiani ſunt hij. Incipit dicta bailia in trauerſa cāpanee iuxta viā antiquam, ⁊ per ipſam viam ad portā tribialium: ⁊ exit ad foſſam fuſti: ⁊ exit ad murū domus filioꝝ magiſtri Joānis brancbe: ⁊ vadit poſt domum Petri morlupi: ⁊ exit ad flumen Claſii: ⁊ per ipſum flumen vſqz ad confinia cōmunis Aſiſii ⁊ bictonii: ⁊ exit ad trauerſam.

¶ Confines bailie Sancti Pauli de abbatiſſis. Rub. 75.

Confines Bailie Sācti Pauli de abbatiſſis ſunt hij. Incipit dicta bailia ad flumen Claſii iuxta pontem gurgbe peli, ⁊ vadit p ſtratā qua itur Aſiſium vſqz a capite poſſeſſionis Sancti Pauli: ⁊ vadit p cagnolam iuxta moglias monaſterij Sancti Pauli: ⁊ vadit per dictā cagnolam vſqz ad triuium vie noue: ⁊ exit ad ſemitā qua itur ad murum vici a capite poſſeſſionis magiſtri Nicolai Bartholomei per riuum: ⁊ vadit in flumine Claſij vſqz ad fontem.

¶ Confines bailie inſule romaneſche. Rub. 76.

Confines Bailie inſule romaneſche ſunt hii. Incipit dicta bailia iuxta flumen Claſii: iuxta poſſeſſionē que eſt maſcioli monice in foſſ. quod eſt ad latus poſſeſſionis predicte: ⁊ vadit per dictū foſſatū recte ad puzolum: ⁊ exit ad viam qua itur ad molendinū rundineti a Ciuitate Aſiſii ad triuium vie male iuxta poſſeſſionē pucii gilioli de S. Goſtanzo, ⁊ beredū gabardoni, ⁊ vadit per viā vſqz ad ſtrataz qua itur ad caſtrum inſule ad villam S. Goſtanzi ad pedē poſſeſſionis Paulucii magiſtri Nichole, ⁊ vadit per dictam ſtratam vſqz ad terram cauaticciarū a capite poſſeſſionis Paulucii magiſtri Nicole ⁊ res Luce Ainelli: ⁊ aſcendit per viam qua itur ad latus poſſeſſionez filiorum magiſtri Joannis Allegrantis, ⁊ exit recte ad flumen texi ⁊ intrat ſtratam qua itur a Ciuitate Aſiſii ad Ciuitatem Peruſii: ⁊ intrat flumen Claſii ⁊ protenditur recte ad foſſatum qđ eſt iuxta poſſeſſionem Maxioli monicbe.

¶ Confines bailie coſtani. Rub. 77.

